VETVS MISS
MANVSCRI

Missale et Graduale Ecclesiæ Silvanectensis

le Canon f° 65 (miniature)
verso recto

Deus tu conversus vivificabis nos
et plebs tua letabitur in te
ostende nobis domine misericordiam tuam
et salutare tuum da nobis
sacerdotes tui induantur iusticiam
et sancti tui exultent
ab occultis meis munda me domine
et ab alienis parce servo tuo
ora pro nobis sancta dei genitrix
ut digni efficiamur promissionibus christi
domine exaudi orationem meam
et clamor meus ad te veniat
dominus vobiscum et cum
~~et cum~~ et cum spiritu tuo

Adiutorium nostrum in nomine domini
qui fecit celum et terram
sit nomen domini benedictum
~~ex et nunc~~ et nunc ex hoc nunc et usque in seculum

Domine deus virtutum converte nos et ostende faciem tuam et salvi erimus

Excita domine quesumus po
tentiam tuam et ueni: ut ab
imminentibus peccatorum no
strorum periculis te mereamur
protegente eripi. te liberante saluari:
Qui uiuis.
Fratres: Scientes quia hora est iam
nos de sompno surgere. Nunc autem
propior est nostra salus: quam cum credidimus.
Nox precessit: dies autem appropinquauit.
Abiciamus ergo opera tenebrarum: et indu
amur arma lucis. sic ut in die honeste
ambulemus. Non in commessationibus
et ebrietatibus: non in cubilibus et in pu
diciciis. non in contentione et emulatio
ne. Sed induimini dominum ihesum christum.
In illo tempore:
Cum appropinquassent therosolimis. et
uenissent bethphage ad montem olive
ti: tunc misit ihesus duos discipulos suos di
cens eis. Ite in castellum quod contra uos
est: et statim inuenietis asinam alliga
tam. et pullum cum ea. Soluite: et ad
ducite michi. Et siquis uobis aliquid dixe
rit: dicite quia dominus his opus ha
bet. et confestim dimittet eos. Hoc autem
factum est: ut adimpleretur quod dictum est
per prophetam dicentem. Dicite filie syon.
Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus: se
dens super asinam et pullum filium sub
iugalis. Euntes autem discipuli: fece
runt sicut precepit illis ihesus. Et adduxerunt
asinam et pullum: et imposuerunt super eos
uestimenta sua: et eum desuper sedere fecerunt.
Plurima autem turba: strauerunt
uestimenta sua in uia. Alii autem ce
debant ramos de arboribus: et sternebant
in uia. Turbe autem que precedebant et
que sequebantur: clamabant dicentes.
Osanna filio dauid: benedictus qui
uenit in nomine domini.
Hec sacra nos domine potenti uir
tute mundatos. ad suum faciant pu
riores uenire principium: Per.
Suscepimus domine misericordiam tuam
in medio templi tui: et reparationis
nostre uentura sollempnia. congruis ho
noribus precedamus: Per.
Excita domine
corda nostra ad preparandas unigeniti
tui uias: ut per eius aduentum purifica
tis tibi mentibus seruire mereamur. Qui tecum.
Fratres: Que
cumque scripta sunt: ad nostram doc
trinam scripta sunt. ut per patientiam
et consolationem scripturarum spem
habeamus. Deus autem patientie et solatii
det uobis idipsum sapere in alterutrum se
cundum ihesum christum: ut unanimes uno
ore honorificetis deum et patrem domini nostri ihesu
christi. Propter quod suscipite inuicem: sicut et
christus suscepit uos in honorem dei. Dico
enim christum ihesum ministrum fuisse circum
cisionis propter ueritatem dei: ad confirmandas
promissiones patrum. Gentes autem super
misericordia honorare deum: sicut scriptum
est. Propterea confitebor tibi in gentibus:
et nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Le
tamini gentes: cum plebe eius. Et iterum.
Laudate omnes gentes dominum: et magnifica
te eum omnes populi. Et rursum ysayas
ait. Erit radix iesse: et qui exsurget regere
gentes. in eum gentes sperabunt. Deus autem
spei repleat uos omni gaudio: et pace
in credendo. ut habundetis in spe: et uir
tute spiritus sancti.
In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis.
Erunt signa in sole et luna et stellis: et in terris
pressura gentium. pre confusione sonitus
maris et fluctuum. arescentibus hominibus
pre timore et expectatione: que superuenient
uniuerso orbi. Nam uirtutes celorum:
mouebuntur. Et tunc uidebunt filium
hominis uenientem in nubibus: cum po
testate magna et maiestate. His autem

fieri incipientibus: respicite et leuate
capita uestra. quoniam appropinquat redemptio
uestra. Et dixit illis similitudinem. Vide
te ficulneam: et omnes arbores. Cum producunt
iam ex se fructum: scitis quoniam prope est estas.
Ita et uos cum uideritis hec fieri: scitote
quoniam prope est regnum dei. Amen dico uobis:
non preteribit generatio hec. donec omnia fi
ant. Celum et terra transibunt: uerba autem
mea non transibunt.

lacare quesumus domine humilitatis nostre
precibus et hostiis. et ubi nulla suppetunt suf
fragia meritorum. tuis nobis succurre presidi
is. per dominum.

Repleti cibo spiritalis alimonie supplices te
domine deprecamur: ut huius participatione
misterii. doceas nos terrena despicere. et ama
re celestia.

urem tuam quesumus domine precibus nostris accom
moda: et mentis nostre tenebras. gratia tue
uisitationis illustra. Qui uiuis.

Ad Cor: ic nos existimet
homo ut ministros christi: et dispensato
res ministeriorum dei. Hic iam queritur inter
dispensatores: ut fidelis quis inueniatur.
Michi autem pro minimo est ut a uobis iudi
cer: aut ab humano die. Sed neque meipsum
iudico. Nichil enim michi conscius sum: sed non
in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat
me: dominus est. Itaque nolite ante tempus
iudicare: quoadusque ueniat dominus qui et illu
minabit abscondita tenebrarum: et
manifestabit consilia cordium. Et tunc
laus erit: unicuique a deo.

In illo tempore. um audisset
iohannes in uinculis opera christi: mittens
duos de discipulis suis. ait illi. Tu es qui
uenturus es an alium expectamus? Et
respondens ihesus ait illis. Euntes renuntia
te iohanni: que audistis et uidistis. Ceci ui
dent: claudi ambulant: leprosi munda
ntur. Surdi audiunt: mortui resurgunt:
pauperes euangelizantur. Et beatus est

qui non fuerit scandalizatus in me. Illis
autem abeuntibus: cepit ihesus dicere ad tur
bas de iohanne. Quid existis in desertum ui
dere? Harundinem uento agitatam?
Sed quid existis uidere? Hominem mollibus
uestitum? Ecce qui mollibus uestiuntur:
in domibus regum sunt. Sed quid existis
uidere? Prophetam? Etiam dico uobis:
et plus quam prophetam. Hic est enim: de quo
scriptum est. Ecce mitto angelum meum
ante faciem tuam qui preparabit uiam tuam:
ante te.

euotionis nostre tibi quesumus domine hostia
iugiter immoletur que et sacri peragat
instituta misterii. et salutare tuum in nobis mira
biliter operetur. Per.

Imploramus domine clementiam tuam:
ut hec diuina subsidia a uitiis expiatos.
ad festa uentura nos preparent: Per.

Da quesumus omnipo
tens deus: ut redemptionis nostre uen
tura sollemnitas: et presentis uite subsi
dia conferat. et eterne beatitudinis premia
largiatur. Per.

In diebus illis: ixit ysayas propheta. Erit
in nouissimis diebus preparatus mons domus
domini in uertice montium: et eleuabi
tur super colles. et fluent ad eam omnes
gentes. et ibunt multi populi et dicent:
Venite ascendamus ad montem domini:
et ad domum dei iacob: et docebit nos
uias suas. et ambulabimus in semitis
eius. quia de syon exibit lex et uerbum do
mini de ierusalem. Et iudicabit gentes. et
arguet populos multos. Et conflabunt
gladios suos in uomeres: et lanceas
suas in falces. Non leuabit gens contra
gentem gladium: nec exercebuntur ultra ad preli
um. Domus iacob: uenite et ambulemus:
in lumine domini dei nostri.

estina quesumus domine ne tardaueris. et
auxilium nobis superne uirtutis im
pende. ut aduentus tui consolationibus

KL Iani lux prima uel .vij. mittit ad ima.
Principium ianus sancit tropicus capricornus.
Januarius habet dies .xxxi. Luna .xxx.

Golden no.	Letter	Day	Feast
	a	Kal.	Ian. Circumcisio domini.
	b	iiij	Oct. sci Stephani.
	c	iij	Sce Genofeue virg. & mr. Oct. sci Iohis. apli. & euangeliste.
	d	ij	Oct. scorum innocentum.
xix	e	Nonas	Symeonis monachi.
viij	f	viij	Epyphania domini.
	g	vii	
xvi	a	vi	Luciani. Maximiani. & Iuliani mr.
v	b	v	
	c	iiij	
xiij	d	iij	
ij	e	ij	
	f	Idus	Oct. Epyphie. Hylarii. Remigii epor.
x	g	xix	[illegible] Felicis pbri & conf.
	a	xviij	Sci Mauri abbis. Boniti epi & conf.
[illegible]	b	xvij	Marcelli pp & mr. Fursi conf.
vij	c	xvi	Speusippi. Eleusippi. Meleusippi. mr. Sulpicii epi.
	d	xv	Prisce virg. Sol in aquario.
xv	e	xiiij	Launomari abbis.
iiij	f	xiij	Fabiani & Sebastiani mr.
	g	xij	Agnetis virg.
xij	a	xi	Vincentii mr.
i	b	x	Emerentiane virg.
	c	ix	Babile sociorumque eius.
ix	d	viij	Conuersio sci. Proiecti mr.
	e	vij	Policarpi mr.
xvij	f	vi	Iohis & Iuliani epor.
vi	g	v	Agnetis [illegible]
	a	iiij	Valerii epi & conf.
xiiij	b	iij	Sce Batildis.
iij	c	ij	Metranni mr.

104

	d	KL		Februarius
xi	e	iiii	N	Purificatio sce marie virg.
xix	f	iii	N	Sci blasii episcopi et mar.
viii	g	ii	N	b.
	a	Nonas		Sce Agathe virg et mar.
xvi	b	viii	Id	Scorum vedasti et amandi conf.
v	c	vii	Id	
	d	vi	Id	
xiii	e	v	Id	
ii	f	iiii	Id	Sce scolastice virg.
	g	iii	Id	
x	a	ii	Id	
	b	Idus		
xviii	c	xvi	Kl	Martii Sci valentini mar.
vii	d	xv	Kl	
	e	xiiii	Kl	Sce Juliane virginis.
xv	f	xiii	Kl	
iiii	g	xii	Kl	
	a	xi	Kl	
xii	b	x	Kl	
i	c	ix	Kl	
	d	viii	Kl	cathedra sci petri.
ix	e	vii	Kl	
	f	vi	Kl	Sci mathie apli locus bisexti
xvii	g	v	Kl	
vi	a	iiii		D. mala
	b	iii	Kl	
xiiii	c	ii	Kl	

Augustus. dicat. ad. limina. cingula liq.
Ollas. abbatum. cole. caulibus. excute. gallum.

Deus qui caritatis dona per gratiam sci spiritus tuorum cordibus fidelium infudisti da famulis et famulabus tuis pro quibus tuam deprecamur clementiam salutem mentis et corporis ut te tota virtute diligant et que tibi placita sunt tota dilectione perficiant. Per.

Miserere quesumus domine famulis et famulabus tuis pro quibus hoc sacrificium laudis tue offerimus maiestati ut per hec sancta superne [illegible] benedictionis gratiam obtineant et gloriam eterne [illegible] ad felicitatis pervenire [illegible] Per.

KL martii.

iii	d			
	e	vi	N	
xi	f	v	N	
	g	iiii	N	
xix	a	iii	N	
viii	b	ii	N	
	c	Nonas.		
xvi	d	viii	ID	prima incensio lune paschalis.
v	e	vii	ID	
	f	vi	ID	
xiii	g	v	ID	
ii	a	iiii	ID	Sci. Gregorii. pp.
	b	iii	ID	
x	c	ii	ID	
	d	IDUS.		
xviii	e	xvii	KL	aprilis.
vii	f	xvi	KL	
	g	xv	KL	passio sci. eadwardi. reg. et mr.
xv	a	xiiii	KL	
iiii	b	xiii	KL	Sci. Cutberti. epi. et cf.
	c	xii	KL	Sci. benedicti. abb.
xii	d	xi	KL	
i	e	x	KL	
	f	ix	KL	
ix	g	viii	KL	Annuntiatio dominica.
	a	vii	KL	
xvii	b	vi	KL	Resurrectio. domini.
vi	c	v	KL	
	d	iiii	KL	
xiiii	e	iii	KL	Sci. Reguli. epi.
iii	f	ii	KL	

Divina libanter misteria quo diu ut haec salutaria sacramenta illius proficiunt ad presentem a patrem per quem discretione haec tue obsulimus maiestati

	g	KL		Aprilis.
xi	a	iiii	N	
	b	iii	N	
xix	c	ii	N	
viii	d	Nonas.		ultima incensio lune paschalis.
xvi	e	viii	Id	
v	f	vii	Id	
	g	vi	Id	
xiii	a	v	Id	
ii	b	iiii	Id	D. mala.
	c	iii	Id	
x	d	ii	Id	
	e	Idus.		
xviii	f	xviii	Kl	Maii. Scorum tiburtii & valeriani mar.
vii	g	xvii	Kl	
	a	xvi	Kl	
xv	b	xv	Kl	
iiii	c	xiiii	Kl	ultimus terminus pasche.
	d	xiii	Kl	Sci. Alphegi epi. & mar.
xii	e	xii	Kl	D. mala.
i	f	xi	Kl	
	g	x	Kl	
ix	a	ix	Kl	Sci. Georgii mar. & sci. Reguli epi.
pta	b	viii	Kl	Sci. Mellitti. epi.
xvii	c	vii	Kl	Sci. Marci evangeliste. letania maior. ultimum pascha.
vi	d	vi	Kl	
	e	v	Kl	
xiiii	f	iiii	Kl	Sci. Vitalis. mar.
iii	g	iii	Kl	
	a	ii	Kl	Sci. Erkenwaldi. epi. & conf.

xi	b	KL		Maii. Apostolorum philippi et iacobi.
	c	vi	N	
xix	d	v	N	Inventio sce crucis. .D.
viii	e	iiii	N	
	f	iii	N	
xvi	g	ii	N	Sci Johis ante portam latinam.
v	a	Nonas.		Sci Johis epi et c.
	b	viii	Id	
xiii	c	vii	Id	Translatio s. andree apli et s. nicholai epi.
ii	d	vi	Id	Scorum Gordiani et epimachi mrm.
	e	v	Id	
x	f	iiii	Id	Scorum Nerei et epimachi atque pancracii mrm.
	g	iii	Id	
xviii	a	ii	Id	
vii	b	Idus.		
	c	xvii	Kl	Iuriu
xv	d	xvi	Kl	Sol in geminos.
iiii	e	xv	Kl	
	f	xiiii	Kl	Sci Dunstani archiepi.
xii	g	xiii	Kl	Sci Adelberti reg et mr.
i	a	xii	Kl	
	b	xi	Kl	
ix	c	x	Kl	
	d	ix	Kl	
xvii	e	viii	Kl	Sci urbani pp et mr. .D.
vi	f	vii	Kl	Sci Augustini epi.
	g	vi	Kl	
xiiii	a	v	Kl	
iii	b	iiii	Kl	
	c	iii	Kl	
xi	d	ii	Kl	Sce petronille virginis.

	e		KL	Junii. Nicomedis mar.
xix	f	iiii	N	Scorum. marcellini. et petri. mar.
viii	g	iii	N	Sci. herasmi. epi. et mar.
xvi	a	ii	N	
v	b		Non.	Sci. Bonefacii. mar. cum sociis suis.
	c	viii	Id	
xiii	d	vii	Id	
ii	e	vi	Id	Scorum medardi et gildardi. conf.
	f	v	Id	primi et feliciani. martirum.
x	g	iiii	Id	Sci. euermundi. abbis. D. malla.
	a	iii	Id	Sci. barnabe. apli.
xviii	b	ii	Id	Basilidis cyrini. naboris et nazarii. mar.
vii	c		Idus	Felicule. virg.
	d	xviii	Kl	Julii. Sci. basilii. epi. et conf.
xv	e	xvii	Kl	Scorum. viti. et modesti. mar.
iiii	f	xvi	Kl	Cyrici et iulite matris eius. dedicatio D. be marie siluan.
	g	xv	Kl	Sci. botulfi. abbatis.
xii	a	xiiii	Kl	Marci. et marcelliani. mr.
i	b	xiii	Kl	Scorum. Geruasii. et prothasii. mar.
	c	xii	Kl	
ix	d	xi	Kl	Sci. leutfredi abbatis. et conf.
	e	x	Kl	Sci. albani mar.
xvii	f	ix	Kl	Vig.
vi	g	viii	Kl	Natiuitas. Sci. Johis. bapt.
	a	vii	Kl	Sci. eligii. epi.
xiiii	b	vi	Kl	Scorum. Johis. et pauli. mar.
iii	c	v	Kl	
	d	iiii	Kl	Sci. leonis. pp. et conf.
xi	e	iii	Kl	Apostolorum. petri. et pauli.
	f	ii	Kl	Commemoratio. S. pauli.

KL Julii.

xix	g		KL Julii.
viii	a	vi	Scoꝝ. processi. et martiniani.
	b	v	
xvi	c	iiii	translatio. sci. martini. epi
v	d	iii	
	e	ii	octaue. aplorum
xiii	f	Nonas	translatio. sci. thome. mr.
ii	g	viii	Sci. Grimbaldi. epi.
	a	vii	
x	b	vi	Scoꝝ. vii. fratrum. mr.
	c	v	translatio. sci. benedicti.
xviii	d	iiii	
vii	e	iii	Sci. Silee. apli. credo. — Dies mala.
	f	ii	
xv	g	Idus.	
iiii	a	xvii	Kl Augusti.
	b	xvi	
xii	c	xv	Sci. arnulfi. epi et mr.
i	d	xiiii	
	e	xiii	Sce. margarete. virg. et mr.
ix	f	xii	
	g	xi	Sce. marie. magd. — Vig.
xvii	a	x	Sci. apollinaris. mr.
vi	b	ix	Sce. xpine. virg. et mr. — Vig.
	c	viii	Sci. Jacobi. apli. et sci. xpofori. mr.
xiiii	d	vii	Anne matris virginis marie ix lect.
iii	e	vi	Scoꝝ. vii. dormientium. mr.
	f	v	Sci. pantaleonis. mr.
xi	g	iiii	Scoꝝ. felicis simplicii faustini
xix	a	iii	Scoꝝ. abdon. et sennes. mr.
	b	ii	Sci. Germani. epi.

viii	c		KL	Augusti. Aduincula sci petri.
xvi	d	iiii	N	Sci stephani pp. & mr.
v	e	iii	N	Inuentio corporis sci stephani.
	f	ii	N	
xiii	g		Nonas.	Sci Oswaldi reg. & mr.
ii	a	viii	Id	
	b	vii	Id	Sci Donati epi. & mr.
x	c	vi	Id	
	d	v	Id	Sci Romani. mr. Vigilia
xviii	e	iiii	Id	Sci laurentii. mr.
vii	f	iii	Id	Sci tiburtii. mr. & sci taurini epi.
	g	ii	Id	
xv	a		Idus.	Sci ypoliti. mr. sociorum eius
iiii	b	xix	Kl	Septembris. Sci Eusebii. conf. Vigilia.
	c	xviii	Kl	Assumptio sce marie virg.
xii	d	xvii	Kl	Sci Frambaldi. abb.
i	e	xvi	Kl	
	f	xv	Kl	Sci agapiti. mr.
ix	g	xiiii	Kl	Sci magni. mr.
	a	xiii	Kl	Sci philiberti. abb.
xvii	b	xii	Kl	
vi	c	xi	Kl	Sci simphoriani.
	d	x	Kl	Vigilia.
xiiii	e	ix	Kl	Sci bartholomei. apli.
iii	f	viii	Kl	Sci Genesii. mr.
	g	vii	Kl	
xi	a	vi	Kl	Sci Rufi. mr.
xix	b	v	Kl	S. hermetis. mr. & augustini epi. & conf.
	c	iiii	Kl	Decolatio sci Johis bapt.
viii	d	iii	Kl	Scorum felicis & audacti. mr. Dies mala. Fiacri confess
	e	ii	Kl	

xvi f KL september. Sci. egidii. et s. lupi.
v g iiii N Sci. antonini. mr.
a iii N ordinato. sci. gregorii. pp. .R. mala.
xiii b ii N translatio. sci. cutberti
ii c Nonas Sci. bertini. abb.
d viii Id
x e vii Id Sci. clodoaldi conf.
f vi Id Natiuitas. Sce. marie
xviii g v Id Sci. gorgonii. mr.
vii a iiii Id
b iii Id Scorum proti. et iacincti. mr.
xv c ii Id
iiii d Idus Sci. maurilii. epi. et cf.
e xviii kl octob. exaltatio sce. crucis. cornelii et cipriani. m.
xii f xvii kl Sci. nichomedis. mr.
i g xvi kl Sce. eufemie. virg. et mr.
a xv kl Sci. lamberti. epi. et mr.
ix b xiiii kl
c xiii kl
xvii d xii kl
vi e xi kl Sci. mathei. apli. .R. m.
f x kl Sci. mauricii sociorum eius
xiiii g ix kl Sce. tecle. virg. et mr.
iii a viii kl
b vii kl
xi c vi kl
xix d v kl Scorum. cosme. et damiani. mr.
e iiii kl
viii f iii kl Sci. michaelis. archangeli
g ii kl Sci. Jeronimi doctoris.



xvi	a	KL		octob.
v	b	vi	N	Sci. Leodegarii epi. et mar. · D.
xiii	c	v	N	
ii	d	iiii	N	
	e	iii	N	
x	f	ii	N	Sce. Fidis virg. et mar.
	g	Nonas.		
xviii	a	viii	Id	Sce. Prothasie virg.
vii	b	vii	Id	Sci. Dionisii Rustici mar.
	c	vi	Id	Sci. Paulini epi. et conf.
xv	d	v	Id	
iiii	e	iiii	Id	
	f	iii	Id	
xii	g	ii	Id	Sci. Calixti pp. et mar.
i	a	Idus.		
	b	xvii	Kl	Novemb.
ix	c	xvi	Kl	
	d	xv	Kl	Sci. Luce evangeliste et Iusti mar.
xvii	e	xiiii	Kl	
vi	f	xiii	Kl	
	g	xii	Kl	Scarum xi. milium virg. mar.
xiiii	a	xi	Kl	D. mala.
iii	b	x	Kl	
	c	ix	Kl	
xi	d	viii	Kl	Scorum Crispini et Crispiniani mar.
xix	e	vii	Kl	
	f	vi	Kl	Vig.
viii	g	v	Kl	Aplorum Symonis et Jude.
	a	iiii	Kl	
xvi	b	iii	Kl	
v	c	ii	Kl	Sci. Quintini mar. · Vig.

KL Nouemb. omnium scorum.

	d			
xiii	e	iiii	N	Sci. Eustachii. cum sociis suis. Prefunctis.
u	f	iii	N	
	g	ii	N	
x	a	Nonas.		R.
	b	viii	Id	Sci. Leonardi. conf.
xviii	c	vii	Id	
vii	d	vi	Id	Scorum. iiii. coronatorum. mar.
	e	v	Id	Sci. Theodori. mar.
xv	f	iiii	Id	
iiii	g	iii	Id	Sci. Martini. epi. conf.
	a	ii	Id	
xii	b	Idus.		Sci. Bricii. epi. et conf.
i	c	xviii	Kl	Decemb.
	d	xvii	Kl	Sci. Machuti. epi. et conf.
ix	e	xvi	Kl	
	f	xv	Kl	Sci. Aniani. epi. et conf.
xvii	g	xiiii	Kl	Oct. Sci. Martini. epi.
vi	a	xiii	Kl	
	b	xii	Kl	Sci. Edmundi. Reg. et mar.
xiiii	c	xi	Kl	Sci. columbani. abb. et conf.
iii	d	x	Kl	Sce. Cecilie. virg. et conf.
	e	ix	Kl	Sci. Clementis. pp. et m.
xi	f	viii	Kl	Sci. Crisogoni. mar.
xix	g	vii	Kl	Sce. Katerine. virg. et mar.
	a	vi	Kl	
viii	b	v	Kl	
	c	iiii	Kl	R.
xvi	d	iii	Kl	Sci. Saturnini. mar. Vig.
	e	ii	Kl	Sci. Andree. apli.

f KL December. Sci. Eligii. epi.
xiii b iiii N
a iii N
x b ii N
c Nonas.
xviii d viii Id. Sci. Nicholai. epi. et conf.
vii e vii Id. octaue. Sci. andree. apli. iii l.
f vi Id. conceptio. sce. marie.
xv g v Id.
iiii a iiii Id.
b iii Id. Sci. Damasi. pp. et conf.
xii c ii Id.
i d Idus. Sce. Lucie. uirginis et mr.
e xix Kl. Januarii.
ix f xviii Kl.
g xvii Kl. O sapientia.
xvii a xvi Kl.
vi b xv Kl.
c xiiii Kl.
xiiii d xiii Kl. ordo
iii e xii Kl. Sci. thome. apli. iii l.
f xi Kl.
xi g x Kl.
xix a ix Kl. uig.
b viii Kl. Natiuitas. Dni.
viii c vii Kl. Sci. Stephani. prothomr.
d vi Kl. Sci. Johis. apli.
xvi e v Kl. Scorum. Innocentium.
v f iiii Kl. Sci. thome. arch.
g iii Kl.
xiii a ii Kl. Sci. Siluestri. pp. et conf.

Dominica .i. in aduentu domini.
Excita domine quesumus po
tentiam tuam et ueni: ut ab
imminentibus peccatorum
nostrorum periculis te mereamur
protegente eripi. te liberante saluari:
Qui uiuis. Ad romanos.
Fratres: Scientes quia hora est: iam nos
de sompno surgere. Nunc autem
propior est nostra salus: quam cum credidimus.
Nox precessit: dies autem appropinqua
uit. Abiciamus ergo opera tenebrarum: et
induamur arma lucis. sicut in die ho
neste ambulemus. Non in comessationi
bus et ebrietatibus. non in cubilibus et in pudi
ciciis. non in contentione et emulatio
ne. Sed induimini: dominum ihesum cristum.
In illo tempore. Secundum matheum.
Cum appropinquassent ierosolimis. et
uenissent bethphage ad montem olive
ti: tunc misit ihesus duos discipulos su
os dicens eis. Ite in castellum quod contra
uos est: et statim inuenietis asinam alliga
tam et pullum cum ea. Soluite: et ad
ducite mihi. Et si quis uobis aliquid dixerit:
dicite quia dominus his opus habet.
et confestim dimittet eos. Hoc autem
factum est: ut adimpleretur quod di
ctum est per prophetam dicentem. Dicite filie
syon. Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus:
sedens super asinam et pullum filium
subiugalis. Euntes autem discipuli:
fecerunt sicut precepit illis ihesus. Et adduxerunt
asinam et pullum: et imposuerunt super
eos uestimenta sua: et eum desuper sedere
fecerunt. Plurima autem turba: strauerunt
uestimenta sua in uia. Alii autem cede
bant ramos de arboribus: et sternebant in
uia. Turbe autem que precedebant et
que sequebantur: clamabant dicen
tes. Osanna filio dauid: benedictus qui
uenit: in nomine domini. Secreta.
Hec sacra nos domine potenti uirtu
te mundatos. ad suum faciant puriores uenire principium: Per. Post communionem.
Suscipiamus domine misericordiam
tuam in medio templi tui: et reparatio
nis nostre uentura sollempnia. congruis
honoribus precedamus: Dominica secunda.
Excita domine corda
nostra ad preparandas unigeniti tui
uias. ut per eius aduentum purificatis
tibi mentibus seruire mereamur. Qui uiuis.
Fratres: Que Ad Romanos.
cumque scripta sunt. ad nostram doctri
nam scripta sunt: ut per patientiam
et consolationem scripturarum spem
habeamus. Deus autem patientie et solacii:
det uobis idipsum sapere in alterutrum secun
dum ihesum christum: ut unanimes uno ore
honorificetis deum et patrem domini nostri ihesu
christi. Propter quod suscipite inuicem: sicut et
christus suscepit uos in honorem dei. Dico e
nim christum ihesum ministrum fuisse circum
cisionis: propter ueritatem dei. ad confir
mandas promissiones patrum. Gentes autem
super misericordia honorare deum: sicut scrip
tum est. Propterea confitebor tibi in gentibus: et no
mini tuo cantabo. Et iterum dicit. Le
tamini gentes: cum plebe eius. Et ite
rum. Laudate omnes gentes dominum: et magni
ficate eum omnes populi. Et rursum ysayas
ait. Erit radix iesse: et qui exurget rege
gentes. in eum gentes sperabunt. Deus autem
spei repleat uos omni gaudio: et pace
in credendo. Ut habundetis in spe: et uir
tute spiritus sancti. Secundum lucam.
In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis.
Erunt signa in sole et luna et stellis: et in ter
ris pressura gentium. pre confusione sonitus
maris et fluctuum. Arescentibus homini
bus pre timore et expectatione. que superue
nient uniuerso orbi. Nam uirtutes celorum:
mouebuntur. Et tunc uidebunt filium
hominis uenientem in nubibus. cum po
testate magna et maiestate. His autem

fieri incipientibus: respicite et leuate capita uestra. quoniam appropinquat redemptio uestra. Et dixit illis similitudinem. Videte ficulneam: et omnes arbores. Cum producunt iam ex se fructum: scitis quoniam prope est estas. Ita et uos cum uideritis hec fieri: scitote quoniam prope est regnum dei. Amen dico uobis: non preteribit generatio hec. donec omnia fiant. Celum et terra transibunt: uerba autem mea non transibunt. Secreta.

Placare quesumus domine humilitatis nostre precibus et hostiis: et ubi nulla suppetunt suffragia meritorum. tuis nobis succurre presidiis. Per. Post communionem.

Repleti cibo spiritualis alimonie supplices te domine deprecamur: ut huius participatione mysterii. doceas nos terrena despicere. et amare celestia. Per. Dominica tercia.

Aurem tuam quesumus domine precibus nostris accommoda: et mentis nostre tenebras. gratia tue uisitationis illustra. Qui uiuis. Sic nos existimet. Ad corinthios.

Fratres. Sic nos existimet homo ut ministros Christi: et dispensatores ministeriorum dei. Hic iam queritur inter dispensatores: ut fidelis quis inueniatur. Michi autem pro minimo est ut a uobis iudicer: aut ab humano die. Sed neque meipsum iudico. Nichil enim michi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me. dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare: quoadusque ueniat dominus qui et illuminabit abscondita tenebrarum: et manifestabit consilia cordium. Et tunc laus erit: unicuique a deo. Matheum.

In illo tempore. Cum audisset iohannes in uinculis opera Christi: mittens duos de discipulis suis. ait illi. Tu es qui uenturus es an alium expectamus? Et respondens ihesus ait illis. Euntes renuntiate iohanni: que audistis et uidistis. Ceci uident. claudi ambulant. leprosi mundantur. Surdi audiunt. mortui resurgunt: pauperes euangelizantur. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus cepit ihesus dicere ad turbas de iohanne. Quid existis in desertum uidere? Harundinem uento agitatam? Sed quid existis uidere? Hominem mollibus uestitum? Ecce qui mollibus uestiuntur: in domibus regum sunt. Sed quid existis uidere? Prophetam? Etiam dico uobis: et plusquam prophetam. Hic est enim de quo scriptum est. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit uiam tuam ante te. Secreta. Oratio.

Deuotionis nostre tibi quesumus domine hostia iugiter immoletur que et sacri peragat instituta mysterii. et salutare tuum nobis mirabiliter operetur. Per. Post communionem.

Imploramus domine clementiam tuam: ut hec diuina subsidia a uitiis expiatos ad festa uentura nos preparent. Per.

Prestа quesumus Feria .iiii.

Presta quesumus omnipotens deus: ut redemptionis nostre uentura sollempnitas: et presentis nobis uite subsidia conferat. et eterne beatitudinis premia largiatur. Per. Lectio ysaye prophete.

In diebus illis: Dixit ysayas propheta. Erit in nouissimis diebus preparatus mons domus domini in uertice montium: et eleuabitur super colles. et fluent ad eum omnes gentes. et ibunt multi populi et dicent. Venite ascendamus ad montem domini: et ad domum dei iacob: et docebit nos uias suas. et ambulabimus in semitis eius. quia de syon exibit lex. et uerbum domini de ierusalem. Et iudicabit gentes. et arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in uomeres: et lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebuntur ultra ad prelium. Domus iacob. uenite et ambulemus: in lumine domini dei nostri. Oratio.

Festina quesumus domine ne tardaueris. et auxilium nobis superne uirtutis impende. ut aduentus tui consolationibus

sublevemur. qui in tua pietate con
fidunt. Qui vivis. *Lc. ysaye prophete.*
In diebus illis: Locutus est dominus
ad achaz dicens. Pete tibi signum a domino
deo tuo in profundum inferni: sive in ex
celsum supra. Et dixit achaz. Non petam.
et non temptabo dominum. Et dixit. Audi
te ergo domus david. Numquid parum vo
bis est molestos esse hominibus. quia mole
sti estis et deo meo: Propter hoc dabit dominus
ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet et
pariet filium: et vocabitur nomen eius
emanuel. Butyrum et mel comedet: ut
sciat reprobare malum: et eligere bonum.
In illo tempore. Missus *Lucam.*
est angelus gabriel a deo in civitatem
galilee cui nomen nazareth: ad virginem
desponsatam viro cui nomen erat ioseph
de domo david: et nomen virginis maria.
Et ingressus angelus ad eam: dixit. Ave
gratia plena dominus tecum: benedicta tu
in mulieribus. Que cum audisset turbata
est in sermone eius: et cogitabat qualis esset ista
salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas ma
ria: invenisti enim gratiam apud deum. Ecce
concipies in utero et paries filium: et vocabis
nomen eius ihesum. Hic erit magnus: et filius altissi
mi vocabitur. Et dabit illi dominus deus
sedem david patris eius: et regnabit in do
mo iacob in eternum. et regni eius non erit finis.
Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fi
et istud quoniam virum non cognosco: Et respon
dens angelus: dixit ei. Spiritus sanctus superve
niet in te: et virtus altissimi obumbra
bit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum:
vocabitur filius dei. Et ecce helisabeth cog
nata tua: et ipsa concepit filium in sene
ctute sua. Et hic mensis est sextus illi que vo
catur sterilis: quia non erit impossibile apud
deum omne verbum. Dixit autem maria.
Ecce ancilla domini. fiat michi secundum verbum
Accepta tibi sint *secreta.* tuum.
domine nostra ieiunia. quesumus domine nostra ieiunia. que

et expiando nos tua gratia dignos effici
ant: et ad sempiterna promissa perducant. Per.
Salutaris tui domine *post commu.*
munere saciati supplices deprecamur:
ut cuius letamur gustu. renovemur ef
fectu. Per. *Ad apostolos. feria vi.* *Or.*
Excita quesumus domine potentiam tuam
et veni: ut hii qui in tua pietate con
fidunt. ab omni cicius adversitate libere
mur. Qui vivis. *Lc. ysaye prophete.*
Hec dicit dominus deus. Egredietur
virga de radice iesse: et flos de radice eius
ascendet. Et requiescet super eum spiritus domini:
spiritus sapientie et intellectus. spiritus consilii et
fortitudinis. spiritus scientie et pietatis. et reple
bit eum spiritus timoris domini. Non secundum vi
sionem oculorum iudicabit: neque secundum
auditum aurium arguet. sed iudicabit in
iusticia pauperes. et arguet in equitate pro
mansuetis terre. Et percutiet terram virga oris
sui: et spiritu labiorum suorum interficiet impi
um. Et erit iusticia cingulum lumborum eius:
et fides cinctorium renum eius. *Lucam.*
In illo tempore. Exsurgens maria: abiit
in montana cum festinatione in civitatem
iuda: et intravit in domum zacharie. et salu
tavit elisabeth. Et factum est ut audivit salu
tationem marie helisabeth: exultavit
infans in utero eius. Et repleta est spiritu sancto
helisabeth: et exclamavit voce magna. et
dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus
fructus ventris tui. Et unde hoc michi ut veniat
mater domini mei ad me: Ecce enim ut facta
est vox salutationis tue in auribus meis: ex
ultavit in gaudio infans in utero meo. Et
beata que credidisti: quoniam perficientur ea que dicta
sunt tibi a domino. Et ait maria. Magnificat
anima mea dominum. Et exultavit spiritus
meus: in deo salutari meo. *Secreta. Or.*
Muneribus nostris quesumus domine precibusque susceptis.
et celestibus nos munda misteriis. et clementer
exaudi. Per. *Or. post commu.*
Tui nos domine
sacramenti libatio sancta restauret:

et a uetustate purgatos. in misterii salutaris faciat transire consortium. Per.

Deus qui conspicis. Sabbato. Leccio dominica v.

Deus qui conspicis quia ex nostra prauitate affligimur. concede propicius: ut ex tua uisitatione consolemur. Qui uiuis et.

In diebus illis. Lectio ysayae prophete.

Clamabunt ad dominum a facie tribulantis: et mittet eis saluatorem et propugnatorem qui liberet eos. Et cognoscetur dominus ab egypto: et cognoscent egyptii dominum in die illa: et colent eum in hostiis et muneribus: et uota uouebunt domino et soluent. Et percutiet dominus egyptum plaga: et sanabit eam. Et reuertentur ad dominum: et placabitur eis. Et sanabit eos: dominus deus noster.

Concede. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus: ut qui sub peccati iugo ex uetusta seruitute deprimimur. expectata unigeniti filii tui noua natiuitate liberemur. Per. Lectio

Hec dicit dominus. ysaye prophete.

Letabitur deserta et inuia: et exultabit solitudo. et florebit quasi lilium. Germinans germinabit. et exultabit letabunda et laudans. Gloria libani data est ei: decor carmeli et saron. Ipsi uidebunt gloriam domini: et decorem dei nostri. Confortate manus dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite pusillanimes. Confortamini: et nolite timere. Ecce enim deus noster ultionem adducet retributionis: deus ipse ueniet et saluabit nos. Tunc aperientur oculi cecorum: et aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus: et aperta erit lingua mutorum. Quia scisse sunt in deserto aque: et torrentes in solitudine: et que erant arida in stagnum. et sitiens in fontes aquarum. Ait dominus omnipotens. Oratio.

Indignos nos quesumus domine famulos tuos quos actionis proprie culpa contristat. unigeniti filii tui nos aduentu letifica. Qui tecum. Lectio pro-

Hec dicit dominus. ysaye prophete.

Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas syon: exalta in fortitudine uocem tuam. qui euangelizas iherusalem. Exalta: noli timere. Dic ciuitatibus iude. Ecce deus uester. Ecce dominus in fortitudine ueniet: et brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo: et opus illius coram eo. Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos: et in sinu suo leuabit eos: dominus deus noster. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus: ut filii tui uentura sollempnitas et presentis nobis uite remedia conferat: et premia eterna concedat. Per eundem.


Hec dicit Lectio ysaye prophete dominus.

Christo meo cyro cuius apprehendi dexteram ut subiciam ante faciem eius gentes: et dorsa regum uertam. Et aperiam coram eo ianuas: et porte non claudentur. Ego ante te ibo: et gloriosos terre humiliabo. Portas ereas conteram: et uectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos: et archana secretorum. ut scias quia ego sum dominus qui uoco nomen tuum deus israel: propter seruum meum iacob et israel electum meum. Et uocaui te nomine tuo: et assimilaui te et non cognouisti me. Ego dominus et non amplius: extra me non est deus. Accinxi te et non cognouisti me. Ut sciant hii qui ab ortu solis et qui ab occidente: quoniam absque me non est deus. Ego dominus: et non alter. Formans lucem: et creans tenebras. Faciens pacem: et creans malum. Rorate celi desuper et nubes pluant iustum: aperiatur terra et germinet saluatorem. Et iusticia oriatur simul: ego dominus creaui eum. Oratio.

Preces populi tui quesumus domine clementer exaudi: ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur: pietatis tue uisitatione consolemur. Per dominum.

Ego d[...]
facio [...]

In diebus illis. Lectio danielis prophete.
Angelus domini descendit cum azaria et sociis eius in fornacem: et excussit flammam ignis de fornace: et fecit medium fornacis. quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta novem: et incendit quos repperit iuxta fornacem de chaldeis ministros regis: qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis. neque contristavit. nec quicquam molestie intulit. Tunc hii tres quasi ex uno ore hymnum dicebant: et magnificabant deum in fornace dicentes. Benedictus es domine deus patrum nostrorum: et laudabilis. et superexaltatus in secula. Et benedictum nomen glorie tue sanctum: et laudabile. et superexaltatum in omnibus seculis. Benedictus es in templo sancto glorie tue: et superlaudabilis. et superexaltatus in secula. Benedictus es in throno regni tui: et superlaudabilis. et superexaltatus in omnibus seculis. Benedictus es in firmamento celi: et laudabilis et gloriosus in secula. Benedictus es qui intueris abyssos: et sedes super cherubim: et laudabilis: et superexaltatus in secula. Benedictus es in firmamento celi: et laudabilis. et gloriosus in secula. Benedicite omnia opera domini domino: benedicite celi domino. benedicite angeli domini domino: hymnum dicite: et superexaltate eum in secula. Benedicite aque omnes que super celos sunt domino: benedicite omnes virtutes domini domino: benedicite sol et luna domino: hymnum dicite. Benedicite stelle celi domino: benedicite ymber et ros domino. benedicite omnis spiritus dei domino: hymnum dicite. Benedicite ignis et estus domino: benedicite noctes et dies domino. benedicite tenebre et lumen domino. hymnum dicite. Benedicite frigus et cauma domino. benedicite pruina et nives domino. benedicite fulgura et nubes domino. hymnum dicite. Benedicat terra domino. benedicite montes et colles domino. benedicite omnia nascentia terre domino. hymnum dicite. Benedicite maria et flumina domino. benedicite fontes domino. benedicite cete et omnia que moventur in aquis domino. hymnum dicite. Benedicite volucres celi domino. benedicite bestie et universa pecora domino. benedicite filii hominum domino. hymnum dicite. Benedicat israel domino. benedicite sacerdotes domini domino. benedicite servi domini domino. hymnum dicite. Benedicite spiritus et anime iustorum domino. benedicite sancti et humiles corde domino. hymnum dicite. Benedicite ananias azarias misael domino hymnum dicite: et superexaltate eum in secula.



Omnia opera domini deum benedicite.

Deus qui tribus pueris. Oratio dicatur dominus vobiscum. mitigasti flammas ignium: concede propicius. ut nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. Per. Ad thessalonicenses.

Fratres. Rogamus vos per adventum domini nostri ihesu christi et nostre congregationis in ipsum: ut non cito moveamini a vestro sensu. neque terreamini neque per spiritum. neque per sermonem. neque per epistolam tamquam per nos missam quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat ullo modo. Quoniam nisi venerit discessio primum: et revelatus fuerit homo peccati filius perdicionis. qui adversatur et extollitur supra omne quod dicitur deus aut quod colitur: ita ut in templo dei sedeat ostendens se tamquam sit deus. Non retinetis quod cum adhuc essem apud vos hec dicebam vobis. Et nunc quid detineat scitis: ut reveletur in suo tempore. Nam misterium iam operatur iniquitatis: tantum ut qui nunc tenet teneat donec de medio fiat. Et tunc revelabitur ille iniquus. quem dominus ihesus interficiet spiritu oris sui. Et destruet illustratione: adventus sui.

Anno quinto Secundum lucam.

Anno decimo imperii tyberii cesaris. procurante pontio pilato iudeam. tetrarcha autem galilee herode. philippo autem eius tetrarcha iturie et traconitidis regionis. et lisania abeline tetrarcha sub principibus sacerdotum anna et caypha: factum est uerbum domini super iohannem zacharie filium in deserto. Et uenit in omnem regionem iordanis: predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum. sicut scriptum est in libro sermonum ysaie prophete. Vox clamantis in deserto. parate uiam domini. rectas facite semitas eius. Omnis uallis implebitur. et omnis mons et collis humiliabitur. et erunt praua in directa. et aspera in uias planas. Et uidebit omnis caro: salutare dei nostri.

Sacrificiis presentibus Secreta oratio.
domine placatus intende. ut et deuotioni nostre proficiant et saluti. P. Post communio.

Quesumus domine deus noster: ut sacrosancta misteria que pro reparationis nostre munimine contulisti: et presens nobis remedium esse facias et futurum. P. Feria .iiii.

Excita domine potentiam tuam et ueni: et magna nobis uirtute succurre. ut per auxilium gratie tue quod nostra peccata prepediunt. indulgentia tue propitiationis acceleret. Qui uiuis et regnas.

Fratres: Gaudete Ad philipenses.
in domino semper: iterum dico gaudete. Modestia uestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est. Nichil solliciti sitis: sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones uestre innotescant apud deum. Et pax dei que exsuperat omnem sensum: custodiat corda uestra et intelligentias uestras. In christo ihesu domino nostro. Secundum Iohannem.

In illo tempore: Miserunt iudei ab ierosolimis sacerdotes et leuitas ad iohannem: ut interrogarent eum. Tu quis es? Et confessus est: et non negauit. Et confessus est quia ego non sum christus. Et interrogauerunt eum. Quid ergo? helyas es tu? Qui dicit. Non sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis es ut responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de te ipso? Ait. Ego uox clamantis in deserto: dirigite uiam domini. sicut dixit ysayas propheta. Et qui missi fuerant: erant ex phariseis. Et interrogauerunt eum: et dixerunt ei. Quid ergo baptizas si tu non es christus. neque helyas. neque propheta? Respondit ei iohannes dicens. Ego baptizo in aqua: medius autem uestrum stat quem uos non scitis. Ipse est qui post me uenturus est qui ante me factus est: cuius non sum dignus ut soluam eius corrigiam calciamenti. Hec in bethania facta sunt trans iordanem: ubi erat iohannes baptizans.

Sacrificiis quesumus Secreta oratio.
domine placatus intende. ut et deuotioni nostre proficiant et saluti. P. Post com.

Sumptis quesumus domine muneribus: ut cum frequentatione misterii. crescat nostre salutis effectus. P. Vigilia natalis domini

Deus qui nos redemptionis nostre annua expectatione letificas: presta ut unigenitum tuum quem redemptorem leti suscipimus: uenientem quoque iudicem securi uideamus: dominum nostrum. Lectio ysaye prophete.

Hec dicit dominus. Propter syon non tacebo: et propter ierusalem non quiescam. donec egrediatur ut splendor iustus eius. et saluator eius ut lampas accendatur. Et uidebunt gentes iustum tuum. et cuncti reges inclitum tuum. Et uocabitur tibi nomen nouum: quod os domini nominauit. Et eris corona glorie in manu domini. et diadema regni in manu dei tui. Non uocaberis ultra derelicta: et terra tua non uocabitur amplius desolata. Sed uocaberis uoluntas mea in ea: et terra tua inhabitabitur. Quia complacuit domino in te.

Fratres: Paulus Ad Romanos.
seruus christi ihesu uocatus apostolus: segregatus in euangelium dei quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio

suo. qui factus est ei ex semine david se
cundum carnem. Qui predestinatus est fi
lium dei in virtute: secundum spiritum
sanctificationis ex resurrectione mortuo
rum ihu xpi domini nostri. Per quem acce
pimus gratiam et apostolatum ad obedien
dum fidei in omnibus gentibus: pro nomine
eius. In quibus estis et vos vocati: ihu xpi:
domini nostri. Secundum Matheum.
In illo tempore: Cum esset desponsata mater
ihu maria ioseph: antequam convenirent
inventa est in utero habens de spiritu sancto.
Ioseph autem vir eius cum esset iustus et
nollet eam traducere. voluit occulte dimit
tere eam. Hec autem eo cogitante: ecce an
gelus domini in sompnis apparuit ei di
cens. Ioseph fili david: noli timere accipere
mariam coniugem tuam. Quod enim in ea
natum est: de spiritu sancto est. Pariet autem
filium: et vocabis nomen eius ihesum. Ipse
enim salvum faciet populum suum: a peccatis eorum.
Da nobis quesumus Secreta oratio.
Domine omnipotens deus: ut sicut adoranda filii tui natalitia
prevenimus. sic eius munera capiamus sempiterna
gaudentes: Qui tecum. Post com.
Da nobis domine quesumus unigeniti filii tui recen
sita nativitate respirare. cuius celesti
misterio pascimur et potamur. Per eundem.
Deus Missa in gallicantu.
Deus qui hanc sacratissimam noctem veri lu
minis fecisti illustratione clarescere. da quesumus
ut cuius lucis misteria in terra cognovimus.
eius quoque gaudiis in celo perfruamur: Qui
tecum. Lectio ysaye prophete.
Hec dicit dominus. Populus gentium
qui ambulabat in tenebris: vidit lu
cem magnam. Habitantibus in regione um
bre mortis: lux orta est eis. Parvulus enim
natus nobis: et filius datus est nobis. Et fac
tus est principatus super humerum eius: et vo
cabitur nomen eius admirabilis. consiliarius.
deus. fortis. pater futuri seculi: princeps pacis.
Multiplicabitur eius imperium: et pacis non

erit finis. Super solium david et super reg
num eius sedebit: ut confirmet illud et cor
roboret in iudicio et iusticia. Amodo: et usque
in sempiternum. Ad Tytum.
Karissime: Apparuit gratia dei salvatoris nostri
omnibus hominibus erudiens nos: ut ab
negantes impietatem et secularia desideria.
sobrie et iuste et pie vivamus in hoc seculo.
Expectantes beatam spem et adventum glorie
magni dei. et salvatoris nostri ihu xpi. Qui
dedit semetipsum pro nobis: ut nos redime
ret ab omni iniquitate. et mundaret sibi
populum acceptabilem sectatorem bonorum
operum. Hec loquere: et exhortare. In xpo
ihesu: domino nostro. Secundum Lucam.
In illo tempore. Exiit edictum a cesare
augusto: ut describeretur universus orbis.
Hec descriptio prima: facta est a preside syrie
cyrino. Et ibant omnes: ut profiterentur
singuli in suam civitatem. Ascendit autem
et ioseph a galilea de civitate nazareth in
iudeam civitatem david que vocatur beth
leem: eo quod esset de domo et familia david. ut
profiteretur cum maria desponsata sibi
uxore pregnante. Factum est autem cum essent
ibi: impleti sunt dies ut pareret. Et pepe
rit filium suum primogenitum. Et pan
nis eum involvit: et reclinavit in presepio.
quia non erat ei locus in diversorio. Et pasto
res erant in regione eadem vigilantes: et
custodientes vigilias noctis supra gregem
suum. Et ecce angelus domini stetit iux
ta illos: et claritas dei circumfulsit illos.
Et timuerunt timore magno. Et dixit illis
angelus. Nolite timere. Ecce enim evan
gelizo vobis gaudium magnum quod e
rit omni populo: quia natus est nobis
hodie salvator qui est xpc dominus in ci
vitate david. Et hoc vobis signum. Invenie
tis infantem pannis involutum: et posi
tum in presepio. Et subito facta est cum an
gelo multitudo milicie celestis: laudanti
um deum et dicentium. Gloria in altissimis

deo: et in terra pax hominibus bone volunta-
tis. Secreta oratio.

Accepta tibi sit domine quesumus hodier-
ne festivitatis oblatio. ut tua gratia lar-
giente. per hec sacrosancta commercia in illi-
us inveniamur forma. in qua tecum est nostra
substantia. Qui tecum vivit. Prefatio.

Aeterne deus. Quia per incarnati verbi mi-
sterium. Infra actionem.

Communicantes et noctem sacratissimam
celebrantes. Post commun.

Da nobis quesumus domine deus noster: ut qui nati-
vitatem domini nostri ihesu christi nos fre-
quentare gaudemus. dignis conversatio-
nibus ad eius mereamur pertinere consortium.
Qui tecum. Missa In mane.

Da quesumus oratio.
omnipotens deus: ut qui nova incarnati
verbi tui luce perfundimur. hoc in nostro res-
plendeat opere. quod per fidem fulget in mente.
Per eundem. Sancte anasthasie.

Da quesumus omnipotens deus: ut qui
beate anasthasie martiris tue sollemp-
nia colimus. eius apud te patrocinia sen-
tiamus. Per do. Lectio ysaye prophete

Hec dicit dominus. Spiritus domini sup-
er me. eo quod unxerit me. ad annunciandum man-
suetis misit me. Ut mederer contritos corde.
et predicarem captivis indulgentiam. et clau-
sis apertionem. Ut predicarem annum placa-
bilem domino. et diem ultionis deo nostro.
Ut consolarer omnes lugentes. et ponerem
fortitudinem lugentibus syon. Et darem eis
coronam pro cinere. oleum gaudii pro luc-
tu. pallium laudis pro spiritu meroris. Et
vocabuntur in ea fortes iusticie. planta-
tio domini ad glorificandum. Ecce dominus
auditum fecit. in extremis terre. Dicite
filie syon. Ecce salvator tuus venit. ecce
merces eius cum eo. et opus illius coram illo.
Et vocabunt eos populus sanctus. redempti
a domino deo tuo. Ad titum

Karissime. Apparuit benignitas et huma-
nitas. salvatoris nostri dei. Non ex operibus
iusticie que fecimus nos. sed secundum
suam misericordiam salvos nos fecit. Per
lavacrum regenerationis et renovationis
spiritus sancti quem infudit in nos habunde.
per ihesum christum salvatorem nostrum. Ut iusti-
ficati gratia ipsius. heredes simus secundum
spem vite eterne. In christo ihesu. domino nostro.

Secundum Lucam

In illo tempore. Pastores: loquebantur ad
invicem. Transeamus usque bethleem. et
videamus hoc verbum quod factum est quod
dominus ostendit nobis. Et venerunt festi-
nantes. Et invenerunt mariam et ioseph et
infantem positum in presepio. Videntes autem
cognoverunt de verbo quod dictum erat illis
de puero hoc. Et omnes qui audierunt mirati
sunt. et de his que dicta erant a pastoribus ad
ipsos. Maria autem conservabat omnia
verba hec. conferens in corde suo. Et reversi
sunt pastores glorificantes et laudantes de-
um. in omnibus que audierant et viderant.
sicut dictum est ad illos. Secreta oratio.

Munera nostra quesumus domine nativita-
tis hodierne misteriis apta proveniant.
ut sicut homo genitus idem refulsit deus.
sic nobis hec terrena substantia conferat quod divi-
num est. Per eundem. Item secreta.

Accipe quesumus domine munera dignanter ob-
lata. et beate anastasie suffragantibus me-
ritis. ad nostre salutis auxilium pervenire
concede. Per d. Prefatio

Aeterne deus. Quia per incarnati verbi
misterium. Infra actionem.

Communicantes et diem sacratissimum
celebrantes. Post commun.

Huius nos domine sacramenta semper no-
vitatis natalis instauret. cuius nativitas
singularis humanam repulit vetustatem.
Per dominum. Item post commun.

Saciasti domine familiam tuam mune-
ribus sacris. eius quesumus semper interventione
nos refove. cuius sollempnia celebramus. Per.

In die.

Concede quesumus omnipotens deus: ut nos unigeniti tui noua per carnem natiuitas liberet. quos sub peccati iugo uetusta seruitus tenet. Per eundem.

Lectio ysaye prophete.

Hec dicit dominus. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar ecce adsum. Quam pulchri super montes pedes annuntiantis et predicantis pacem: annuntiantis bonum. predicantis salutem dicentis syon. regnabit deus tuus. Vox speculatorum tuorum leuauerunt uocem: simul laudabunt. quia oculo ad oculum uidebunt. cum conuerterit dominus syon. Gaudete et laudate simul deserta ierusalem. quia consolatus est dominus populum suum. redemit ierusalem. Parauit dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium. Et uidebunt omnes fines terre: salutare dei nostri.

Lectio. ad hebreos.

Fratres: Multipharie multisque modis olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio quem constituit heredem uniuersorum per quem fecit et secula. Qui cum sit splendor glorie et figura substantie eius. portansque omnia uerbo uirtutis sue purgationem peccatorum faciens. sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Tanto melior angelis effectus: quanto differentius pre illis nomen hereditauit. Cui enim dixit aliquando angelorum filius meus es tu ego hodie genui te? Et rursum. Ego ero illi in patrem: et ipse erit michi in filium. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terre: dicit. Et adorent eum: omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit. Qui facit angelos suos spiritus et ministros suos flammam ignis. Ad filium autem. Thronus tuus deus in seculum seculi: uirga equitatis uirga regni tui. Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem: propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis pre participibus tuis. Et tu in principio domine terram fundasti: et opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanebis. et omnes ut uestimentum ueterescent. Et uelut amictum mutabis eos: et mutabuntur. Tu autem idem ipse es: et anni tui non deficient.

Initium. secundum iohannem.

In principio erat uerbum. Et uerbum erat apud deum. Et deus erat uerbum. Hoc erat in principio: apud deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nichil. Quod factum est in ipso. uita erat. Et uita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet: et tenebre eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a deo: cui nomen erat iohannes. Hic uenit in testimonium: ut testimonium perhiberet de lumine. ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux: sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux uera: que illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. In mundo erat: et mundus per ipsum factus est: et mundus eum non cognouit. In propria uenit: et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum: dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Qui non ex sanguinibus. neque ex uoluptate carnis. neque ex uoluntate uiri. sed ex deo nati sunt. Et uerbum caro factum est: et habitauit in nobis. Et uidimus gloriam eius: gloriam quasi unigeniti a patre. Plenum gratie: et ueritatis.

Secreta.

Oblata domine munera noua unigeniti tui natiuitate sanctifica: nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda: per eundem.

Prefatio

Quia per incarnati uerbi misterium.

Infra actionem.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes. qua beate marie intemerata uirginitas huic mundo edidit saluatorem [illegible] ihesum christum dominum nostrum. Sed et memoriam.

Presta quesumus *Post communionem.*
omnipotens deus: ut natus hodie saluator mun
di sicut diuine nobis generationis est auctor.
ita et immortalitatis sit ipse largitor: Qui tecum.
Da nobis *Sancti stephani.*
quesumus domine imitari quod colimus.
ut discamus et inimicos diligere: quia eius
natalicia celebramus. qui nouit etiam pro
persecutoribus exorare: dominum nostrum ihesum
christum filium. *Lectio actuum apostolorum.*
In diebus illis: Stephanus plenus gratia
et fortitudine: faciebat prodigia et signa
magna in populo. Surrexerunt autem quidam
de synagoga que appellatur libertinorum.
et cirenensium et alexandrinorum. et eorum
qui erant a cilicia et asia. disputantes
cum stephano. Et non poterant resistere
sapientie et spiritui: qui loquebatur. Audien
tes autem hec: dissecabantur cordibus suis.
et stridebant dentibus in eum. Cum autem
esset stephanus plenus spiritu sancto: inten
dens in celum. uidit gloriam dei et ihesum stan
tem a dextris dei. et ait. Ecce uideo celos apertos:
et filium hominis stantem a dextris uir
tutis dei. Exclamantes autem uoce mag
na: continuerunt aures suas. et impetum
fecerunt unanimiter in eum. Et eicien
tes eum extra ciuitatem: lapidabant. Et
testes deposuerunt uestimenta sua secus
pedes adolescentis: qui uocabatur saulus.
Et lapidabant stephanum: inuocantem
et dicentem. Domine ihesu: suscipe spiritum
meum. Positis autem genibus: clamauit
uoce magna dicens. Domine. ne statuas
illis: hoc peccatum. Et cum hoc dixis
set: obdormiuit in domino.
In illo tempore. *Secundum matheum.*
Dixit ihesus turbis iudeorum. et principibus
sacerdotum. Ecce ego mitto ad uos pro
phetas et sapientes et scribas: et ex illis
occidetis et crucifigetis. et ex eis flagella
bitis in synagogis uestris. et persequimini de
ciuitate in ciuitatem. ut ueniat super
uos omnis sanguis iustus. qui effusus est
super terram. A sanguine abel iusti. usque
ad sanguinem zacharie filii barachie:
quem occidistis inter templum et altare. Amen
dico uobis: uenient hec omnia super ge
nerationem istam. Ierusalem ierusalem: que occi
dis prophetas et lapidas eos qui ad te missi sunt.
Quociens uolui congregare filios tuos quem
admodum gallina congregat pullos suos
sub alas: et noluisti. Ecce relinquetur uobis:
domus uestra deserta. Dico enim uobis: non
me uidebitis amodo: donec dicatis. Bene
dictus qui uenit in nomine domini.
Suscipe domine *Secreta oratio.*
munera pro tuorum commemoratione
sanctorum. ut quia illos passio gloriosa effecit
innocentes. nos deuocio reddat innocuos. Per.
Eterne deus. Quia per *Prefatio.*
incarnati uerbi misterium. *Infra actionem.*
Communicantes et diem sacratissimum
celebrantes. *Post communionem.*
Auxilientur nobis domine sumpta mi
steria. et intercedente beato stephano protho
martire tuo. sempiterna protectione con
firment. *Sancti euuangeliste iohannis.*
Ecclesiam tuam domine benignus illustra.
ut beati iohannis apostoli tui et euuange
liste illuminata doctrinis. ad dona perue
niat sempiterna. Per dominum. *De libro sapientie.*
Qui timet deum faciet bona. Et qui conti
nens est iusticie: apprehendet illam. Et ob
uiauit illi quasi mater honorificata. Ciba
uit illum pane uite et intellectus: et aqua
sapientie salutaris potauit illum. Et firma
bitur in illo et non flectetur: et continebit il
lum et non confundetur: et exaltabit illum apud
proximos suos. In medio ecclesie aperuit os
eius: et impleuit eum dominus spiritu sa
pientie et intellectus: et stola glorie induit
eum. Iocunditatem et exultationem: the
saurizauit super eum. Et nomine eterno
hereditauit illum: dominus deus nos
ter.

In illo tempore. Secundum Johannem.
Dixit dominus ihc petro. Sequere me. Con
versus petrus: vidit illum discipulum quem
diligebat ihc sequentem qui et recubuit
in cena super pectus eius et dixit. Domine:
quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vi
disset petrus: dicit ihu. Domine: hic autem
quid? Dicit ei ihc. Sic eum volo manere:
donec veniam. Quid ad te? Tu me seque
re. Exiit ergo sermo iste inter fratres: quod dis
cipulus ille non moritur. Et non dixit ei ihc
non moritur: sed sic eum volo manere donec
veniam quid ad te. Hic est discipulus ille
qui testimonium perhibet de his: et scripsit
hec. Et scimus quia verum est: testimo
nium eius. Secreta oratio.
Suscipe munera domine que in eius tibi
sollempnitate deferimus. cuius nos
confidimus patrocinio liberari. Per. Prefacio.
Eterne deus. Quia per incarnati verbi my
sterium. Infra actionem.
Communicantes et diem sacratissimum
celebrantes. Post communionem.
Refecti cibo potuque celesti deus noster te sup
plices deprecamur: ut in cuius hec com
memoratione percepimus. eius muniamur
et precibus. Per. Sanctorum innocentum.
Deus cuius hodierna die preconium in
nocentes martires. non loquendo sed mori
endo confessi sunt. omnia in nobis viciorum
mala mortifica. ut fidem tuam quam lin
gua nostra loquitur. etiam moribus vita fate
atur. Per. Lectio libri apocalypsis beati iohannis apostoli.
In diebus illis. Vidi supra montem syon
agnum stantem: et cum eo centum quadragin
ta quatuor milia habentes nomen eius et
nomen patris eius scriptum in frontibus suis.
Et audivi vocem de celo tanquam vocem
aquarum multarum: et tanquam vo
cem tonitrui magni. Et vocem quam au
divi: sicut cytharedorum cytharizantium
in cytharis suis. Et cantabant quasi canti
cum novum: ante sedem dei et ante quatuor
animalia et seniores. Et nemo poterat dicere
canticum: nisi illa centum quadraginta
quatuor milia qui empti sunt de terra. Hii
sunt qui cum mulieribus non sunt coin
quinati: virgines enim sunt. Hii sequuntur
agnum: quocumque ierit. Hii empti sunt ex
omnibus: primitie deo et agno. Et in ore
eorum: non est inventum mendacium.
Sine macula sunt: ante thronum dei.
In illo tempore. Secundum matheum.
Angelus domini apparuit in sompnis io
seph dicens. Surge et accipe puerum et ma
trem eius et fuge in egyptum: et esto ibi
usque dum dicam tibi. Futurum est enim:
ut herodes querat puerum ad perdendum
eum. Qui consurgens: accepit puerum
et matrem eius nocte. et secessit in egyptum:
et erat ibi usque ad obitum herodis. Ut ad
impleretur quod dictum est a domino per
prophetam dicentem. Ex egypto: vocavi
filium meum. Tunc herodes videns quoniam
illusus esset a magis: iratus est valde. Et
mittens occidit omnes pueros qui erant
in bethleem et in omnibus finibus eius a bi
matu et infra: secundum tempus quod
exquisierat a magis. Tunc adimpletum est:
quod dictum est per iheremiam prophetam
dicentem. Vox in rama audita est. ploratus
et ululatus multus. rachel plorans filios
suos. Et noluit consolari: quia non sunt.
Sanctorum Secreta oratio [illegible]
tuorum nobis domine pia non desit ora
tio. que et munera nostra conciliet. et tuam
nobis indulgentiam semper optineat. Per.
Votiva domine dona percepimus. Post com.
que sanctorum nobis precibus et presen
tis vite pariter et eterne quesumus tribue
conferre subsidium. Per. Sancti tho
Deus pro cuius ecclesia me martiris.
gloriosus martyr et pontifex thomas
gladiis impiorum occubuit: presta que
sumus. ut omnes qui eius auxilium.
implorant peticionis sue salutarem conse

quamur effectum. P. Secreta.
Munera tibi domine dicata sanctifica.
et intercedente beato thoma marty
re tuo atque pontifice. per eadem nos pla
catus intende. P. Post communionem.
Adiuvet nos quesumus omnipotens
et misericors deus: per hec sancta que
sumpsimus. beati thome martyris tui
atque pontificis intercessio veneranda. qui
pro tui nominis honore martyrio me
ruit coronari. P. In circumcisione domini.
Deus qui nobis nati salvatoris diem cele
brare concedis octavum: fac nos eius
quesumus perpetua divinitate mu
niri. cuius sumus carnali commertio re
parati. Per.
Kyrie. Apparuit gratia dei salvatoris.
Require retro. Secundum lucam.
In illo tempore. Postquam consummati sunt
dies octo ut circumcideretur puer: voca
tum est nomen eius ihesus. Quod voca
tum est ab angelo: priusquam in u
tero conciperetur. Secreta oratio.
Presta quesumus domine ut per hec munera
que domini nostri ihesu christi archane na
tivitatis misterio gerimus purificate men
tis intelligentia consequamur. P. Post communionem.
Presta quesumus domine ut quod salvatoris
nostri iterata sollempnitate percepimus.
perpetue nobis redemptionis conferat
medicinam. P. eundem. Dominica infra na
Omnipotens talis domini. oratio
sempiterne deus: dirige actus nostros in be
neplacito tuo. ut in nomine dilecti filii
tui mereamur bonis operibus habundare. P.
eundem. Ad galathas.
Fratres: Quanto tempore heres par
vulus est: nichil differt a servo cum
sit dominus omnium. Sed sub tutoribus
et actoribus est: usque ad prefinitum tempus
a patre. Ita et nos cum essemus parvuli:
sub elementis mundi eramus servientes.
At ubi venit plenitudo temporis: misit
deus filium suum natum ex muliere.
factum sub lege. ut eos qui sub lege
erant redimeret. ut adoptionem filio
rum dei reciperemus. Quoniam autem
estis filii, misit deus spiritum filii sui in cor
da vestra. clamantem abba pater. Itaque
iam non est servus: sed filius. Quod si filius:
et heres per deum.
In illo tempore. Secundum lucam.
Erat ioseph et maria mater ihesu:
mirantes super his que dicebantur de
illo. Et benedixit illis symeon: et dixit
ad mariam matrem eius. Ecce positus est
hic in ruinam: et in resurrectionem mul
torum in israel. et in signum cui contra
dicetur. Et tuam ipsius animam per
transibit gladius: ut revelentur ex mul
tis cordibus cogitationes. Et erat anna prophe
tissa filia phanuel de tribu aser: hec pro
cesserat in diebus multis: et vixerat cum
viro suo annis septem a virginitate sua.
Et hec vidua usque ad annos octoginta qua
tuor: que non discedebat de templo ieiu
niis et obsecrationibus serviens nocte ac
die. Et hec ipsa hora superveniens confi
tebatur domino. et loquebatur de illo om
nibus qui expectabant redemptionem ihe
rusalem. Et ut perfecerunt omnia secun
dum legem domini: reversi sunt in ga
lileam in civitatem suam nazareth. Pu
er autem crescebat et confortabatur: ple
nus sapientia. Et gratia dei: erat in illo.
Concede Secreta oratio.
quesumus domine ut oculis tue
maiestatis munus oblatum et gratiam no
bis devotionis optineat. et effectum be
ate perhempnitatis acquirat. P.
Per huius Post communionem.
domine operationem misterii: et
vitia nostra purgentur. et iusta deside
ria compleantur. P.
In vigilia epiphanie

Corda nostra quesumus domine *oratio.* venture festiuitatis splendor illustret: quo mundi huius tenebris carere valeamus. et ad patriam claritatis eterne pertingere. per. Hec. Apparuit *epistola.* benignitas et humanitas. Requiem. R. In illo *Secundum Matheum.* tempore. Defuncto herode: ecce angelus domini apparuit in somphis ioseph dicens. Surge et accipe puerum et matrem eius: et uade in terram israel. Defuncti sunt enim: qui querebant animam pueri. Qui consurgens: accepit puerum et matrem eius: et uenit in terram israel. Audiens autem quod archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo: timuit illo ire. Et ammonitus in somphis: secessit in partes galilee. Et ueniens habitauit in ciuitatem que uocatur nazareth: ut adimpleretur quod dictum est per prophetas. Quoniam nazareus: uocabitur. *Secreta.* Tribue quesumus domine ut eum presentibus immolemus sacrificiis et sumamus: quem uenture sollempnitatis pia munera proloquuntur. per. *Post commu.* Illumina quesumus populum tuum et splendore gratie tue cor eius semper accende: ut saluatoris mundi stella famulante manifestata natiuitas. mentibus eorum semper reueletur et crescat. per.

Deus qui *In die epiphanie domini.* hodierna die unigenitum tuum gentibus stella duce reuelasti: concede propitius. ut qui iam te ex fide cognouimus. usque ad contemplandam speciem tue celsitudinis perducamur. Per eundem. Surge illuminare *Lectio ysaye prophete.* iherusalem quia uenit lumen tuum: et gloria domini super te orta est. Quia ecce tenebre operient terram: et caligo populos. Super te autem orietur dominus: et gloria eius in te uidebitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: et reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos et uide: Omnes isti congregati sunt uenerunt tibi. Filii tui de longe uenient: et filie tue de latere surgent. Tunc uidebis et afflues. et mirabitur et dilatabitur cor tuum. quando conuersa fuerit ad te multitudo maris. fortitudo gentium uenerit tibi. Inundatio camelorum operiet te: dromedarii madian et effa. Omnes de saba uenient. aurum et thus deferentes: et laudem domino annuntiantes.

Cum *Secundum Matheum.* natus esset ihesus in bethleem iude in diebus herodis regis: ecce magi ab oriente uenerunt iherosolimam dicentes. Vbi est. qui natus est rex iudeorum: Vidimus enim stellam eius in oriente: et uenimus adorare eum. Audiens autem herodes rex turbatus est: et omnis iherosolima cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi: sciscitabatur ab eis ubi christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In bethleem iude. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu bethleem terra iuda: nequaquam minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux: qui regat populum meum israel. Tunc herodes clam uocatis magis: diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et mittens illos in bethleem: dixit. Ite et interrogate diligenter de puero. Et cum inueneritis renuntiate michi: ut et ego ueniens adorem eum. Qui cum audissent regem: abierunt. Et ecce stella quam uiderant in oriente antecedebat eos: usque dum ueniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam: gauisi sunt gaudio magno ualde. Et intrantes domum: inuenerunt puerum cum maria matre eius. Et procidentes: adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis. obtulerunt ei munera. Aurum. thus. et mirram. Et responso accepto in somphis. ne redi

*
tuus i tua te cũ
gl'a coeternus
i ueritate carnis
nr̃e uisibilit' corpo
ralis apparuit.
Sz ẽ memo

Infra epi
phanie.

In illo t̃p̃r. Vidit
iohes ihm uenientẽ
ad se. ⁊ ait. hic ẽ de
q̊ dixi. Post me ueñ
uir q̃ ante me fcs ẽ.
q̃ prior me erat. Et
ego nesciebã eũ. Sz
ut manifestet' in
isrl'. pp̃terea ueni ego
in aqua baptizans.
Et testimoniũ phi
buit ihs dicens. Quia
uidi spm̃ descẽdentẽ
quasi colũbã de celo.
⁊ mansit sup eũ. Et
ego nesciebã eũ. Et
qui misit me bapti
zare i aq̃. ille m̃ dix.
Sup quẽ uideris spm̃
descendentẽ ⁊ manẽ
tẽ sup eũ. hic ẽ q̃ bap
tizat i spu sc̃o. Et ego
uidi. ⁊ testimoniũ
phibui. q̃ hic ẽ filius dei.

uenit ad herodem: per aliam uiam: reuersi
sunt in regionem suam. **Secreta**

Ecclesie tue quesumus domine **oratio.**
dona propicius intuere. quibus ñ iam
aurum thus ⁊ mirra profertur. sz quod
eisdem muneribz declaratur. immolatur.
⁊ sumitur. ihc xpistus dominus noster. q̃
tecum uiuit. **Prefatio.**

Eterne deus. Quia cum unigenitus tuus.
in substantia nr̃e immortalitatis ap.

Communicantes ⁊ diem **Infra actionẽ.**
sacratissimum celebrantes. quo uni
genitus. **Post communionem.**

Presta quesumus omnipotens deus: ut q̃
sollempni celebramus officio. puri
ficate mentis intelligentia consequamur.
Per. **Octab epiphanie.** ✠

Deus cuius unigenitus in substantia no
stre carnis apparuit. pr̃a quesumus:
ut per eum quem similem nob' foris agno
uimus. intus reformari mereamur. Per.

Dñe **Lectio ysaye prophete.**
deus meus honorificabo te. laudem tri
buam nomini tuo. qui facis mirabiles
res. Consilium tuum antiquum: uerũ
fiat. Domine excelsum ẽ brachium tuũ:
deus salbaoth. corona spei. que ornata ẽ
glĩe. Exultet desertum ⁊ exultent solli
tudines iordanis. Et populus meus uide
bit altitudinem domini ⁊ maiestatem
dei. ⁊ erit congregatus ⁊ redemptus per
deum. Et ueniet in syon cum leticia:
et leticia sempit̃na super caput eius.
⁊ laux ⁊ exultatio. Et aperiam in mon
tibz flumina: in mediis campis fontes
dirumpam. Et t̃ram sine aqua consun
dam. Ecce puer meus exaltabitur et
eleuabitur: ⁊ sublimis erit ualde. Hau
rietis aquas in gaudio de fontibus sal
uatoris: et dicetis in illa die confitemini
domino ⁊ inuocate nomen eius. Notas
facite in popul' adinuentiones eius. can
tate domino quia mirabilia fecit. an
nuntiate hec: in uniuersa terra. Dicit dñs:
omnipotens. **Secundum matheum.**

In illo tempore: Venit ihesus a galilea in
iordanem ad iohannem: ut baptizaretur
ab eo. Johannes autem: prohibebat eum di
cens. Ego a te debeo baptizari. ⁊ tu uenis ad
me: Respondens autem ihc: dixit ei. Sine
modo: sic enim decet nos implere omnem
iusticiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus
autem ihc: confestim ascendit de aqua. Et
ecce aperti sunt ei celi: ⁊ uidit spm̃ dei descẽ
dentem sicut columbam: et uenientem
sup se. Et ecce uox de celo: dicens. Hic est fi
lius meus dilectus: in quo michi com
placui. **Secreta oratio.**

Hostias tibi domine pro nati filii tui ap
paritione deferimus supplicit' exorã
tes. ut sicut ipse nr̃orum auctor est mune
rum. ita sit ⁊ misericors susceptor ihesus
cristus dominus noster. Qui tecum.

Celesti **Post communionem.**
lumine quesumus domine semper
⁊ ubiq; nos preueni. ut misterium cuius
nos participes esse uoluisti ⁊ puro cernã
mus intuitu ⁊ digno percipiamus effectu:
Per. **In ueneratione beate marie. Or.**

Deus qui salutis eterne beate marie
uirginitate fecunda humano generi
p̃mia p̃stitisti: tribue quesumus ut ipsã
pro nob' intercedere sentiamus. per quam
meruimus auctorem uite suscipere do
minum nostrum ihm xp̃m. **Secreta.**

Muneribus nostris quesumus domine
p̃cibusq; susceptis ⁊ celestibz nos mũ
da misteriis. ⁊ clementer exaudi. Per. **P' co.**

Hec nos communio domine purget a
crimine ⁊ intercedente beata maria sẽ
per uirgine celestis remedii faciat esse cõ
sortes. Per eundem. **Dominica prima
post epiphaniam. Or.**

Uota q̃s domine populi supplicantis
celesti pietate prosequere. ut ⁊ q̃ agen
da sunt uideant. ⁊ ad implenda que ui

derint et non ualescant. Per. Lc ad romanos.

Fratres. Obsecro uos per misericordiam dei: ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem sanctam deo placentem rationabile obsequium uestrum. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus uestri. ut probetis que sit uoluntas dei bona et beneplacens et perfecta. Dico enim per gratiam que data est michi omnibus qui sunt inter uos non plus sapere quam oportet sapere. sed sapere ad sobrietatem. Et unicuique: sicut deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in uno corpore multa membra habemus. omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in christo. Singuli autem: alter alterius membra. In christo ihesu domino nostro. Secundum lucam.

In illo tempore. Cum factus esset ihesus annorum duodecim: ascendentibus illis in ierosolimam secundum consuetudinem diei festi. consummatisque diebus cum redirent remansit puer ihesus in ierusalem et non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu: uenerunt iter diei et requirebant eum inter cognatos et notos. Et non inuenientes: regressi sunt in ierusalem requirentes eum. Et factum est post triduum: inuenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum. audientem illos et interrogantem. Stupebant autem omnes qui eum audiebant: super prudentia et responsis eius. Et uidentes: ammirati sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili: quid fecisti nobis sic: Ecce pater tuus et ego dolentes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est quod me querebatis: Nesciebatis quia in his que patris mei sunt oportet me esse: Et ipsi non intellexerunt uerbum: quod locutus est ad illos. Et descendit cum eis: et uenit nazareth. et erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia uerba hec. in corde suo. Et ihesus proficiebat sapientia etate et gratia: apud deum et homines. Secreta oratio.

Oblatum tibi domine sacrificium uiuificet nos semper et muniat. Per. Post communio.

Supplices te rogamus omnipotens deus: ut quos tuis reficis sacramentis. tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concede. Per. Dominica secunda post epiphaniam.

Omnipotens sempiterne deus: qui celestia simul et terrena moderaris. supplicationes populi tui clementer exaudi. et pacem tuam nostris concede temporibus. Per. Lc ad Romanos.

Fratres. Habentes donationes: secundum gratiam que data est nobis differentes. Siue prophetiam: secundum rationem fidei. Siue ministerium: in ministrando. Siue qui docet: in doctrina. Qui exhortatur: in exhortando. Qui tribuit: in simplicitate. Qui preest in sollicitudine. Qui miseretur in hilaritate. Dilectio: sine simulatione. Odientes malum: adherentes bono. Caritatem fraternitatis inuicem diligentes. Honore inuicem preuenientes. Sollicitudine non pigri. Spiritu feruentes. Domino seruientes. Spe gaudentes. In tribulatione patientes. Orationi instantes. Necessitatibus sanctorum communicantes. Hospitalitatem sectantes. Benedicite persequentibus uos: benedicite et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus. Id ipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes: sed humilibus consentientes. Secundum Iohannem.

In illo tempore. Nuptie facte sunt in chana galilee: et erat mater ihesu ibi. Vocatus est autem ihesus: et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente uino: dicit mater ihesu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei ihesus. Quid michi et tibi est mulier: Nondum uenit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcumque dixerit uobis: facite. Erant autem ibi lapidee hydrie

sex posite secundum purificationem iudeorum: capientes singule metretas binas uel ternas. Dicit eis ihesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas: usque ad summum. Dicit eis ihesus. Haurite nunc et ferte architriclino. Et tulerunt. Ut autem gustauit architriclinus: aqua uinum factam et non sciebat unde esset. ministri autem sciebant qui hauserant aquam: uocat sponsum architriclinus. et dicit ei. Omnis homo primum bonum uinum ponit: et cum inebriati fuerint tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti uinum bonum usque adhuc. Hoc fecit initium signorum ihesus in chana galilee: et manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum: discipuli eius. Secreta. oratio.

Oblata domine munera sanctifica. nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per. Post communionem.

Augeatur in nobis domine quesumus tue uirtutis operatio. ut diuinis uegetati sacramentis. ad eorum promissa capienda. tuo munere preparemur. Per.

Dominica tercia post epiphaniam.

Omnipotens sempiterne oratio deus: infirmitatem nostram propicius respice. atque ad protegendum nos dexteram tue maiestatis extende. Per.

Fratres. Nolite esse Ad Romanos.

prudentes. apud uosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona: non tantum coram deo. sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod ex uobis est: cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uos defendentes karissimi: sed date locum ire. Scriptum est enim. Michi uindictam: ego retribuam dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus: ciba illum. Si sitit: potum da illi. Hoc enim faciens: carbones ignis congeres super caput eius. Noli uinci a malo: sed uince in bono malum. Secundum matheum.

In illo tempore. Cum descendisset ihesus de monte: secute sunt eum turbe multe. Et ecce leprosus ueniens: adorabat eum dicens. Domine: si uis potes me mundare. Et extendens ihesus manum: tetigit eum dicens. Volo. Mundare. Et confestim: mundata est lepra eius. Et ait illi ihesus. Vide nemini dixeris: sed uade ostende te sacerdoti et offer munus quod precepit moyses in testimonium illis. Cum autem introisset capharnaum: accessit ad eum centurio rogans eum et dicens. Domine: puer meus iacet in domo paraliticus: et male torquetur. Et ait illi ihesus. Ego ueniam: et curabo eum. Et respondens centurio: ait. Domine: non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed tantum dic uerbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus. habens sub me milites. Et dico huic uade: et uadit. Et alio ueni: et uenit. Et seruo meo fac hoc: et facit. Audiens autem ihesus miratus est: et sequentibus se dixit. Amen dico uobis: non inueni tantam fidem in israel. Dico autem uobis: quod multi ab oriente et occidente uenient et recumbent cum abraham et ysaac. et iacob in regno celorum. Filii autem regni eicientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit ihesus centurioni. Vade: et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer: in illa hora.

Hec hostia domine Secreta. oratio. quesumus emundet nostra delicta et ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentesque sanctificet. Per. Post communionem.

Quos tantis domine largiris uti misteriis: quesumus ut effectibus eorum ueraciter aptare digneris. Per. Dominica quarta post epiphaniam.

Deus qui nos in tantis periculis constitutos pro humana scis fragilitate non

posse subsistere. da nobis salutem mentis et corporis. ut ea que pro peccatis nostris patimur. te adiuvante vincamus. Per. Ad Romanos.

Fratres. Nemini quicquam debeatis: nisi ut invicem diligatis. Qui enim diligit proximum: legem implevit. Nam non adulterabis. non occides. non furabis. non falsum testimonium dices. non concupisces rem proximi tui. Et si quod est aliud mandatum: in hoc verbo instauratur. Diliges proximum tuum: sicut teipsum. Dilectio proximi: malum non operatur. Plenitudo ergo legis: est dilectio. Secundum Matheum.

In illo tempore. Ascendente ihesu in naviculam: secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari: ita ut navicula operiretur fluctibus. Erat autem illis: contrarius ventus. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt: et suscitaverunt eum dicentes. Domine: salva nos perimus. Et dicit illis. Quid timidi estis modice fidei: Tunc surgens: imperavit ventis et mari: et facta est tranquillitas magna. Porro: homines mirati sunt dicentes. Qualis est hic: quia et venti et mare: obediunt ei. Secreta.

Concede quesumus omnipotens deus: ut huius sacrificii munus oblatum. fragilitatem nostram ab omni malo purget semper et muniat. Per. Post commun.

Munera tua nos deus a delectationibus terrenis expediant. et celestibus semper instruant alimentis. Per. Dominica .v. post epiphaniam. Or.

Familiam tuam quesumus domine continua pietate custodi. ut que in sola spe gratie celestis innititur: tua semper protectione muniatur. Per. Ad colosenses.

Fratres. Induite vos sicut electi dei sancti et dilecti: viscera misericordie. Benignitatem. humilitatem. modestiam. patientiam. supportantes invicem. et donantes vobismet ipsis si quis adversus aliquem habet querelam. sicut et deus donavit vobis: ita et vos. Super omnia autem hec: caritatem habentes. quod est vinculum perfectionis. Et pax cristi exultet in cordibus vestris: in qua et vocati estis in uno corpore. Et grati estote: verbum christi habitet in vobis habundanter. In omni sapientia docentes. et commonentes vosmetipsos: psalmis. hymnis. et canticis spiritualibus. in gratia cantantes in cordibus vestris domino. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini nostri ihesu christi facite Gratias agentes deo et patri: per ihesum cristum: dominum nostrum.

In illo tempore: Secundum Mathum.

Respondens ihesus: dixit. Confiteor tibi domine pater celi et terre: qui abscondisti hec a sapientibus. et prudentibus. et revelasti ea parvulis. Ita pater quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo novit filium nisi pater: neque patrem quis novit nisi filius et cui voluerit filius revelare. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis: et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos et discite a me quia mitis sum et humilis corde. et invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est: et onus meum leve. Secreta oratio.

Hostias tibi domine placationis offerimus. ut et delicta nostra miseratus absolvas. et nutantia corda tu dirigas. Per.

Quesumus omnipotens deus: Post co. ut illius salutaris capiamus effectum. cuius per hec mysteria pignus accepimus. Per. Dominica .vi. post epiphaniam.

Conserva populum tuum deus. et tuo nomini fac devotum: ut divinis subiectus officiis. et temporalia pariter. et eterna dona percipiat. Per.

Hec nos oblatio deus mundet **Secreta.**
quesumus et renouet et gubernet et pro
gat. et ad auxilium perpetue salutis per
ducat. Per. **Post communionem**
Celestibus domine pasti deliciis. quesumus
ut semper easdem per quas ueraciter uiui
mus appetamus. Per. **Dominica in sep**
Preces populi **tuagesima** **Oratio**
tui quesumus domine clementer
exaudi. ut qui iuste pro peccatis nostris af
fligimur. pro tui nominis gloria misericor
diter liberemur. Per. **Ad corinthios**
Fratres. Nescitis quod hi qui in stadio
currunt. omnes quidem currunt
sed unus accipit brauium. Sic curri
te. ut comprehendatis. Omnis enim qui
in agone contendit. ab omnibus se ab
stinet. Et illi quidem ut corruptibilem
coronam accipiant. nos autem incorru
ptam. Ego igitur sic curro. non quasi in incer
tum. Sic pugno. non quasi aerem uer
berans. sed castigo corpus meum et in
seruitutem redigo. ne forte cum aliis
predicauerim ipse reprobus efficiar.
Nolo enim uos ignorare fratres. quia
patres nostri omnes sub nube fuerunt.
et omnes mare transierunt. et omnes
in moyse baptizati sunt in nube et in
mari. Et omnes eandem escam spiritalem
manducauerunt. et omnes eundem
potum spiritalem biberunt. Bibebant
autem de spiritali consequenti eos
petra. Petra autem erat christus. **Secundum Matheum.**
In illo tempore. Dixit **Dominus** iesus
discipulis suis parabolam hanc. Si
milie est regnum celorum homini patrifa
milias. qui exiit primo mane condu
cere operarios in uineam suam. Conuen
tione autem facta cum operariis ex de
nario diurno. misit eos in uineam
suam. Et egressus circa horam terciam.
uidit alios stantes in foro ociosos. et illis
dixit. Ite et uos in uineam. et quod iustum
fuerit dabo uobis. Illi autem abierunt. Ite
rum autem exiit circa sextam et nonam
horam. et fecit similiter. Circa undecimam
uero exiit. et inuenit alios stantes. et dicit
illis. Quid hic statis tota die ociosi. Dicunt
ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis.
Ite et uos in uineam. Cum sero autem factum
esset. dicit dominus uinee procuratori
suo. Voca operarios. et redde illis mer
cedem. incipiens a nouissimis usque ad
primos. Cum uenissent ergo qui circa un
decimam horam uenerant. acceperunt
singulos denarios. Venientes autem et
primi. arbitrati sunt quod plus essent ac
cepturi. Acceperunt autem et ipsi singulos
denarios. Et accipientes. murmurabant
aduersus patremfamilias dicentes. Hii
nouissimi una hora fecerunt et pares il
los nobis fecisti qui portauimus pondus
diei et estus. At ille respondens uni
eorum dixit. Amice non facio tibi iniuriam.
Nonne ex denario diurno conuenisti
mecum. Tolle quod tuum est et uade. Volo
autem et huic nouissimo dare. sicut et
tibi. An non licet mihi quod uolo facere. An
oculus tuus nequam est quia ego bo
nus sum. Sic erunt nouissimi primi.
et primi nouissimi. Multi enim sunt uo
cati. pauci uero electi. **Secreta.**
Muneribus nostris quesumus domine preci
busque susceptis. et celestibus nos munda
misteriis. et clementer exaudi. Per. **Postcommunio.**
Fideles tui deus per tua dona firmentur.
ut eadem et percipiendo requirant. et que
rendo sine fine percipiant. Per. **Dominica**
Deus **Sexagesima**
qui conspicis quia ex nulla nostra acti
one confidimus. concede propicius. ut
contra aduersa omnia doctoris gentium
protectione muniamur. Per. **Ad corinthios.**
Fratres. Libenter suffertis insi
pientes. cum sitis ipsi sapientes.
Sustinetis enim. si quis uos in seruitutem

tute redigit. Si quis devorat. si quis
accipit: si quis extollitur. si quis in faci
em vos cedit. Secundum ignobilitatem
dico: quasi nos infirmi fuerimus in hac
parte. In quo quis audet: In insipientia
dico: audeo et ego. Hebrei sunt: et ego. Israe
lite sunt: et ego. Semen abrahe sunt: et
ego. Ministri christi sunt: et ego. Ut minus
sapiens dico: plus ego. In laboribus plu
rimis: in carceribus habundantius. in pla
gis supra modum in mortibus frequenter.
A iudeis quinquies quadragenas: una
minus accepi. Ter virgis cesus sum:
semel lapidatus sum: ter naufragium
feci. Nocte et die: in profundum maris fui.
In itineribus sepe. Periculis fluminum: pe
riculis latronum. periculis ex genere. periculis
ex gentibus. Periculis in civitate: periculis in
solitudine. periculis in mari. periculis in falsis
fratribus. In labore et erumpna: in vigiliis
multis. In fame et siti: in ieiuniis mul
tis. In frigore: et nuditate. Preter illa que
extrinsecus sunt instantia mea cotidi
ana. sollicitudo omnium ecclesiarum.
Quis infirmatur et ego non infirmor: Quis
scandalizatur. et ego non uror: Si gloriari
oportet: que infirmitatis mee sunt
gloriabor. Deus et pater domini nostri ihesu christi
scit qui est benedictus in secula: quod
non mentior. Alia pars per septimanam.

Damasci prepositus gentis arethe regis:
custodiebat civitatem damascenorum
ut me comprehenderet. Et per fenestram
in sporta demissus sum per murum: et
sic effugi manus eius. Si gloriari oportet.
non expedit quidem. Veniam autem
ad visiones. et revelationes domini.
Scio hominem in christo ante annos qua
tuordecim. sive in corpore nescio. sive
extra corpus nescio deus scit: raptum
huiusmodi usque ad tercium celum. Et
scio huiusmodi hominem sive in cor
pore sive extra corpus nescio deus scit:
quoniam raptus est in paradisum et
audivit archana verba que non licet ho
mini loqui. Pro huiusmodi gloriabor: pro
me autem nichil nisi in infirmitatibus
meis. Nam et si voluero gloriari: non ero
insipiens. Veritatem enim dicam: Par
co autem: ne quis me existimet supra
id quod videt in me aut audit aliquid
ex me. Et ne magnitudo revelationum
extollat me: datus est mihi stimulus car
nis mee angelus sathane qui me colafizet.
Propter quod ter dominum rogavi ut disce
deret a me: et dixit mihi. Sufficit tibi: gratia
mea. Nam virtus: in infirmitate per
ficitur. Libenter igitur gloriabor in in
firmitatibus meis: ut inhabitet in
me: virtus christi. Secundum Lucam.

In illo tempore: Cum turba plurima
convenirent. et de civitatibus properarent
ad ihesum: dixit per similitudinem. Exiit
qui seminat. seminare semen suum.
Et dum seminat: aliud cecidit secus
viam et conculcatum est. et volucres
celi comederunt illud. Et aliud cecidit
supra petram: et natum aruit quia non
habebat humorem. Et aliud cecidit inter
spinas: et simul exorte spine suffoca
verunt illud. Et aliud cecidit in terram
bonam: et ortum fecit fructum cen
tuplum. Hec dicens clamabat. Qui
habet aures audiendi: audiat. Intro
gabant autem eum discipuli eius: quid
esset hec parabola. Quibus ipse dixit.
Vobis datum est nosse misterium reg
ni dei: ceteris autem in parabolis ut vi
dentes non videant. et audientes non intelli
gant. Est autem: hec parabola. Semen:
est verbum dei. Qui autem secus viam:
hi sunt qui audiunt. deinde venit di
abolus. et tollit verbum de corde eorum.
ne credentes salvi fiant. Nam qui supra
petram: hi sunt qui cum audierint cum gau
dio suscipiunt verbum. Et hi radices

non habent: quia ad tempus credunt.
et in tempore temptationis recedunt.
Quod autem in spinis cecidit: hi sunt
qui audierunt et a sollicitudinibus
et diviciis et voluptatibus vite euntes
suffocantur. et non referunt fructum.
Quod autem in bonam terram: hii sunt
qui in corde bono et optimo audientes
verbum retinent. Et fructum afferunt.
in patientia. **Secreta.**
Oblatum tibi domine sacrificium. vi
vificet nos semper et muniat. Per.
Supplices te rogamus omnipotens **Post communio.**
deus: ut quos tuis reficis sacramentis.
tibi etiam placitis moribus dignanter
deservire concedas. Per. **Oratio.**
Preces nostras **Dominica in quinquagesima.**
quesumus domine clementer exaudi: atque a
peccatorum vinculis absolutos. ab
omni nos adversitate custodi. Per.
Fratres: Si linguis **Ad Corinthios.**
hominum loquar et angelorum.
caritatem autem non habeam: fa
ctus sum velut es sonans aut cym
balum tinniens. Et si habuero pro
phetiam. et novero misteria omnia
et omnem scientiam. et habuero omnem
fidem. ita ut montes transferam: ca
ritatem autem non habeam: nichil sum.
Et si distribuero in cibos pauperum
omnes facultates meas: et si tradi
dero corpus meum ita ut ardeam:
caritatem autem non habeam nichil
michi prodest. Karitas patiens est: benig
na est. Caritas non emulatur. non agit per
peram. non inflatur: non est ambitiosa.
non querit que sua sunt. Non irrita
tur. non cogitat malum. non gaudet super
iniquitatem. congaudet autem ve
ritati. Omnia suffert. omnia cre
dit. omnia sperat: omnia sustinet.
Caritas numquam excidit. Sive pro
phetie evacuabuntur: sive lingue
cessabunt. sive scientia destruetur.
Ex parte enim cognoscimus: et ex par
te prophetamus. Cum autem venerit
quod perfectum est: evacuabitur quod
ex parte est. Cum enim parvulus. loque
bar ut parvulus. sapiebam ut par
vulus. cogitabam ut parvulus. Quando
autem factus sum vir: evacuavi que
erant parvuli. Videmus nunc per spe
culum in enigmate: tunc autem fa
cie ad faciem. Nunc cognosco ex par
te. tunc autem cognoscam sicut et co
gnitus sum. Nunc autem manent: fi
des. spes. caritas. tria hec. Maior autem
horum: est caritas. **Secundum Lucam.**
In illo tempore: Assumpsit Ihesus duo
decim discipulos suos: et ait illis. Ecce
ascendimus Ierosolimam: et consumma
buntur omnia que scripta sunt per
prophetas de filio hominis. Tradetur enim
gentibus et illudetur. et flagellabitur. et
conspuetur. Et postquam flagellave
rint occident eum: et die tertia resurget.
Et ipsi nichil horum intellexerunt. Erat
autem verbum istud absconditum ab
eis: et non intelligebant que dicebantur.
Factum est cum appropinquaret Iherico:
cecus quidam sedebat secus viam men
dicans. Et cum audiret turbam pretereuntem:
interrogabat quid hec esset. Dixerunt au
tem ei: quod Ihesus Nazarenus transiret.
Et clamavit dicens. Ihesu fili David: mi
serere mei. Et qui preibant: increpabant
eum ut taceret. Ipse vero multo magis
clamabat: fili David miserere mei.
Stans autem Ihesus: iussit cecum adduci
ad se. Et cum appropinquasset: inter
rogavit illum dicens. Quid tibi vis faciam?
at ille dixit. Domine ut videam. Et
Ihesus dixit illi. Respice. fides tua: te sal
vum fecit. Et confestim vidit: et seque
batur illum magnificans deum. Et
omnis plebs ut vidit: dedit laudem deo.

Hec hostia domine quesumus emundet **Secreta.**
nostra delicta. et ad sacrificium
celebrandum. subditorum tibi corpora
mentesque sanctificet. Per. **Post communionem.**
Quesumus omnipotens deus: ut qui
celestia alimenta percepimus. per hec
contra omnia adversa muniamur.
Per. **In capite ieiunii. Benedictio cinerum.**
Omnipotens sempiterne deus. qui mi-
sereris omnium et nichil odisti eorum
que fecisti. dissimulans peccata homi-
num propter penitentiam: qui etiam
subvenis in necessitate laborantibus.
benedicere et sanctificare hos cineres dig-
nare. quos causa humilitatis et sanc-
te religionis ad emundanda delicta no-
stra super capita nostra ferre constituisti
more ninivitarum: et da per invoca-
tionem tui nominis. ut omnes qui eos
ad deprecandam misericordiam tuam su-
per capita sua tulerint. a te mereantur
omnium delictorum suorum accipe-
re: et hodie sic eorum ieiunia inchoare sancta.
ut in die resurrectionis purificatis men-
tibus ad sanctum mereantur acce-
dere pascha. et in futuro perpetuam
accipere gloriam. Per.
Concede nobis domine presidia milicie
christiane sanctis inchoare ieiuniis. ut
contra spiritales nequicias pugnaturi.
continentie muniamur exemplis. Per.
Presta **Oratio ad missam. Feria IIII.**
domine fidelibus tuis: ut ieiuniorum
veneranda sollempnia. et congrua pi-
etate suscipiant: et secura devocione
percurrant. **Lectio Iohel prophete.**
Hec dicit dominus deus. Converti-
mini ad me in toto corde vestro. in ie-
iunio et fletu et planctu. et scindite
corda vestra. et non vestimenta vestra. et conver-
timini ad dominum deum vestrum.
quia benignus et misericors est: pati-
ens et multum misericors. prestabilis

super malicia. Quis scit si convertatur
et ignoscat deus. et relinquat post se
benedictionem: Sacrificium et liba-
men: domino deo nostro. Canite tuba in
syon: sanctificate ieiunium. vocate
cetum. congregate populum. sanctificate
ecclesiam. Coadunate senes. congre-
gate parvulos. et sugentes ubera.
Egrediatur sponsus de cubili suo. et
sponsa de thalamo suo. Inter vestibu-
lum et altare: plorabant sacerdotes
ministri domini et dicent: Parce domine
parce populo tuo: et ne des hereditatem
tuam in obprobrium. ut dominentur
eis nationes. Quare dicunt in populis
ubi est deus eorum. Zelatus est dominus
terram suam: et pepercit populo suo.
Et respondit dominus: et dixit populo
suo. Ecce ego mittam vobis frumentum.
et vinum et oleum et replebimini in
eis. et non dabo vos ultra obprobrium in gen-
tibus. dicit dominus: omnipotens.
In illo tempore: **Secundum [illegible]thei.**
Dixit ihesus discipulis suis. Cum ieiu-
natis: nolite fieri sicut ypocrite tristes.
Demoliuntur enim facies suas: ut
pareant hominibus ieiunantes. Amen
dico vobis: quia receperunt mercedem
suam. Tu autem cum ieiunas: unge
caput tuum et faciem tuam lava. ne
videaris hominibus ieiunans. sed pa-
tri tuo qui est in abscondito. Et pater
tuus qui videt in abscondito: reddet
tibi. Nolite thesaurizare vobis thesau-
ros in terra: ubi erugo et tinea demo-
litur. et ubi fures effodiunt et furan-
tur. Thesaurizate autem vobis thes-
auros in celo: ubi neque erugo neque ti-
nea demolitur. et ubi fures non effodiunt
nec furantur. Ubi enim est thesaurus
tuus: ibi est et cor tuum. **Secreta.**
Fac nos quesumus domine his mu-
neribus offerendis convenienter

S. Math.

Sec.

aptari. quibus ipsius venerabilis sacramenti celebramus venturi exordium. Per. Prefatio.
Eterne deus. Qui corporali
ieiunio vicia comprimis. Post communionem.
Percepta domine nobis prebeant sacramenta subsidium: ut et tibi grata sint
nostra ieiunia. et nobis proficiant ad medelam. Per.
Inclinantes domine Super populum.
se maiestati tue propiciatus intende:
ut qui divino munere sunt refecti.
celestibus semper nutriantur auxiliis. Per.
Deus qui Feria V. Collecta.
culpa offenderis. penitentia placaris: preces populi tui supplicantis propicius
respice. et flagella tue iracundie que pro
peccatis nostris meremur averte. Per.
In diebus illis: Lectio ysaie prophete.
Egrotavit ezechias usque ad mortem:
et introivit ad eum ysayas filius amos
propheta et dixit ei. Hec dicit dominus.
Dispone domui tue: quia morieris tu
et non vives. Et convertit ezechias faciem
suam ad parietem: et oravit ad dominum
et dixit. Obsecro domine. memento queso
quomodo ambulaverim coram te in
veritate et in corde perfecto. et quod bonum est
in oculis tuis fecerim. Et flevit ezechias: fletu magno. Factumque est verbum domini:
ad ysayam dicens. Vade: et dic ezechie. Hec
dicit dominus deus. David patris tui. Audivi orationem tuam: et vidi lacrimam tuam.
Ecce ego adiciam super dies tuos quindecim annos: et de manu regis assyriorum
eruam te et civitatem istam. et protegam
eam. dicit dominus: omnipotens.
In illo tempore: Secundum matheum.
Cum intrasset ihesus capharnaum: accessit ad eum centurio rogans eum et dicens. Domine. puer meus iacet in domo paraliticus: et male torquetur. Et ait illi ihesus. Ego veniam et curabo eum.
Et respondens centurio. ait. Domine:
non sum dignus ut intres sub tectum
meum. sed tantum dic verbo
et sanabitur puer meus. Nam et ego
homo sum sub potestate constitutus:
habens sub me milites. Et dico huic vade:
et vadit. Et alio veni: et venit. Et servo
meo fac hoc: et facit. Audiens autem
ihesus miratus est. et sequentibus se dixit.
Amen dico vobis: non inveni tantam fidem in
israel. Dico autem vobis: quod multi ab oriente et occidente venient. et recumbent
cum abraham. et ysaac. et iacob. in regno
celorum. Filii autem regni. eicientur
in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit ihesus centurioni.
Vade: et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer: in illa hora. Secreta.
Sacrificiis presentibus domine quesumus
intende placatus. ut et devotioni nostre
proficiant et saluti. Per. Post communionem.
Celestis doni benedictione percepta supplices te deus omnipotens deprecamur: ut
idem nobis et sacramenti causa sit et salutis:
Per. Super populum.
Parce domine parce populo tuo: ut
dignis flagellationibus castigatus. in
tua miseratione respiret. Per. Feria VI.
Inchoata ieiunia Collecta.
quesumus domine benigno favore prosequere. ut observantiam quam corporaliter exhibemus. mentibus etiam sinceris exercere valeamus. Per. Lectio ysaie prophete.
Hec dicit dominus deus.
Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam. et annuntia populo
meo scelera eorum. et domui iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem
querunt. et scire vias meas volunt
Quasi gens que iusticiam fecerit:
et quae iudicium dei sui non dereliquerit.
Rogant me iudicia iusticie: et appropinquare deo volunt. Quare ieiunavimus et non aspexisti. humiliavimus animas nostras et nescisti:

Ecce in die ieiunii uri inuenitur uo
luntas ura. et omnes debitores uros
repetitis. Ecce ad lites et contentiones
ieiunatis. et percutitis pugno impie.
Nolite ieiunare sicut usque ad hanc
diem. ut audiatur in excelso clamor
ur. Numquid tale est ieiunium quod
elegi per diem affligere hominem ani
mam suam? Numquid contorquere
quasi circulum caput suum. et sac
cum et cinerem sternere? Numquid
istud uocabis ieiunium. et diem accepta
bilem domino? Nonne hoc est magis
ieiunium quod elegi? Dissolue colligati
ones impietatis. solue fasciculos depri
mentes. Dimitte eos qui confracti sunt
liberos. et omne onus disrumpe. Frange
esurienti panem tuum. et egenos ua
gosque induc in domum tuam. Cum ui
deris nudum operi eum. et carnem tuam
ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane
lumen tuum. et sanitas tua citius orie
tur. Et anteibit faciem tuam iusticia
tua. et gloria domini colliget te. Tunc
inuocabis et dominus exaudiet. clamabis
et dices ecce adsum. Quia misericors sum
dominus deus tuus. Secundum Mathium.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis
suis. Audistis quia dictum est antiquis.
Diliges proximum tuum. et odio habebis
inimicum tuum. Ego autem dico uo
bis. Diligite inimicos uros. benefacite
his qui oderunt uos. et orate pro persequen
tibus et calumpniantibus uos. ut sitis
filii patris uri qui in celis est. qui solem
suum oriri facit super bonos et malos. et
pluit super iustos et iniustos. Si enim di
ligitis eos qui uos diligunt. quam merce
dem habebitis? Nonne et publicani hoc
faciunt? Et si salutaueritis fratres ue
stros tantum. quid amplius facietis?
Nonne et ethnici hoc faciunt? Estote
ergo uos perfecti. sicut et pater uester

celestis perfectus est. Attendite ne iusticiam
uram faciatis coram hominibus. ut uide
amini ab eis. Alioquin mercedem non habebi
tis apud patrem urm qui in celis est. Cum
ergo facis elemosinam. noli tuba canere an
te sicut ypocrite faciunt in synagogis et
in uicis. ut honorificentur ab hominibus.
Amen dico uobis. receperunt mercedem suam.
Te autem faciente elemosinam. nesciat
sinistra tua quid faciat dextera tua. ut
sit elemosina tua in abscondito. Et pater
tuus qui uidet in abscondito. reddet tibi.
Et cum oratis. non eritis sicut ypocrite qui
amant in sinagogis et in angulis platea
rum stantes orare. ut uideantur ab homi
nibus. Amen dico uobis. receperunt mercedem suam.
Tu autem cum orabis. intra in cubiculum
tuum et clauso hostio ora patrem tuum.
Et pater tuus qui uidet in abscondito. red
det tibi. Secreta.

Sacrificium domine obseruantie pas
chalis offerimus. precantes ut tibi et mentes nostras
reddat acceptas. et continentie promptioris
nobis tribuat facultatem. Per. Post communionem.

Spiritum nobis domine tue caritatis infun
de. ut quos uno pane celesti satiasti. tua
facias pietate concordes. Per. Super populum.

Tuere domine populum tuum.
et ab omnibus peccatis clementer emun
da. quia nulla ei nocebit aduersitas. si nul
la dominetur iniquitas. Per. Sabbato.

Adesto domine supplicationibus nostris et quo
cede. ut hoc sollempne ieiunium quod
animis corporibusque curandis salubriter
institutum est. deuoto seruitio celebremus.
Per dominum. Lectio Ysaie prophete.

Hec dicit dominus. Si abstuleris de
medio tui catenam et desieris digi
tum extendere et loqui quod non prodest.
cum effuderis esurienti animam tuam.
et animam afflictam repleueris. orietur
in tenebris lux tua. et tenebre tue e
runt sicut meridies. Et requiem da

bit tibi dominus deus tuus semper: et
implebit splendoribus animam tuam. et
ossa tua impinguabit. Et eris quasi hortus
irriguus: et sicut fons aquarum cuius non
deficient aque. Et edificabuntur in te
deserta seculorum: fundamenta generationis
et generationis suscitabis. Et vocaberis edifi
cator sepium: avertens semitas iniquita
tum. Si averteris a sabbato pedem tuum non
facere voluntatem tuam in die sancto
meo: et vocaveris sabbatum delicatum
et sanctum domini gloriosum: et glorifica
bis eum dum non facis vias tuas. et non
invenitur voluntas tua ut loquaris
sermonem: tunc delectaberis super domino
deo tuo. Et sustollam te super altitudi
nem terre: et cibabo te hereditate iacob
patris tui. Os enim domini: locutum est
hec. Secundum marcum.

In illo tempore: Cum sero esset factum:
erat navis in medio mari. et ihesus solus
in terra. Et vidit discipulos suos laboran
tes in remigando: erat enim eis contrarius
ventus. Et circa quartam vigiliam noc
tis: venit ad eos ambulans supra mare:
et volebat preterire eos. At illi ut viderunt
eum ambulantem super mare: putave
runt fantasma esse. Et exclamaverunt.
Omnes enim eum viderunt: et contur
bati sunt. Et statim ihesus locutus est cum
eis: et dixit illis. Confidite: ego sum no
lite timere. Et ascendit ad illos in na
vim: et cessavit ventus. et plus magis
intra se stupebant. Non enim intelle
xerant de panibus: erat enim cor illorum
obcecatum. Et cum transfretassent: per
venerunt in terram genesareth. et ap
plicuerunt. Cumque egressi essent de
navi: continuo cognoverunt eum. Et
percurrentes universam regionem il
lam: ceperunt in grabbatis eos qui se
male habebant circumferre. ubi audi
ebant eum esse. Et quocumque introibat

in vicos et in villas aut civitates: in
plateis ponebant infirmos. et depre
cabantur eum ut vel fimbriam vestimen
ti eius tangerent. Et quotquot tan
gebant eum: salvi fiebant. Secreta.
Suscipe domine sacrificium cuius
te voluisti immolatione placari.
presta quesumus: ut huius operatione
mundati. beneplacitum tibi nostre mentis
offeramus affectum: Per. Post communionem.
Celestis vite munere vegetati quesu
mus domine. ut quod est nobis in pre
senti vita misterium. fiat eternitatis
auxilium. Per. Super populum.
Fideles tui deus per tua dona firmentur:
ut eadem et percipiendo requirant.
et querendo sine fine percipiant. Per. Dominica in
quadragesima. Collecta.
Deus qui ecclesiam tuam annua qua
dragesimali observatione purificas.
presta familie tue. ut quod a te obtinere
abstinendo nititur: hoc bonis operibus
exequatur. Per. Lectio epistole beati pauli apostoli ad corinth.
Fratres: Hortamur vos ne in vacuum
gratiam dei recipiatis. Ait enim. Tem
pore accepto exaudivi te: et in die sa
lutis adiuvi te. Ecce nunc tempus
acceptabile: ecce nunc dies salutis.
Nemini dantes ullam offensionem:
ut non vituperetur ministerium nostrum.
Sed in omnibus exhibeamus nosmet
ipsos sicut dei ministros: in multa pa
cientia. in tribulationibus. in necessi
tatibus. in angustiis. in plagis. in carce
ribus. in seditionibus. in laboribus.
in ieiuniis. in vigiliis. in castitate. in
scientia. in longanimitate. in suavi
tate. in spiritu sancto. In caritate non
ficta: in verbo veritatis. in virtute
dei. Per arma iusticie: a dextris et a
sinistris. Per gloriam: et ignobilitatem.
per infamiam: et bonam famam. Ut se
ductores: et veraces. Sicut qui ignoti

et cogniti. Quasi morientes: et ecce ui
uimus. Ut castigati: et non mortificati.
Quasi tristes: semper autem gaudentes.
Sicut egentes: multos autem locuple
tantes. Tamquam nichil habentes: et
omnia possidentes. Secundum matheum.

In illo tempore: Ductus est ihesus in deser
tum a spiritu: ut temptaretur a diabolo.
Et cum ieiunasset quadraginta diebus
et quadraginta noctibus: postea esuriit. Et
accedens temptator: dixit ei. Si filius dei es:
dic ut lapides isti panes fiant. Qui respon
dens: dixit. Scriptum est. Non in solo pane
uiuit homo: sed in omni uerbo quod procedit de
ore dei. Tunc assumpsit eum diabolus in
sanctam ciuitatem: et statuit eum super
pinnaculum templi. et dixit ei. Si filius
dei es: mitte te deorsum. Scriptum est
enim: quia angelis suis mandauit de te.
et in manibus tollent te ne forte offendas
ad lapidem pedem tuum. Ait illi ihesus rur
sum. Scriptum est: non temptabis dominum de
um tuum. Iterum assumpsit eum dia
bolus in montem excelsum: ualde: et os
tendit ei omnia regna mundi. et gloriam
eorum. et dixit illi. Hec omnia tibi dabo:
si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei
ihesus. Uade sathanas: scriptum est enim.
Dominum deum tuum adorabis: et illi
soli seruies. Tunc reliquit eum diabo
lus: et ecce angeli accesserunt: et mini
strabant ei. Secreta.

Sacrificium quadragesimalis initii sol
lempniter immolamus. te domine de
precantes: ut cum epularum restrictione
carnalium a noxiis quoque uoluptatibus
temperemur. Per. Post communionem.

Tui nos domine sacramenti libatio
sancta restauret. et a uetustate pur
gatos. in misterii salutaris faciat transi
re consortium. Per. Feria secunda. Collecta.

Conuerte
nos deus salutaris noster: et ut ie

iunium quadragesimale proficiat. mentes no
stras instrue celestibus disciplinis. Per.

Hec dicit dominus. Lectio ezechielis prophete.
deus. Ecce ego ipse requiram oues me
as. et uisitabo eas sicut uisitat pastor gre
gem suum in die quando fuerit in me
dio ouium suarum dissipatarum. Sic
uisitabo oues meas: et liberabo eas de om
nibus locis in quibus dispersę fuerant. in
die nubis et caliginis. Et educam eas
de populis: et congregabo eas de terris. et
inducam eas in terram suam. Et pascam
eas in montibus israel. in riuis. et in
cunctis sedibus terre. In pascuis uber
rimis pascam eas. et in montibus ex
celsis israel erunt pascue earum. Ibi re
quiescent in herbis uirentibus. et
in pascuis pinguibus pascentur super
montes israel. Ego pascam oues meas:
et eas accubare faciam. dicit dominus
deus. Quod perierat requiram: et quod
abiectum fuerat reducam. Et quod con
fractum erat alligabo: et quod infirmum
fuerat consolidabo. Et quod pingue et
forte custodiam: et pascam illas in iu
dicio et iusticia. Dicit dominus: om
nipotens. Secundum matheum.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis
suis. Cum uenerit filius hominis in ma
iestate sua. et omnes angeli cum eo:
tunc sedebit super sedem maiestatis sue.
et congregabuntur ante eum omnes
gentes. et separabit eos ab inuicem. si
cut pastor segregat oues ab edis. Et
statuet oues quidem a dextris suis:
hedos autem a sinistris. Tunc dicet rex:
his qui a dextris eius erunt. Uenite be
nedicti patris mei: possidete paratum
uobis regnum a constitutione mundi.
Esuriui enim: et dedistis mihi manduca
re. Sitiui: et dedistis mihi bibere. Hospes
eram: et collegistis me. Nudus: et operuis
tis me. Infirmus: et uisitastis me. In

Fer. ii. Lc. ezechiel.

S. mathm.

carcere eram: et uenistis ad me. Tunc respondebunt ei iusti dicentes. Domine: quando te uidimus esurientem. et pauimus. sicientem et dedimus tibi potum: Quando autem te uidimus hospitem et collegimus te: aut nudum et cooperuimus te: Aut quando te uidimus infirmum et in carcerem et uenimus ad te. Et respondens rex: dicet illis. Amen dico uobis: quamdiu fecistis uni de his fratribus meis minimis: michi fecistis. Tunc dicet et his: qui a sinistris eius erunt. Discedite a me maledicti in ignem eternum: qui paratus est diabolo et angelis eius. Esuriui enim: et non dedistis michi manducare. Sitiui: et non dedistis michi bibere. Hospes eram: et non collegistis me. Nudus: et non operuistis me. Infirmus et in carcere: et non uisitastis me. Tunc respondebunt et ipsi dicentes. Domine: quando te uidimus esurientem. aut sicientem. aut hospitem. aut nudum. aut infirmum. uel in carcere. et non ministrauimus tibi: Tunc respondebit illis dicens. Amen dico uobis: quamdiu non fecistis uni de minoribus his: nec michi fecistis. Et ibunt hii in supplicium eternum: iusti autem: in uitam eternam. Secreta.

Munera domine oblata sanctifica. nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. Per. Post communionem

Salutaris tui domine munere satiati supplices exoramus: ut cuius letamur gustu. renouemur effectu: Per. Super populum.

Absolue quesumus domine nostrorum uincula peccatorum. et quicquid pro eis meremur: propiciatus auerte. Per. Feria .iii. Collecta.

Respice domine familiam tuam: et presta ut apud te mens nostra tuo desiderio fulgeat. que se carnis maceratione castigat. Per dominum.

In diebus Lectio ysaie prophete illis: Locutus est ysaias propheta dicens. Querite dominum dum inueniri potest: inuocate eum dum prope est. Derelinquat impius uiam suam: et uir iniquus cogitationes suas. et reuertatur ad dominum et miserebitur eius. et ad deum nostrum quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes mee cogitationes uestre: neque uie uestre uie mee dicit dominus. Quia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sunt uie mee a uiis uestris. et cogitationes mee a cogitationibus uestris. Et quomodo descendit ymber et nix de celo: et illuc ultra non reuertitur. sed inebriat terram et infundit eam et germinare eam facit. Et dat semen serenti. et panem comedenti. sic erit uerbum meum quod egredietur de ore meo. Non reuertetur ad me uacuum: sed faciet quecumque uolui. et prosperabitur in his ad que misi illud. Ait dominus omnipotens. Secundum Matheum.

In illo tempore: Cum intrasset ihesus ierosolimam: commota est uniuersa ciuitas dicens. Quis est hic: Populi autem dicebant. hic est ihesus propheta a nazareth galilee. Et intrauit ihesus in templum dei: et eiciebat omnes uendentes et ementes in templo: et mensas nummulariorum. et cathedras uendentium columbas euertit. Et dicit eis. Scriptum est: quia domus mea domus orationis uocabitur. Vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum ceci et claudi in templo: et sanauit eos. Videntes autem principes sacerdotum et scribe mirabilia que fecit et pueros clamantes in templo et dicentes osanna filio dauid: indignati sunt et dixerunt ei. Audis quid isti dicunt: Ihesus autem dicit eis. Vtique. Numquam legistis quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem: Et relictis illis: abiit foras extra ciuitatem in bethaniam ibique mansit. Et docebat eos: de regno dei. Secreta.

Oblatis quesumus domine placare muneribus: et a cunctis nos defende

Feria .iii. Collecta

Lectio ysaie prophete

pieulis. ℟. post communionem.

Quesumus omnipotens deus: ut illius
salutaris capiamus effectum. cuius per
hec misteria pignus accepimus. ℟. Super populum.

Ascendant ad te domine preces
populi tui: et ab ecclesia tua cunctam repelle
nequitiam. ℟. Feria quarta coll.

Preces nostras quesumus
domine clementer exaudi: et contra
cuncta nobis adversantia. dexteram tue
maiestatis extende. ℟. Lc. lib. exodi.

In diebus illis: Dixit dominus ad moysen.
Ascende ad me in montem: et esto
ibi: daboque tibi duas tabulas lapideas et legem
ac mandata que scripsi. ut doceas filios
israel. Surrexerunt moyses et iosue minister
eius. ascendensque moyses in montem
domini senioribus ait. Expectate hic: donec
revertamur ad vos. Habetis aaron et hur
vobiscum: siquid natum fuerit questionis
referetis ad eos. Cumque ascendisset moyses
operuit nubes montem: et habitavit gloria
domini super synay tegens illum nube
sex diebus. Septimo autem die: vocavit eum
de medio caliginis. Erat autem species glorie
domini quasi ignis ardens super verticem
montis: in conspectu filiorum israel. Ingressusque
moyses medium nebule: ascendit
in montem. Et fuit ibi quadraginta
diebus: et quadraginta noctibus.

Devotionem Alia Coll.
populi tui domine quesumus benignus
intende. ut qui per abstinentiam carnis
macerantur in corpore. per fructum
boni operis reficiantur in mente. ℟. Lectio
libri regum.

In diebus illis: Venit
helyas in bersabee iuda: et dimisit ibi
puerum suum. et perrexit in desertum
via unius diei. Cumque venisset et sederet
subter unam iuniperum. petivit anime
sue ut moreretur. et ait. Sufficit
mihi domine: tolle animam meam. Neque
enim melior sum: quam patres mei.
Proiecitque se: et obdormivit in umbra
iuniperi. Et ecce angelus domini tetigit
eum. dixitque ei. Surge comede. Et respexit:
et ecce ad caput suum subcinericius
panis et vas aque. Comedit ergo et bibit: et
rursum obdormivit. Reversusque est angelus
domini secundo: et tetigit eum. dixitque
illi. Surge comede. grandis enim tibi restat
via. Qui cum surrexisset: comedit
et bibit. Et ambulavit in fortitudine
cibi illius: quadraginta diebus:
et quadraginta noctibus: usque ad montem
dei oreph. Secundum Matheum.

In illo tempore:
Accesserunt ad ihesum scribe et pharisei:
dicentes. Magister: volumus a te signum
videre. Qui respondens ait illis. Generatio
mala et adultera signum querit: et signum
non dabitur ei. nisi signum ione prophete.
Sicut enim fuit ionas in ventre
ceti tribus diebus et tribus noctibus:
sic erit filius hominis in corde terre. tribus
diebus et tribus noctibus. Viri ninivite surgent
in iuditio cum generatione ista et
condempnabunt eam: quia penitentiam
egerunt in predicatione ione. Et ecce plus
quam iona hic. Regina austri surget
in iudicio cum generatione ista et condempnabit
eam: quia venit a finibus
terre audire sapientiam salomonis. Et
ecce plusquam salomon hic. Cum immundus
spiritus exierit ab homine:
ambulat per loca arida. querens requiem
et non invenit. Tunc dicit. Revertar in domum
meam: unde exivi. Et veniens: invenit
scopis mundatam et ornatam.
Tunc vadit et assumit septem alios
spiritus secum nequiores se. et intrantes habitant
ibi. Et fiunt novissima hominis
illius: peiora prioribus. Sic erit: et generationi
huic pessime. Adhuc eo loquente
ad turbas: ecce mater eius et fratres stabant
foris. querentes loqui ei. Dixit autem

ei quidam. Ecce mater tua et fratres tui
foris stant. querentes te. At ipse respondens
dicenti sibi ait. Que est mater mea et qui
sunt fratres mei? Et extendens manum in
discipulos suos: dixit. Ecce mater mea.
et fratres mei. Quicumque enim fecerit
voluntatem patris mei qui in celis est.
ipse meus frater et soror et mater est.

Hostias tibi domine **Secreta.**
placationis offerimus. ut et delicta
nostra miseratus absolvas. et nutantia
corda tu dirigas. Per. **Post communionem.**

Tui domine perceptione sacramenti.
et a nostris mundemur occultis. et ab
hostium liberemur insidiis. Per. **Super**

Mentes nostras quesumus **populum.**
domine lumine tue claritatis illu
stra: ut videre possimus que agenda sunt.
et que recta sunt agere valeamus. Per.

Omnipotens **Feria quinta Coll.**
sempiterne deus. qui observatione
ieiunii et elemosinarum posuisti no
strorum remedia peccatorum. concede
nos mente et corpore semper tibi esse de
votos. Per. **Lectio ezechielis prophete.**

In diebus illis. Factum est verbum
domini ad me dicens. Quid est quod inter
vos parabolam vertitis in proverbium
istud in terra israel dicentes. patres co
mederunt uvam acerbam. et dentes
filiorum obstupescunt. Vivo ego di
cit dominus deus. si erit vobis ultra parabola
hec in israel. Ecce omnes anime
mee sunt. ut anima patris: ita et ani
ma filii mea est. Anima que peccaverit:
ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus et
fecerit iudicium et iusticiam. in mon
tibus non comederit. et oculos suos non
levaverit ad ydola domus israel. et u
xorem proximi non violaverit. et ad mu
lierem menstruatam non accesserit. et
hominem non contristaverit. pignus
debitori reddiderit. per vim nichil rapu
erit. panem suum esurienti dederit. et
nudum operuerit vestimento. ad usuram
non commodaverit. et amplius non acce
perit. ab iniquitate averterit manum suam.
iudicium verum fecerit inter virum et
virum. in preceptis meis ambulaverit.
et iudicia mea custodierit ut faciat ve
ritatem: hic iustus est vita vivet. Quod
si genuerit filium latronem effunden
tem sanguinem. et fecerit unum de
istis. et hec omnia quidem non facientem.
numquid vivet? Cum universa hec
detestanda fecerit: morte morietur. san
guis eius in ipso erit. Quod si genuerit filium
qui videns omnia peccata patris sui que
fecit. timuerit et non fecerit simile eius.
iudicia mea fecerit. et in preceptis meis
ambulaverit: hic non morietur in iniqui
tate patris sui. sed vita vivet. Pater eius
qui calumpniatus est. et vim fecerit
fratri. et malum operatus est in medio po
puli sui. ecce mortuus est in iniquita
te sua. Et dicitis. Non est equa via domini.
Quare non portavit filius iniquitatem
patris sui? videlicet quia iudicium et
iusticiam operatus est. Omnia precepta
mea custodivit et fecit illa: vita vi
vet.

In illo tempore: Dicebat ihesus ad eos:
qui crediderant ei ex iudeis. Si manse
ritis in sermone meo: vere discipuli
mei eritis. Et cognoscetis veritatem: et
veritas liberabit vos. Responderunt ei
iudei. Semen abrahe sumus: et nemi
ni servivimus umquam. Quomodo
tu dicis liberi eritis? Respondit eis ihesus.
Amen amen dico vobis: quia omnis qui fa
cit peccatum: servus est peccati. Servus
autem non manet in domo in eternum: fi
lius autem manet in eternum. Si er
go vos filius liberaverit: vere liberi
eritis. Scio quia filii abrahe estis. sed
queritis me interficere. quia sermo

meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud
patrem loquor: et vos que vidistis apud
patrem vestrum facitis. Responderunt iu-
dei: et dixerunt ei. Pater noster: abraham
est. Dicit eis ihesus. Si filii abrahe estis: opera
abrahe facite. Nunc autem queritis me
interficere. hominem qui veritatem lo-
cutus sum vobis. quam audivi a deo.
Hoc abraham non fecit. Vos facitis: opera
patris vestri. Dixerunt ergo ei. Nos ex fornicati-
one non sumus nati. unum patrem habe-
mus deum. Dixit ergo eis ihesus. Si deus
pater vester esset: diligeretis me utique. Ego
enim ex deo processi: et veni. Neque enim
a me ipso veni. sed ille me misit. Quare
loquelam meam non cognoscitis: Quia
non potestis audire sermonem meum.
vos ex patre diabolo estis: et desideria
patris vestri vultis facere. Ille homicida
fuit ab initio: et in veritate non stetit. quia
non est veritas in eo. Cum loquitur menda-
cium de propriis loquitur: quia mendax est.
et pater eius. Ego autem quia veritatem
dico: non creditis michi. Qui est ex deo:
verba dei audit. Secreta.

Sacrificia domine quesumus propici-
ata nos salvent. que medicinalibus
sunt instituta ieiuniis: Per. Post communionem

Tuorum nos domine largitate dono-
rum. et temporalibus attolle presidi-
is, et renova sempiternis: Per. Super populum.

Da quesumus domine
populus christianus. et que profitetur
agnoscere. et celeste munus diligere quod
frequentat: Per. Feria vi. Coll.

Esto domine
propicius plebi tue. et quam tibi
facis esse devotam. benigno refove mise-
rationis auxilio. Per. Lectio ezechiel prophete.

Hec dicit dominus deus. Anima que
peccaverit: ipsa morietur. Filius non
portabit iniquitatem patris: et pater
non portabit iniquitatem filii. Iusti-
cia iusti super eum erit. et impietas im-
pii erit super eum. Si autem impius ege-
rit penitentiam ab omnibus peccatis suis
que operatus est. et custodierit univer-
sa precepta mea. et fecerit iudicium et
iusticiam: vita vivet et non morietur.
Omnium iniquitatum eius quas ope-
ratus est: non recordabor. In iusticia sua
quam operatus est vivet. Numquid vo-
luntatis mee est mors impii dicit dominus
deus: et non ut convertatur a viis suis
et vivat: Si autem averterit se iustus
a iusticia sua et fecerit iniquitatem. se-
cundum omnes abhominationes quas
operari solet impius: numquid vivet?
Omnes iusticie eius quas fecerat: non recor-
dabuntur. In prevaricatione qua preva-
ricatus est et in peccato suo quod pecca-
vit: in ipsis morietur. Et dixistis. Non est
equa via domini. Audite ergo domus
israel. Numquid via mea non est equa.
et non magis vie vestre prave sunt: Cum
enim averterit se iustus a iusticia sua
et fecerit iniquitatem: morietur in
eis. Et cum averterit se impius ab
impietate [+ in iniusticia sua quam operatus est morietur.] sua quam operatus est:
et fecerit iudicium et iusticiam: ipse
animam suam vivificabit. Conside-
rans enim et avertens se ab omnibus
peccatis suis que operatus est: vita
vivet. et non morietur: dicit dominus
omnipotens. Secundum Iohannem.

In illo tempore: Erat dies festus iu-
deorum: et ascendit ihesus ierosolimam.
Est autem ierosolimis probatica piscina
que cognominatur hebraice bethsai-
da. quinque porticus habens. In his iace-
bat multitudo magna languentium.
cecorum. claudorum. aridorum. expec-
tantium aque motum. Angelus autem
domini secundum tempus descende-
bat in piscinam: et movebatur aqua.
Et qui prior descendisset in piscinam.

S. Iohannes

post mocionem aque. sanus fiebat a qua cumque detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi: triginta et octo annos habens. in infirmitate sua. Hunc cum uidisset ihc iacentem. et cognouisset quia multum iam tempus haberet. dicit ei. Vis sanus fieri? Respondit ei languidus. Domine: hominem non habeo: ut cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam. Dum uenio enim ego: alius ante me descendit. Dicit ei ihc. Surge tolle grabatum tuum: et ambula. Et statim sanus factus est homo: et sustulit grabatum suum et ambulabat. Erat autem sabbatum in illo die. Dicebant ergo iudei. illi qui sanatus fuerat. Sabbatum est: non licet tibi tollere grabatum tuum. Respondit eis. Qui me fecit sanum. ille michi dixit: tolle grabatum tuum et ambula. Is autem qui sanus fuerat effectus: nesciebat quis esset. Ihc autem declinauit a turba constituta in loco. Postea inuenit eum ihc in templo. et dixit illi. Ecce sanus factus es iam noli peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. Abiit ille homo et nunciauit iudeis. quia ihc esset: qui eum fecit sanum. **Secreta.**

Suscipe quesumus domine munera nostris oblata seruitiis. et tua propicius dona sanctifica. P. **Postcommunionem**

Per huius domine operationem mysterii. et uicia nostra purgentur. et iusta desideria compleantur. P. **Super populum**

Exaudi nos misericors deus: et mentibus nostris gratie tue lumen ostende. P. **Sabbo Collecta.**

Populum tuum domine quesumus propicius respice. atque ab eo flagella tue iracondie clementer auerte. P.

In diebus illis: **Lc libri de vtero nomii.**

Locutus est moyses ad dominum dicens. Respice domine de sanctuario tuo: et de excelso celorum habitaculo. et benedic populo tuo isrl. et terram quam dedisti nobis sicut iurasti patribus nostris. terram lacte et melle manantem. Audi isrl hodie dominus deus tuus precepit tibi: ut facias mandata eius atque iudicia. et custodias ex toto corde tuo. et ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie ut sit tibi deus. et ambules in uiis eius. et custodias cerimonias illius. et mandata atque iudicia. et obedias eius imperio. Et dominus elegit te hodie. ut sis ei populus peculiaris. sicut locutus est tibi. ut custodias omnia precepta eius. et faciat te excelsiorem cunctis gentibus quas creauit in laudem et nomen et gloriam suam. Et sis populus sanctus domini dei tui: sicut locutus est tibi. **Coll.**

Deus qui nos in tantis periculis constitutos. pro humana scis fragilitate non posse subsistere. da nobis salutem mentis et corporis. ut ea que pro peccatis nostris patimur. te adiuuante uincamus. P.

In diebus illis: **Lc lib. de vtero nomii.**

Dixit moyses filiis isrl. Si custodieritis mandata que ego precipio uobis. et feceritis ea ut diligatis dominum deum uestrum. et ambuletis in omnibus uiis eius adherentes ei. Disperdet dominus omnes gentes istas ante faciem uestram et possidebitis eas. que maiores et fortiores uobis sunt. Omnis locus quem calcauerit pes uester: uester erit. A deserto et a libano. et a flumine magno eufrate. et usque ad mare occidentale erunt termini uestri. Nullus stabit contra uos. Terrorem uestrum et formidinem dabit dominus deus uester super omnem terram quam calcaturi estis. sicut locutus est uobis: dominus deus uester. **Coll.**

Protector noster aspice deus: ut qui malorum nostrorum pondere premimur. percepta misericordia libera tibi mente

Sec.

Pco

Sr pp̄lm

coll

Lc lib de vtro nomii

Lc lib vtro

famulemur. R. **Lc. lib. machabeorum.**

In diebus illis. Orationem faciebant sacerdotes dum offerrent sacrificium pro populo israel. ionatha inchoante. ceteris autem respondentibus et dicentibus. Benefaciat vob deus. et meminerit testamenti sui quod ad abraham. et ysaac. et iacob. loquutus est servorum suorum fidelium. Et det vobis cor omnibus ut colatis eum: et faciatis eius voluntatem. Adaperiat cor vestrum in lege sua et in preceptis suis. et faciat pacem. Exaudiat orationes vestras: et reconcilietur vobis. Nec vos deserat in tempore malo. dominus deus vester. Conduct **Coll.**

Adesto quesumus domine supplicationibus nostris: ut esse te largiente mereamur et inter prospera humiles. et inter adversa securi. R. **Lc. libri sapientie.**

Miserere nostri deus omnium et respice nos. et ostende nobis lucem miserationum tuarum. et inmitte timorem tuum super gentes que non exquisierunt te. et cognoscant quia non est deus nisi tu: ut enarrent magnalia tua. Allevia manum tuam super gentes alienas: ut videant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis: sic in conspectu nostro magnificaberis in illis. Ut cognoscant te sicut et nos cognovimus: quoniam non est deus preter te domine. Innova signa: et immuta mirabilia. Glorifica manum: et brachium dextrum. Excita furorem: et effunde iram. Extolle adversarium: et affige inimicum. Festina tempus: et memento finis. Ut enarrent mirabilia tua. domine deus noster. **Coll.**

Preces populi tui quesumus domine clementer exaudi: ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur. pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. R. **Lc. danielis prophete.**

In diebus illis. Angelus domini descendit cum zacharia. Requiem in adventu domini.

lib. faltis

dn

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propicius. ut nos famulos tuos non exurat flamma viciorum. R. **Ad thessalonicenses.**

Fratres. Rogamus vos: corripite inquietos: consolamini pusillanimes. suscipite infirmos. patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini in invicem et in omnes. Semper gaudete: sine intermissione orate. in omnibus gratias agite. Hec est enim voluntas dei in christo ihesu: in omnibus vobis. Spiritum nolite extinguere: prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est tenete. Ab omni specie mala: abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per omnia: et integer spiritus vester: et anima et corpus sine querela. in adventum domini nostri ihesu christi: servetur.

In illo tempore: **Secundum matheum.**

Assumpsit ihesus petrum et iacobum et iohannem fratrem eius. et duxit illos in montem excelsum seorsum. et transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuit illis moyses et helyas. cum eo loquentes. Respondens autem petrus: dixit ad ihesum. Domine: bonum est nos hic esse. Si vis faciamus hic tria tabernacula. Tibi unum. moysi unum. et helye unum. Adhuc eo loquente: ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox: de nube dicens. Hic est filius meus dilectus: in quo michi bene complacui ipsum audite. Et audientes discipuli: ceciderunt in faciem suam et timuerunt valde. Et accessit ihesus et tetigit eos. dixitque eis. Surgite: et nolite timere. Levantes autem oculos suos: neminem viderunt nisi solum ihesum. Et descendentibus illis de monte: precepit ihesus: dicens. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis a mor

Coll. in Pece

tius resurgat. *Secreta*

Presentibus sacrificiis domine ieiunia nr̃a sanctifica. ut quod obseruantia nr̃a profitetur extrinsecus. interius operetur. P. *P° communione.*

Sanctificationibus tuis quesumus om̄ipotens deus. et uicia nr̃a curentur. et remedia nobis eterna proueniant. P.

Fideles tuos domine *Sup̃ populum.* benedictio desiderata confirmet. que eos et a tua uoluntate numquam faciat discrepare. et tuis semp indulgeat beneficiis gratulari. p. *Dñica .ii. Coll.*

Deus qui conspicis omni nos uirtute destitui. interius exteriusque custodi. ut et ab omnibus aduersitatibus muniamur in corpore. et a prauis cogitationibus mundemur in mente. P. *Ceter.*

Fratres. Rogamus *Ad thessalonicenses* uos et obsecramus in domino ihū. ut quemadmodum accepistis a nobis quomodo uos oporteat ambulare et placere deo sicut et ambulatis ut habundetis magis. Scitis enim que precepta dederim uobis. p dominum ihesum. Hec ē. enim uoluntas dei sanctificatio uestra. ut abstineatis uos a fornicatione. ut sciat unusquisque uestrum suum uas possidere in sanctificatione et honore. Non in passione desiderii. sicut et gentes que ignorant deum. Et ne quis supgrediatur. neque circumueniat in negocio fratrem suum quoniam uindex ē dominus de his omnibus sicut predixim⁹ uobis et testificati sumus. Non enim uocauit nos deus in inmundiciam. sed in sanctificationem. In xp̄o ihesu domino nostro. *Sc̃dm matheum.*

In illo tempore. Egressus ihc. secessit in partes tyri et sydonis. Et ecce mulier chananea. a finibus illis egressa. clamauit dicens ei. Miserere mei domine fili dauid. filia mea male a demonio uexatur. Qui nō respondit ei uerbum. Et accedentes discipuli eius. rogabant eum dicentes. Dimitte g̃ eam. quia clamat post nos. Ipse autem respondens. ait. Non sum missus. nisi ad oues que perierunt domus israel. At illa uenit. et adorauit eum dicens. Domine. adiuua nos. Qui respondens. ait. Non est bonum sumere panem filiorum. et mittere canibus. At illa dixit. Etiam domine. Nam et catelli edunt de micis. que cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens ihc. ait illi. O mulier. magna est fides tua. fiat tibi sicut uis. Et sanata est filia eius. ex illa hora. *Secreta.*

Sacrificiis presentibus domine quesumus intende placatus. ut et deuocioni nr̃e proficiant et saluti. P. *P° com̄.*

Supplices te rogamus omnipotens deus. ut quos tuis reficis sacramentis. tibi etiam placitis moribus dignanter deseruire concedas. p. *Fer̃a .ii. Coll.*

Presta quesumus omnipotens deus. ut familia tua que se affligendo carnem ab alimentis abstinet. sectando iusticiam a culpa ieiunet. P. *Lc̃ danielis pphe.*

In diebus illis. Orauit daniel dicens. Domine deus nr̃ qui eduxisti poplm tuum de terra egypti in manu forti. et fecisti t nomen secundum diem hanc. peccauimus iniquitatem fecimus domine in omnem iusticiam tuam. Auertatur obsecro ira tua. et furor tuus a ciuitate tua ihrl'm. et monte sancto tuo. Propter peccata enim nr̃a et iniquitates patrum nostrorum. iherusalē et populus tuus in obprobrium sunt omnibus p circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi deus nr̄ orationem serui tui et preces eius. et ostende faciem tuam sup sanctuarium tuum quod desertum est. Propter temetipsum inclina deus meus aurem tuam et audi. api

lec

p9

sup ht

Dē .ii. coll

ad thessalonicēses

S. math.

oculos tuos et uide desolationem
nostram. et ciuitatis super quam inuoca-
tum est nomen tuum. Neque enim in
iustificationibus nostris prosternimus pre-
ces ante faciem tuam: sed in miseratio-
nibus tuis multis. Exaudi domine.
placare domine. attende et fac. Ne mo-
reris propter temet ipsum deus meus: quia
nomen tuum inuocatum est super ci-
uitatem. et super populum tuum: domine
deus noster. Secundum Iohannem.
In illo tempore: Dixit ihesus turbis iudeorum. E-
go uado et queretis me: et in peccato
uestro moriemini. Quo ego uado: uos
non potestis uenire. Dicebant ergo iu-
dei. Numquid interficiet semet ipsum
quia dicit: quo ego uado uos non
potestis uenire. Et dicebat eis. Vos de-
orsum estis: ego de supernis sum.
Vos de mundo hoc estis: ego non sum
de hoc mundo. Dixi ergo uobis: quia
moriemini in peccatis uestris. Si enim
non credideritis quia ego sum: more-
mini in peccato uestro. Dicebant ergo
ei. Tu quis es? Dixit eis ihesus. Princi-
pium qui et loquor uobis. Multa ha-
beo de uobis loqui: et iudicare. Sed qui
misit me uerax est: et ego que au-
diui ab eo hec loquor in mundo. Et
non cognouerunt: quia de patre eis di-
cebat. Dixit ergo eis ihesus. Cum exalta-
ueritis filium hominis: tunc cognos-
cetis quia ego sum. et a me ipso facio
nichil: sed sicut docuit me pater hec
loquor. Et qui me misit mecum est:
et non reliquit me solum. Quia ego
que placita sunt ei: facio semper. Secreta.
Hec hostia domine placationis et
laudis tua nos propitiatione di-
gnos efficiat. Per. Postcommunio.
Hec nos communio domine purget a
crimine: et celestis remedii faci-
at esse consortes. Per. Super populum.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus:
et quibus fiduciam sperande pietatis in-
dulges. consuete misericordie tribue benig-
nus effectum. Per. Feria tercia. Collecta.
Perfice quesumus domine benignus in nobis
obseruantie sancte subsidium: ut
que te auctore facienda cognouimus. te
operante impleamus. Per. Lectio libri regum.
In diebus illis: Factus est sermo domini ad
heliam thesbiten dicens. Surge et ua-
de in sarepta sydoniorum: et manebis
ibi. Precepi enim ibi mulieri uidue:
ut pascat te. Surrexit: et abiit in
sarepta. Cumque uenisset ad portam
ciuitatis: apparuit ei mulier uidua
colligens ligna. Et uocauit eam: dixit-
que ei. Da michi paululum aque in uase:
ut bibam. Cumque illa pergeret ut affer-
ret: clamauit post tergum eius dicens.
Affer michi obsecro: et bucellam panis in
manu tua. Que respondit. Viuit do-
minus deus tuus: quia non habeo panem
nisi quantum pugillus capere potest fari-
ne in hydria. et paululum olei in lechito.
En colligo duo ligna: ut ingrediar et
faciam illud michi et filio meo: ut come-
damus et moriamur. Ad quam helias
ait. Noli timere: sed uade et fac sicut di-
xisti. Verumtamen michi primum fac de
ipsa farinula subcinericium panem par-
uulum et affer ad me. Tibi autem et
filio tuo: facies postea. Hec autem dicit
dominus deus israel: hydria farine non
deficiet. nec lechitus olei minuetur:
usque ad diem in qua daturus est dominus
pluuiam super faciem terre. Que abiit
et fecit iuxta uerbum helie: et comedit
ipse et illa. et domus eius tota. Ex illa
die hydria farine non defecit. et lechitus
olei non est imminutus. Iuxta uerbum
domini: quod locutus fuerat in manu helie.
In illo tempore: Locutus est Secundum matheum.
ihesus ad turbas et ad discipulos suos dicens.

Super cathedram moysi: sederunt scribe
et pharisei. Omnia ergo quecumque dixerint
vobis: servate et facite. Secundum vero opera
eorum: nolite facere. Dicunt enim: et non
faciunt. Alligant autem onera gravia
et importabilia et imponunt in hume
ros hominum: digito autem suo nolunt
ea movere. Omnia vero opera sua faciunt:
ut videantur ab hominibus. Dilatant
enim philateria sua: et magnificant
fimbrias. Amant autem primos recubi
tus in cenis: et primas cathedras in sy
nagogis. et salutationes in foro. et vocari
ab hominibus rabbi. Vos autem nolite
vocari rabbi: unus est enim magister
vester. Omnes autem vos: fratres estis. Et
patrem nolite vocare vobis super terram.
Unus est enim pater vester: qui in celis est.
Nec vocemini magistri: quia magister vester
unus est christus. Qui maior est vestrum:
erit minister vester. Quia omnis qui se ex
altat humiliabitur: et qui se humili
at exaltabitur. Secreta.

Sanctificationem tuam nobis domine
his misteriis placatus operare. que
nos et a terrenis purget viciis. et ad
celestia dona perducat. Per. Postcommunio

Ut sacris domine reddamur digni
muneribus. fac nos quesumus tuis obedire
mandatis. Per dominum. Super populum

Propitiare domine supplicationibus
nostris: et animarum nostrarum mede
re langoribus: ut remissione percepta.
in tua semper benedictione letemur. Per.

Populum tuum Feria .iiii. collecta.
domine propitius respice: et quos
ab escis carnalibus precipis abstinere.
a noxiis quoque viciis cessare concede. Per.

In diebus illis: Oravit. Lectio libri hester
hester ad dominum dicens. Domine deus
rex omnipotens in tua ditione cuncta sunt
posita: et non est qui possit resistere
voluntati tue. Si decreveris salvare
nos: continuo liberabimur. Tu enim
domine fecisti celum et terram: et quicquid
celi ambitu continetur. Tu es dominus
omnium: et non est qui resistat maiestati
tue. Et nunc domine rex regum: deus abra
ham miserere populo tuo. quia volunt
nos inimici nostri perdere. et hereditatem
tuam delere. Ne despicias partem tuam
quam redemisti tibi ex egypto: sed exaudi
deprecationem nostram. et propitius esto sorti.
et funiculo hereditatis tue. Et converte
luctum nostrum in gaudium: ut viventes
laudemus nomen tuum. Et ne perdas ora
canentium te: domine deus noster. Secundum

In illo tempore: Ascendens ihesus ihero matheum
solimam: assumpsit duodecim discipulos
suos secreto et ait illis. Ecce ascendimus
iherosolimam: et filius hominis tradetur
principibus sacerdotum et scribis et condemp
nabunt eum morte. Et tradent eum gen
tibus ad illudendum: et flagellandum et
crucifigendum. Et tercia die: resurget.
Tunc accessit ad eum mater filiorum zebe
dei cum filiis suis: adorans et petens ali
quid ab eo. Qui dixit ei. Quid vis? Ait
illi. Dic ut sedeant hii duo filii mei: unus
ad dexteram tuam et alius ad sinistram
tuam in regno tuo. Respondens autem
ihesus: dixit illis. Nescitis quid petatis. Po
testis bibere calicem quem ego bibiturus
sum? Dicunt ei. Possumus. Ait illis.
Calicem quidem meum bibetis: sedere autem
ad dexteram meam et ad sinistram non est
meum dare vobis. sed quibus paratum est
a patre meo. Et audientes decem: indig
nati sunt de duobus fratribus. Ihesus autem
vocavit eos ad se: et ait. Scitis quia prin
cipes gentium dominantur eorum. et qui
maiores sunt potestatem exercent in eos.
Non ita erit inter vos. Sed quicumque vo
luerit inter vos maior fieri: sit vester mini
ster. Et qui voluerit inter vos primus
esse: erit vester servus. Sicut filius ho

hominis non uenit ministrari: sed ministrare.
Et dare animam suam: redemptionem pro
multis. Secreta. Hostias domine
quas tibi offerimus propitius respice.
et per hec sancta commertia uincula peccatorum
nostrorum absolue. Per. Post communionem.
Sumptis domine sacramentis ad redemp
tionis eterne quesumus proficiamus augmen
tum. Per dominum. Super populum.
Deus innocentie restitutor et amator. di
rige ad te tuorum corda seruorum. ut spiri
tus tui feruore concepto. et in fide inueni
antur stabiles. et in opere efficaces. Per.
Presta nobis domine quesumus Feria .v. coll.
auxilium gratie tue: ut ieiuniis et
orationibus conuenienter intenti. libere
mur ab hostibus mentis et corporis. Per. Lectio
Hec dicit dominus deus ieremie prophete.
Maledictus homo qui confidit in ho
mine. et ponit carnem brachium suum. et a
domino recedit cor eius. Erit enim quasi
mirice in deserto et non uidebit cum uene
rit bonum. sed habitabit in siccitate in
deserto. in terra salsuginis et inhabitabi
li. Benedictus uir qui confidit in domino.
et erit dominus fiducia eius. Et erit tan
quam lignum quod transplantatur super
aquas: quod ad humorem mittit radices
suas. et non timebit cum uenerit estus. Et
erit folium eius uiride: et in tempore sic
citatis non erit sollicitum. nec aliquando
desinet facere fructum. Prauum est
cor hominis: et inscrutabile. Quis cog
noscet illud? Ego dominus scrutans
corda et renes: qui do unicuique iuxta uiam
suam. et iuxta fructum adinuentionum
suarum. Dicit dominus omnipotens. Secundum
In illo tempore. Dixit ihesus discipulis lucam.
suis. Homo quidam erat diues et indue
batur purpura et bysso: et epulabatur
cotidie splendide. Et erat quidam mendi
cus nomine lazarus. qui iacebat ad
ianuam eius ulceribus plenus. cupiens
saturari de micis que cadebant de men
sa diuitis. et nemo illi dabat. Sed et canes
ueniebant: et lingebant ulcera eius.
Factum est autem ut moreretur mendi
cus: et portaretur ab angelis in sinum
abrahe. Mortuus est autem et diues:
et sepultus est in inferno. Eleuans autem
oculos suos cum esset in tormentis: uidit
abraham a longe et lazarum in sinu
eius. Et ipse clamans dixit. Pater abra
ham miserere mei: et mitte lazarum
ut intinguat extremum digiti sui
in aquam ut refrigeret linguam meam.
quia crucior in hac flamma. Et dixit
illi abraham. Fili recordare quia rece
pisti bona in uita tua: et lazarus simi
liter mala. Nunc autem hic consolatur:
tu uero cruciaris. Et in his omnibus inter
nos et uos chaos magnum firmatum
est: ut hii qui uolunt hinc transire
ad uos non possint: neque inde huc trans
meare. Et ait. Rogo ergo te pater: ut
mittas eum in domum patris mei. habeo
enim quinque fratres: ut testetur illis. ne
et ipsi ueniant in locum hunc tormentorum.
Et ait illi abraham. Habent moysen
et prophetas: audiant illos. At ille dixit.
Non pater abraham: sed si quis ex mor
tuis ierit ad eos: penitentiam agent.
Ait autem illi. Si moysen et prophetas non
audiunt: neque si quis ex mortuis re
surrexerit credent. Secreta.
Presenti sacrificio nomini tuo nos
domine ieiunia dicata sanctificent:
ut quod obseruantia nostra profitetur exterius.
interius operetur effectu. Per. Post communionem.
Gratia tua nos quesumus domine non derelin
quat: que nobis operam semper adqui
rat. Per dominum. Super populum.
Adesto domine famulis tuis: et pre
tuam benignitatem largire poscentibus
ut his qui te auctore et gubernatore
gloriantur. et congregata restaures. et restau

parata conseruet. Feria .vi. Ego autem et.

Da quesumus omnipotens deus: ut sacro nos purificante ieiunio. sinceris mentibus ad sancta uentura facias peruenire. Lectio libri genesis

In diebus illis: Dixit ioseph fratribus suis. Audite sompnium meum quod uidi. Putabam ligare nos manipulos in agro. et quasi consurgere manipulum meum. et stare. uestros que manipulos circumstantes adorare manipulum meum. Responderunt fratres eius. Numquid rex noster eris. aut subiciemur dicioni tue? Hec ergo causa sompniorum atque sermonum: inuidie et odii fomitem ministrauit. Aliud quoque uidit sompnium: quod narrans fratribus ait. Vidi per sompnium quasi solem et lunam et stellas undecim adorare me. Quod cum patri suo et fratribus retulisset: increpauit eum pater et dixit. Quid sibi uult hoc sompnium quod uidisti? Num ego et mater tua et fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant ei igitur fratres sui: pater uero rem tacitus considerabat. Cumque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in sichem: dixit ad eum israel. Fratres tui pascunt oues in sichimis: ueni mittam te ad eos. Quo respondente presto sum: ait. Vade et uide si cuncta prospera sint erga fratres tuos et pecora: et renuntia mihi quid agatur. Missus de ualle ebron: uenit in sichem. Inuenit que eum uir errantem in agro: et interrogauit eum quid quereret. At ille respondit. Fratres meos quero: indica mihi ubi pascant greges. Dixit que ei uir. Recesserunt de loco isto. Audiui autem eos dicentes: eamus in dothaim. Perrexit ergo ioseph post fratres suos: et inuenit eos in dothaim. Cumque uidissent eum procul: antequam accederet ad eos cogitauerunt illum occidere. et mutuo loquebantur. Ecce sompniator uenit: uenite occidamus eum. et mittamus in cisternam ueterem. dicemus que fera pessima deuorauit eum. Et tunc apparebit quid illi prosint sompnia sua. Audiens hoc ruben nitebatur liberare eum de manibus eorum: et dicebat. Non interficiamus animam eius: nec effundamus sanguinem. sed proicite eum in cisternam hanc que est in solitudine. manus que uestras seruate innoxias. Hoc autem dicebat: uolens eripere eum de manibus eorum: et reddere patri suo.

In illo tempore: Secundum [illegible] matheum.

Dixit ihesus discipulis suis. et turbis iudeorum: parabolam hanc. Homo quidam erat pater familias qui plantauit uineam et sepem circumdedit ei. et fodit in ea torcular. et edificauit turrim. et locauit eam agricolis. et peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum appropinquasset: misit seruos suos ad agricolas. ut acciperent fructus eius. Et agricole apprehensis seruis eius. alium ceciderunt alium occiderunt: alium uero lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus: et fecerunt illis similiter. Nouissime autem misit ad eos filium suum dicens. Verebuntur filium meum. Agricole autem uidentes filium: dixerunt intra se. Hic est heres uenite occidamus eum. et habebimus hereditatem eius. Et apprehensum eum: eiecerunt extra uineam et occiderunt. Cum ergo uenerit dominus uinee. quid faciet agricolis illis? Aiunt illi. Malos male perdet: et uineam suam locabit aliis agricolis. qui reddent ei fructum temporibus suis. Dicit illis ihesus. Numquam legistis in scripturis. lapidem quem reprobauerunt edificantes hic factus est in caput anguli. a domino factum est istud. et est mirabile in oculis nostris? Ideo dico uobis: quia auferetur a uobis regnum dei. et dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit super lapidem istum: confrin

getur. Sup quem uero ceciderit: conte
ret eum. Et cum audissent princi
pes sacerdotum et pharisei parabolas
eius: cognouerunt quod de ipsis diceret.
Et querentes eum tenere: timuerunt
turbas. Quia sicut prophetam eum ha
bebant. Sec(re)ta.
Hec in nobis sacrificia deus et
actione permaneant et
operatione firmentur. P(ost)comm(unio).
Fac nos domine quesumus accepto pigno
re salutis eterne sic tendere congru
enter. ut ad eam peruenire possimus. P(ro)
Da quesumus domine populo tuo sup(er) pop(u)l(u)m
salutem mentis et corporis: ut bonis
operibus inherendo. tue semper uirtutis
mereatur protectione defendi. Sab-
Lex domini inreprehensibilis. bato collecta.
Da quesumus domine nostris effectum ieiuniis
salutarem. ut castigatio carnis
assumpta. ad nostrarum uegetationem
transeat animarum. Lc(ti)o lib(ri) genesis
In diebus illis. Dixit rebecca
filio suo iacob. Audiui patrem tuum lo
quentem cum esau fratre tuo: et dicen
tem ei. Affer mihi de uenatione tua et
fac cibos ut comedam: et benedicam tibi
coram domino antequam moriar. Nunc
autem fili mi acquiesce consiliis meis:
et pergens ad gregem affer mihi duos
edos optimos. ut faciam ex eis escas
patri tuo. quibus libenter uescitur. Quas
cum intuleris et comederit: benedicat
tibi priusquam moriatur. Cui ille respon
dit. Nosti quod esau frater meus homo pilosus
sit et ego leuis. Si attrectauerit me pater
meus et senserit: timeo ne putet me
sibi uoluisse illudere et inducat super
me maledictionem pro benedictione. Ad
quem mater. In me sit ait ista ma
ledictio fili mi. tantum audi uocem
meam: et pergens affer que dixi. Abiit
et attulit: dedit que matri. Parauit
illa cibos sicut nouerat uelle patrem

illius: et uestibus esau ualde bonis quas
apud se habebat domi: induit eum.
Pelliculas que edorum circumdedit ma
nibus: et colli nuda protexit. Deditque pul
mentum: et panes quos coxerat tradi
dit. Quibus illatis dixit. Pater mi?
At ille respondit. Audio. Quis es tu
fili mi? Dixit que iacob. Ego sum esau
primogenitus tuus. Feci sicut precepisti mihi.
Surge sede et comede de uenatione
mea: ut benedicat mihi anima tua. Rur
sum ysaac ad filium suum. Quomodo
inquit tam cito inuenire potuisti fi
li mi? Qui respondit. Voluntas dei
fuit: ut cito occurreret mihi quod uolebam.
Dixit que ysaac. Accede ad me ut tan
gam te fili mi: et probem utrum tu sis fi
lius meus esau an non. Accessit ille
ad patrem: et palpato eo dixit ysaac.
Vox quidem uox iacob est: sed manus
manus sunt esau. Et non cognouit eum:
quia pilose manus similitudinem ma
ioris expresserant. Benedicens ergo illi ait.
Tu es filius meus esau? Respondit. Ego
sum. At ille. Affer michi inquit cibos
de uenatione tua fili mi: ut benedicat
tibi anima mea. Quos cum oblatos co
medisset: obtulit ei etiam uinum. Quo
hausto: dixit ad eum. Accede ad me:
et da mihi osculum fili mi. Accessit: et os
culatus est eum. Statim que ut sensit
uestimentorum illius flagrantiam: be
nedicens ait. Ecce odor filii mei sicut o
dor agri pleni: cui benedixit dominus. Det
tibi dominus de rore celi et de pinguedi
ne terre habundantiam frumenti et uini
et olei. et seruiant tibi populi et adorent te
tribus. Esto dominus fratrum tuorum:
et incuruentur ante te filii matris tue.
Qui maledixerit tibi sit ille maledic
tus: et qui benedixerit tibi. benedictionibus
repleatur. Vix ysaac sermonem imple
uerat: et egresso iacob foras. uenit esau.

Coctos q: de uenatione ex̄lvos: intulit
patri dicens. Surge pater mi: & come
de de uenatione filij tui. ut b̄ndicat
m̄ anima tua. Dixit q: ysaac. Q's
enim es tu: Qui respondit. Ego sū
p̄mogenitus tuus esau. Expauit
ysaac stupore uehementi: & ultra q̄m
credi potest admirans ait. Quis
igitur ille est qui dudū captā uenati
onem attulit m̄. & comedi ex om
nib: p̄usq̄m tu uenires: b̄ndixi q:
ei. & erit b̄ndictus. Auditis esau ser
monib: patris: irrugiuit clamore
magno. & consternat' ait. B̄ndic eti
am & m̄ pater mi. Qui ait. Venit
germanus tuus fraudulenter: & acce
pit b̄ndictionem tuā. At ille sub
iunxit. Iuste uocatum est nomen
eius iacob: subplantauit enim me
en altera uice. Primogenita mea
añ tulit: & nūc secundo subripuit
b̄ndictionem meā. Rursumq: ad
patrem. Numqd ñ reseruasti ait &
m̄ b̄ndictionem: Respondit ysaac.
Dn̄m tuum illū constitui: & om̄s f̄res
eius seruituti illius subiugaui. Fru
mto & uino stabiliui eum: & tibi
post hec fili mi ultra quid faciam?
Cui esau. Num unam inquit tā
tum b̄ndictionem habes pater? Mi
chi quoq: obsecro: ut b̄ndicas. Cūq:
eiulatu magno fleret: motus ysaac
dixit ad eum. In pinguedine terre
& in rore celi desup: erit b̄ndictio tua.

In illo t̄p̄e dixit Ih̄c discipulis suis: parabolam hanc.
Homo quidā habuit duos filios:
& dixit adolescentior ex illis patri.
Pater: da m̄ portionem substantie
que me contingit. & diuisit illi
substantiam. Et ñ post multos dies:
congregatis omnib: adolescentior filius
peregre p̄fectus est in regionem longi
quam. & ibi dissipauit substantiam
suam uiuendo luxuriose. Et postq̄m
om̄ia consumpsisset: facta est fames
ualida in terra illa & ip̄e cepit egere.
Et abijt & adhesit uni ciuium. regi
onis illius: & misit illum in uillam
suam ut pasceret porcos. Et cupiebat
implere uentrem suum: de siliquis
quas porci manducabant & nemo
illi dabat. In se autē reuersus dixit.
Quanti mercennarij in domo patr̄s
mei habundant panib: ego aūt hic
fame pereo. Surgam & ibo ad patrē
meum: & dicam ei. Pater: peccaui in
celum & coram te: iam ñ sum dign̄
uocari filius tuus. fac me sic͞ unum
ex mercennarijs tuis. Et surgens:
uenit ad patrem suum. Cum autē
adhuc longe esset: uidit illum pat̄
ip̄ius & misericordia motus est. & accur
rens occidit sup̄ collum eius: & os
culatus est eum. Dixitq: ei filius.
Pater peccaui in celum & coram te:
iam ñ sum dignus uocari filius
tuus. Dixit autem pat̄ ad seruos
suos. Cito p̄ferte stolam p̄mam &
induite illum. & date anulum in
manu eius. & calciamenta in pedes.
Et adducite uitulum saginatum
& occidite: ut manducemus & epu
lemur. quia hic filius m̄s mortuus
fuerat & reuixit. perierat & inuent̄
est. Et ceperunt epulari. Erat autē
filius eius senior in agro. Et cum
ueniret & appropinquaret domui:
audiuit simphoniā & chorū. Et
uocauit unum de seruis: & interroga
uit que hec essent. Isq: dixit illi.
Frater tuus uenit & occidit pater

tuus uitulum saginatum: quia sal
uum illum recepit. Indignatus est
autem: et nolebat introire. Pater
ergo illius egressus: cepit rogare illum.
At ille respondens: dixit patri suo.
Ecce tot annos seruio tibi. et numquam
mandatum tuum preteriui. et numquam
dedisti michi edum ut cum amicis
meis epularer. Sed postquam filius tuus
hic qui deuorauit substantiā suam
cum meretricibus uenit: occidisti illi
uitulum saginatum. At ipse dixit
illi. Fili tu semper mecum es: et omnia
mea tua sunt. Epulari autem et
gaudere oportebat: quia frater tuus
hic mortuus erat et reuixit. Perierat:
et inuentus est. Secreta.

His sacrificiis domine concede pla
catus. ut qui propriis oramus ab
solui delictis. non grauemur externis. Per.
Sacramenti tui dn̄e diuina Post com̄
libatio penetralia nostri cordis in
fundat. et sui participes potenter effi
ciat. Per dominum. Super populum.

Familiam tuam quesumus domine con
tinua pietate custodi: ut que
in sola spe gratie celestis innititur.
celesti etiam protectione muniatur. Per.
Oculi mei semper ad d. Dn̄ica .iii. Collecta.

Quesumus omnipotens deus. uota hu
milium respice. atque ad defensi
onem nostram dexteram tue maiesta
tis extende. Per. Ad ephesios.

Fratres: Estote imitatores dei sicut
filii karissimi: et ambulate in dile
ctione sicut et christus dilexit nos. et tra
didit semet ipsum pro nobis oblatio
nem et hostiam deo in odorem sua
uitatis. Fornicatio autem et omnis
immunditia aut auaritia nec
nominetur in uobis: sicut decet
sanctos. Aut turpitudo. aut stulti
loquium. aut scurrilitas que ad rem
non pertinet sed magis gratiarum actio. Hoc
autem scitote intelligentes: quod omnis
fornicator aut immundus aut auarus
quod est ydolorum seruitus: non habet he
reditatem in regno christi et dei. Nemo
uos seducat inanibus uerbis. Propter
hec enim: uenit ira dei in filios dif
fidentie. Nolite ergo effici: participes
eorum. Eratis enim aliquando tenebre.
nunc autem lux in domino. Ut filii
lucis ambulate. Fructus enim lu
cis est in omni bonitate: et iustitia
et sanctitate. Secundum lucam.

In illo tempore: Erat ihesus eiciens demo
nium: et illud erat mutum. Et cum
eiecisset demonium: loquutus est
mutus et admirate sunt turbe.
Quidam autem ex eis dixerunt.
In beelzebub principe demoniorum: ei
cit demonia. Et alii temptantes:
signum de celo querebant ab eo.
Ipse autem ut uidit cogitationes eorum:
dixit eis. Omne regnum in seipsum
diuisum desolabitur: et domus super
domum cadet. Si autem et sathanas
in seipsum diuisus est: quomodo stabit
regnum ipsius. quia dicitis in beel
zebub eicere me demonia. Si autem
in beelzebub eicio demonia. filii
uestri in quo eiciunt. Ideo ipsi iudi
ces uestri erunt. Porro si in digito dei
eicio demonia: profecto peruenit in
uos regnum dei. Cum fortis arma
tus custodit atrium suum: in pace
sunt ea que possidet. Si autem for
tior illo superueniens uicerit eum:
uniuersa arma eius aufert in quibus
confidebat. et spolia eius distribu
et. Qui non est mecum: aduersum
me est. Et qui non colligit mecum:
dispergit. Cum immundus spiritus exierit

ab homine: ambulat per loca inaquosa
querens requiem et non inueniens dicit.
Reuertar in domum meam unde exiui.
Et cum uenerit: inuenit scopis mun
datam et ornatam. Et tunc uadit et
assumit septem alios spiritus secum ne
quiores se: et ingressi habitant ibi.
Et fiunt nouissima hominis illius:
peiora prioribus. Factum est autem
cum hec diceret: extollens uocem
quedam mulier de turba dixit illi.
Beatus uenter qui te portauit: et
ubera que suxisti. At ille ait. Quin
immo: Beati qui audiunt uerbum
dei: et custodiunt illud. Secreta
Hec hostia domine quesumus emundet
nostra delicta. et ad sacrificium
celebrandum subditorum tibi corpora
mentesque sanctificet. Per. Post communionem
A cunctis nos domine reatibus et peri
culis propitiatus absolue. quos
tanti mysterii tribuis esse participes. Per.
In deo laudabo uerbum. ut supra. Fer. ii. Collecta
Cordibus nostris quesumus domine gratiam
tuam benignus infunde: ut
sicut ab escis corporalibus abstinemus.
ita sensus quoque tuos a noxiis re
trahamus excessibus. Per. Lectio libri regum
In diebus illis: Naaman princeps mi
litie regis syrie. erat uir magnus
apud dominum suum. et honoratus.
Per illum enim: dedit dominus salutem
syrie. Erat enim uir fortis et diues:
sed leprosus. Porro de syria egressi fu
erant latrunculi. et captiuam du
xerant de terra israel puellam par
uulam: que erat in obsequio uxo
ris naaman. Que ait ad dominam
suam. Utinam fuisset dominus meus ad
prophetam qui est in samaria: profecto
curasset eum a lepra quam habet.
Ingressus est itaque naaman ad
dominum suum: et nuntiauit ei dicens.
Sic et sic: loquuta est puella de terra
israel. Dixitque ei rex syrie. Uade: et mit
tam litteras ad regem israel. Qui cum
profectus esset. et tulisset secum decem
talenta argenti et sex milia aureos.
et decem mutatoria uestimentorum. detulit
litteras ad regem in hec uerba. Cum
acceperis epistolam hanc: scito quod miserim
ad te naaman seruum meum ut cu
res eum a lepra sua. Cumque legisset
rex israel litteras: scidit uestimenta sua
et ait. Numquid deus ego sum ut occidere
possim et uiuificare. quia iste misit
ad me. ut curem hominem a lepra
sua? Animaduertite et uidete: quod occa
siones querat aduersum me. Quod cum
audisset helyseus uir dei scidisse ui
delicet regem israel uestimenta sua: mi
sit ad eum dicens. Cur scidisti uesti
menta tua? Ueniat ad me: et sciat prophe
tam esse in israel. Uenit ergo naaman
cum equis et curribus: et stetit ad osti
um domus helysei. Misitque ad eum
helyseus nuntium dicens. Uade et la
uare septies in iordane: et recipiet
sanitatem caro tua atque mundaberis.
Iratus naaman: recedebat dicens. Pu
tabam quod egrederetur ad me: et stans
inuocaret nomen domini dei sui. et tan
geret manu sua locum lepre et cu
raret me. Numquid non meliores sunt
albana et pharphar fluuii damasci
omnibus aquis israel. ut lauer in eis
et munder? Cum ergo uertisset se et
abiret indignans: accesserunt ad
eum serui sui. et loquuti sunt ei. Pater
et si rem grandem dixisset tibi propheta:
certe facere debueras. Quanto magis
nunc quia dixit tibi lauare et mun
daberis? Descendit et lauit septies
in iordanem: iuxta sermonem uiri

dei. et restituta est caro eius sicut caro pu
eri parvuli. et mundatus est a lepra.
Reversusque ad virum dei cum universo
comitatu suo. venit et stetit coram eo
et ait. Vere scio quod non sit alius deus
in universa terra: nisi tantum dominus
deus israhel. Secundum lucam.
In illo tempore. Dixerunt pharisei ad ihesum.
Quanta audivimus facta in caphar
naum: fac et hic in patria tua. Ait
autem. Amen dico vobis: quia nemo propheta
acceptus est in patria sua. In verita
te dico vobis: multe vidue erant in
diebus helye. in israel quando clausum
est celum annis tribus et mensibus sex. cum
facta esset fames magna in omni
terra: et ad nullam illarum missus est
helyas. nisi in sarepta sydonie ad mu
lierem viduam. Et multi leprosi erant
in israel sub helyseo propheta: et nemo eorum
mundatus est. nisi naaman syrus. Et
repleti sunt omnes in synagoga ira:
hec audientes. Et surrexerunt et eie
cerunt illum extra civitatem: et duxe
runt illum usque ad supercilium montis
supra quem civitas illorum erat edificata
ut precipitarent eum. Ipse vero transiens:
per medium illorum ibat. Secreta.
Munus quod tibi domine nostre servitu
tis offerimus. tu salutare nobis
perfice sacramentum. Post communionem.
Presta quesumus omnipotens et misericors deus: ut
que ore contingimus. pura mente
capiamus. Super populum.
Subveniat nobis domine misericordia
tua: ut ab imminentibus peccatorum
nostrorum periculis. te mereamur pro
tegente salvari. Feria .iii.
Ego clamavi quoniam exaudisti. Collecta
Exaudi nos omnipotens et misericors
deus: et continentie salutaris pro
pitius nobis dona concede. Lectio libri re
gum. In diebus illis. Mulier quedam

clamabat ad helyseum prophetam: dicens.
Servus tuus vir meus mortuus est. et
tu nosti quia servus tuus fuit timens
dominum. Et ecce creditor venit: ut tollat
duos filios meos ad serviendum sibi.
Cui dixit helyseus. Quid vis ut faci
am tibi? Dic michi quid habes in domo
tua. At illa respondit. Non habeo an
cilla tua quicquam in domo mea: nisi
parum olei quo ungar. Cui ait. Vade
et pete mutuo ab omnibus vicinis tuis
vasa vacua non pauca: et ingredere et
claude hostium. Cum intrinsecus fue
ris tu et filii tui. mitte inde in omnia
vasa hec. et cum plena fuerint tolles.
Ivit itaque mulier: et clausit ostium
super se et super filios suos. Illi offere
bant vasa. et illa infundebat. Cumque
plena fuissent vasa: dixit ad filium
suum. Affer michi adhuc vas. Et ille res
pondit. Non habeo. Stetitque oleum.
Venit autem illa: et indicavit homini
dei. Et ille. Vade inquid vende oleum:
et redde creditori tuo. Tu autem et filii
tui: vivite de reliquo. Secundum matheum.
In illo tempore. Respiciens ihesus discipulos su
os: dixit symoni petro. Si peccaverit
in te frater tuus: vade et corripe illum
inter te et ipsum solum. Si te audierit:
lucratus eris fratrem tuum. Si autem
te non audierit: adhibe tecum adhuc
unum vel duos. ut in ore duorum vel
trium testium. stet omne verbum. Quod
si non audierit eos: dic ecclesie. Si autem
ecclesiam non audierit: sit tibi sicut eth
nicus et publicanus. Amen dico vobis:
quecumque alligaveritis super terram erunt
ligata et in celo: et quecumque solve
ritis super terram erunt soluta et in celo.
Iterum dico vobis: quia si duo ex vo
bis consenserint super terram: de omni
re quacumque petierint. fiet illis a pa
tre meo qui in celis est. Ubi enim sunt

duo uł tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum. Tunc accedens petrus ad eum dixit. Domine: quotiens peccauerit in me frater meus. dimittam ei usque septies? Dixit illi ihesus. Non dico tibi septies: sed usque septuagies septies. Secreta.

Per hec ueniat domine quesumus sacramenta nostre redemptionis effectus. qui nos et ab humanis retrahat semper excessibus: et ad salutaria cuncta perducat. Post communionem.

Sacris domine misteriis expiati. et ueniam consequamur et gratiam. Super populum.

Tua nos domine protectione defende. et ab omni semper iniquitate custodi. Feria .iiii. Collecta. [illegible]

Presta nobis quesumus domine: ut salutaribus ieiuniis eruditi. a noxiis quoque uitiis abstinentes propitiationem tuam facilius impetremus. Lectio libri exodi.

Hec dicit dominus deus. Honora patrem tuum et matrem tuam. ut sis longeuus super terram. quam dominus deus tuus dabit tibi. Non occides. non mechaberis. non furtum facies. non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui. nec desiderabis uxorem eius. Non seruum non ancillam. non bouem non asinum. nec omnia que illius sunt. Cunctus autem populus audiebat uoces et uidebat lampades et sonitum bucine montemque fumigantem. Et perterriti ac pauore concussi. steterunt procul dicentes moysi. Loquere tu nobis et audiemus. Non loquatur nobis dominus. ne forte moriamur. Et ait moyses ad populum. Nolite timere. Vt enim probaret uos uenit deus: et ut terror illius esset in uobis et non peccaretis. Stetitque populus de longe. moyses autem accessit ad caliginem in qua erat deus. Dixit preterea dominus ad moysen. Hec dices filiis israel: Vos uidistis quod de celo locutus sum uobis. Non facietis deos argenteos: nec deos aureos facietis uobis. Altare de terra facietis mihi. et offeretis super illud holocausta et pacifica uestra. Oues uestras et boues: in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei.

In illo tempore: Accesserunt Secundum matheum. ad ihesum ab ierosolimis scribe et pharisei dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Non enim lauant manus suas: cum panem manducant. Ipse autem respondens: ait illis. Quare et uos transgredimini mandatum dei propter traditionem uestram? Nam deus dixit. Honora patrem tuum et matrem tuam: Et qui maledixerit patri uł matri: morte moriatur. Vos autem dicitis quia quicumque dixerit patri uł matri munus quodcumque est ex me tibi proderit. et non honorificabit patrem suum et matrem suam. et irritum fecistis mandatum dei propter traditionem uestram. Ypocrite: bene prophetauit de uobis ysaias dicens. Populus hic labiis me honorat: cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me: docentes doctrinas et mandata hominum. Et conuocatis ad se turbis: dixit eis. Audite et intelligite. Non quod intrat in os coinquinat hominem: sed quod procedit de ore hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius: dixerunt ei. Scis quia pharisei audito hoc

uerbo scandalizati sunt. At ille res
pondens ait. Omnis plantatio quā nō
plantauit pater m̄s celestis: eradica
bitur. Sinite illos: ceci sunt duces
cecorum. Cecus autē si ceco ducatū p̄stet:
ambo in foueam cadunt. Respon
dens autem petrus: dixit ei. Edisse
re nob̄ parabolam istam. At ille di
xit. Adhuc et uos. sine intellectu estis.
Non intelligitis quia qđ in os in
trat in uentrem uadit et in secessū
emittitur. Que autē procedunt de ore
de corde exeunt. et ea coinquinant
hominem. De corde enī exeunt co
gitationes male. homicidia. adulte
ria. fornicationes. furta. falsa testimo
nia. blasphemie. Hec sunt que co
inquinant hominem. Non lotis
aū manibus manducare: n̄ coinqui
nat hominem. Secreta.

Suscipe q̄s domine preces populi
tui: cum oblationibus hostia
rum. et tua misteria celebrantes.
ab omnibus nos defende periculis. P.

Sanctificet nos dn̄e qua per com.
pasti sumus mensa celestis. et a
cunctis erroribus expiatos. supnis p
missionibus reddat acceptos. P.

Concede q̄s omnipotens deus: ut q̄ protecti
onis tue grām querimus. libera
ti a malis omnibus secura t̄ mente
seruiamus. P. Fer. V. collecta.

Da q̄s domine rex eterne cunctorum
ut sacro nos purificatos ieiu
nio. sinceris quoque mentibus ad tua
scā uentura facias peruenire. P.

In diebus illis: Factus Ieremie prophete.
est sermo domini: ad ieremiā di
cens. Sta in porta domus dn̄i: et p
dica ibi u̇bum istud et dic. Audite
u̇bum domini omnis iuda qui ingre
dimini p̄ portas has ut adoretis do
minum. Hec dic̄ dominus exercituū
ds̄ isrl̄. Bonas facite uias u̅r̅as et
studia u̅r̅a: et habitabo uobiscum in
loco isto. Nolite confidere in u̇bis m̄
dacii dicentes. templum dn̄i. templū dn̄i.
templum dn̄i est. Quā si bn̄dixeritis uias ue
stras et studia u̅r̅a: et habitabo uob
cum in loco isto. si feceritis iudicium inter uirū et
proximum eius. aduene
et pupillo n̄ feceritis calūpniam.
nec sanguinē innocentē effuderitis
in loco hoc. et post deos alienos n̄ ambu
laueritis in malum uob̄met ipsis:
habitabo uobiscum in loco isto. in
terra quam dedi patribus u̅r̅is. in
seclo. et usque in seculū. Dic̄ dn̄s:
omnipotens. Scdm iohannem.

In illo tp̄r: Dixit ihc turbis iudeorum.
Operamini n̄ cibum qui perit: sz q̄
permanet in uitam et̄nam. quē do
minus ds̄ dabit uob̄. Hunc enim
pater signiticauit ds̄. Dixerūt ergo
ad eum. Quid faciemus ut opere
mur opa dei: Respondit ihc et dixit
eis. Hoc est opus dei: ut credatis in
eum quem misit ille. Dixerunt ergo
ei. Quid ergo tu n̄ facis signum.
ut uideamus et credamus tibi: Quid
operaris: Patres n̄ri manducauerūt
manna in deserto: sic̄ scriptum est.
panem de celo dedit eis manducare.
Dixit ergo eis ihc. Amē amē dico uob̄:
n̄ moyses dedit uob̄ panem de celo.
sz pater m̄s dat uob̄ panem de celo
uerum. Panis enim dei est: q̄ desce
dit de celo et dat uitā mundo. Dixe
runt ergo ei. Dn̄e: semp da nobis

Scdm luca
euangl'. Surgens ihc de synagoga
R. in sabbo p̄ pentecosten

panem hunc. Dixit autem eis ihc. Ego sum panis uite. Qui uenit ad me: non esuriet. Et qui credit in me: non sitiet umquam. Secreta.

Deus de cuius gratie rore descendit ut ad misteria purgatis sensibus accedamus. presta quesumus ut in eorum traditione sollempniter honoranda. competens deferamus obsequium. Per. Post communionem.

Sacramenti tui domine ueneranda perceptio. et mistico nos mundet effectu. et perpetua uirtute defendat. Per.

Subiectum tibi populum quesumus Super populum domine propitiatio celestis amplificet. et tuis semper faciat seruire mandatis. Per. Feria VI. collecta.

Ieiunia nostra quesumus domine benigno fauore prosequere. ut sicut ab alimentis abstinemus in corpore. ita a uitiis ieiunemus in mente. Per. Lectio numeri.

In diebus illis: Conuenerunt filii israel. ad moysen et aaron: et uersi in seditionem dixerunt. Da nobis aquam ut bibamus. Ingressique moyses et aaron dimissa multitudine tabernaculum federis. corruerunt proni in terram clamaueruntque ad dominum atque dixerunt. Domine deus exaudi clamorem populi huius: et aperi eis thesaurum tuum fontem aque uiue. ut satiati cesset murmuratio eorum. Et apparuit gloria domini super eos. Locutusque est dominus ad moysen dicens. Tolle uirgam et congrega populum tu et aaron frater tuus: et loquimini ad petram coram eis. et illa dabit aquas. Cumque eduxeritis aquam de petra: bibet omnis multitudo et iumenta eius. Tulit igitur moyses uirgam que erat in conspectu domini: sicut preceperat ei. congregata multitudine ante petram dixitque eis. Audite rebelles: et increduli. Num de petra hac uobis aquam eicere poterimus? Cumque eleuasset moyses manum: percutiens uirga bis silicem. egresse sunt aque largissime. ita ut populus biberet et iumenta. Dixitque dominus ad moysen et aaron. Quia non credidistis mihi ut sanctificaretis me coram filiis israel. non introducetis populos hos in terram quam dabo eis. Hec est aqua contradictionis ubi iurgati sunt filii israel contra dominum: et sanctificatus est in eis. Secundum iohannem.

In illo tempore: Uenit ihc in ciuitatem samarie que dicitur sichar: iuxta predium quod dedit iacob ioseph filio suo. Erat autem ibi: fons iacob. Ihs autem fatigatus ex itinere: sedebat sic super fontem. Hora erat: quasi sexta. Uenit mulier de samaria. haurire aquam. Dicit ei ihc. Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem: ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa samaritana. Quomodo tu iudeus cum sis bibere a me poscis. cum sim mulier samaritana? Non enim coutuntur iudei samaritanis. Respondit ihc: et dixit ei. Si scires donum dei. et quis est qui dicit tibi da mihi bibere. tu forsitan petisses ab eo. et dedisset tibi aquam uiuam. Dicit ei mulier: Domine: neque in quo haurias habes: et puteus altus est. Unde ergo habes aquam uiuam? Numquid tu maior es patre nostro iacob. qui dedit nobis puteum et ipse ex eo bibit et filii eius et pecora eius? Respondit

ihc et dixit ei. Omnis qui bibit ex
aqua hac: sitiet iterum. Qui autem bibe
rit ex aqua quam ego dabo ei: non siti
et in eternum. Sed aqua quam dabo
ei: fiet in eo fons aque salientis in
uitam eternam. Dicit ad eum mulier.
Domine da mihi hanc aquam ut non sitiam
neque ueniam huc haurire. Dicit
ei ihc. Uade uoca uirum tuum: et ueni
huc. Respondit mulier et dixit. Non
habeo uirum. Dicit ei ihc. Bene dixisti:
quia non habeo uirum. Quinque enim
uiros habuisti: et nunc quem habes non
est tuus uir. Hoc uere dixisti. Dicit
ei mulier. Domine: uideo quia propheta
es tu. Patres nostri in monte hoc adora
uerunt: et uos dicitis quia ierosolimis
est locus ubi adorare oportet. Dicit
ei ihc. Mulier crede mihi: quia ueniet
hora. quando neque in monte hoc neque
in ierosolimis adorabitis patrem.
Vos adoratis quod nescitis: nos adora
mus quod scimus. quia salus ex iudeis
est. Sed uenit hora et nunc est: quando
ueri adoratores adorabunt patrem
in spiritu et ueritate. Nam et pater tales
querit: qui adorent eum. Spiritus est
deus. et eos qui adorant eum in spiritu et
ueritate oportet adorare. Dicit ei mu
lier. Scio quia messias uenit: qui
dicitur xpc. Cum ergo uenerit: ille
nos annuntiabit omnia. Dicit ei ihc.
Ego sum: qui loquor tecum. Et con
tinuo uenerunt discipuli eius: et
mirabantur quia cum muliere loque
batur. Nemo tamen dixit quid queris
aut quid loqueris cum ea. Reliquit ergo
hydriam suam mulier. et abiit in
ciuitatem: et dicit illis hominibus. Ve
nite et uidete hominem: qui dixit michi
omnia quecumque feci. Numquid ipse est xpc.
Exierunt de ciuitate: et ueniebant ad
eum. Interea rogabant eum discipuli ei
dicentes. Rabbi: manduca. Ille autem
dixit eis. Ego cibum habeo mandu
care: quem uos nescitis. Dicebant ergo
discipuli eius ad inuicem. Numquid ali
quis attulit ei manducare. Dicit eis
ihc. Meus cibus est ut faciam uolunta
tem eius qui misit me: ut perficiam
opera eius. Nonne uos dicitis quod ad
huc quatuor menses sunt: et messis
uenit. Ecce dico uobis. Leuate oculos
uestros et uidete regiones: quia albe
sunt iam ad messem. Et qui metit
mercedem accipit: et congregat fru
ctum in uitam eternam. ut et qui se
minat simul gaudeat et qui metit. In
hoc enim est uerbum uerum: quia alius
est qui seminat. et alius est qui metit.
Ego misi uos metere: quod uos non labo
rastis. Alii laborauerunt: et uos in la
bores eorum introistis. Ex ciuitate autem
illa multi crediderunt in eum samari
tanorum: propter uerbum mulieris testimo
nium perhibentis. quia dixit michi omnia
quecumque feci. Cum uenissent ergo ad illum
samaritani: rogauerunt eum ut ibi
maneret. Et mansit ibi duos dies.
Et multo plures crediderunt propter
sermonem eius: et mulieri dicebant.
quia iam non propter tuam loquelam cre
dimus. Ipsi enim audiuimus et scimus:
quia hic est uere saluator mundi. Secreta.
Respice domine propitius ad munera
que sacramus. ut et tibi grata

[margin: dicunt]

Hi sunt. et nobis salutaria semper existant. Per.

Huius nos domine perceptio *Post communionem* sacramenti. mundet a crimine. et ad celestia regna perducat. Per. *Super populum*

Presta quesumus omnipotens deus: ut qui in tua protectione confidimus. cuncta nobis adversantia te adiuvante vincamus. Per.

Presta quesumus omnipotens deus: *Sabbato collecta* ut qui se affligendo carne ab alimentis abstinent: sectando iusticiam a culpa ieiunent. Per. *Lectio danielis prophete.*

In diebus illis: Erat vir in babilone: et nomen eius ioachim. et accepit uxorem nomine susannam. filiam helchie. pulchram nimis et timentem dominum. Parentes enim illius cum essent iusti: erudierunt filiam suam secundum legem moysi. Erat autem ioachim dives valde: et erat ei pomerium vicinum domui sue. Et ad ipsum confluebant iudei: eo quod esset honorabilior omnium. Et constituti sunt duo senes iudices in anno illo: de quibus locutus est dominus. Quia egressa est iniquitas de babilone: a senioribus et iudicibus qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domum ioachym. et veniebant ad eos omnes qui habebant iudicia. Cum autem populus revertisset per meridiem ingrediebatur susanna ~~sicut heri~~ et deambulabat in pomerio viri sui. Et videbant eam senes cotidie ingredientem et deambulantem: et exarserunt in concupiscentia eius. Et everterunt sensum suum. et declinaverunt oculos suos. ut non viderent celum neque recordarentur iudiciorum iustorum. Factum est autem cum observarent diem aptum quando eam possent invenire solam. ingressa est aliquando sicut heri et nudius tertius. cum duabus solis puellis. voluitque lavari in pomerio. Estus quippe erat: et non erat ibi quisquam preter duos senes absconditos contemplantes eam. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleum et smigmata: et hostia pomerii claudite ut laver. Cum autem egresse essent puelle: surrexerunt duo senes et accurrerunt ad eam et dixerunt: Ecce hostia pomerii clausa sunt: et nemo nos videt. Quamobrem assentire nobis: et commiscere nobiscum. Quod si nolueris: dicemus testimonium contra te quod fuerit tecum iuvenis. et ob hanc causam. emisisti puellas a te. Ingemuit susanna et ait: Angustie michi sunt undique. Si enim hoc egero mors michi est: si autem non egero non effugiam manus vestras. Sed melius michi est absque opere incidere in manus vestras: quam peccare in conspectu domini. Exclamavit susanna. Exclamaverunt autem et senes adversus eam. Cum autem audissent clamorem in pomerio famuli domus: irruerunt per posticum. ut viderent quidnam esset. Postquam autem senes locuti sunt: erubuerunt servi vehementer. quia numquam dictus fuerat sermo huiuscemodi de susanna. Et facta est dies crastina. Cumque venissent populus ad virum eius ioachim: venerunt et duo presbiteri pleni iniqua cogitatione adversus susannam ut in

perficerent eam. Et dixerunt coram populo.
Mittite ad susannam filiam helchie: uxorem
ioachim. Et statim miserunt. Et uenit cum
parentibus et filiis: et uniuersis cognatis suis. Fle
bant igitur sui: et omnes qui nouerant eam.
Consurgentes autem duo presbiteri: in medio populi
posuerunt manus super caput eius. Que
flens suspexit ad celum. Erat enim cor eius
fiduciam habens in domino. Et dixerunt pres
biteri. Cum deambularemus in pomerio
soli: ingressa est hec cum duabus puellis.
et clausit hostia pomerii: et dimisit puellas.
Venitque ad eam adolescens qui erat abscon
ditus: et concubuit cum ea. Porro nos cum
essemus in angulo pomerii. uidentes iniqui
tatem cucurrimus ad eos: et uidimus pariter eos
misceri. Et illum quidem nequiuimus compre
hendere: quia fortior nobis erat. et aperto hos
tio exiliuit. Hanc autem cum apprehendi
ssemus interrogauimus quisnam esset
adolescens: et noluit indicare nobis. Huius
rei testes sumus. Credidit eis multitudo.
quasi senibus populi et iudicibus: et condempna
uerunt eam ad mortem. Exclamauit autem uo
ce magna susanna: et dixit. Deus eterne
qui absconditorum es cognitor. qui nosti
omnia antequam fiant: tu scis quoniam falsum
contra me tulerunt testimonium. Et
ecce morior cum nichil horum fecerim: que
isti maliciose composuerunt aduersum
me. Exaudiuit autem dominus uocem eius. Cum
que duceretur ad mortem: suscitauit dominus
spiritum sanctum pueri iunioris cui nomen
daniel. Et exclamauit uoce magna.
Mundus ego sum: a sanguine huius. Et
conuersus omnis populus ad eum: dixit. Quis
est sermo iste quem tu locutus es. Qui
cum staret in medio ait. Sic fatui filii
israel non iudicantes neque quod uerum est cog
noscentes. condempnastis filiam israel.
Reuertimini ad iudicium quia falsum
testimonium locuti sunt aduersus eam.

Reuersus est ergo populus cum festinatione.
et dixit ad eos daniel. Separate eos ab in
uicem procul: et diiudicabo eos. Cum ergo di
uisi essent alter ab altero: uocauit unum
de eis et dixit ad eum. Inueterate dierum
malorum: nunc uenerunt peccata tua que
operabaris prius iudicans iudicia iniusta
innocentes opprimens. et dimittens noxios.
dicente domino. innocentem et iustum non in
terficies. Nunc ergo si uidisti eam: dic sub
qua arbore uideris eos colloquentes sibi.
Qui ait. Sub scyno. Dixit autem da
niel. Recte mentitus es in caput tuum.
Ecce enim angelus domini accepta senten
tia ab eo: scindet te medium. Et amoto
eo: iussit uenire alium et dixit ei.
Semen chanaan et non iuda: species
decepit te: et concupiscentia subuertit
cor tuum. Sic faciebatis filiabus israel: et ille
timentes loquebantur uobis sed non filia iuda
sustinuit iniquitatem uestram. Nunc ergo dic
michi: sub qua arbore comprehenderis eos col
loquentes sibi. Qui ait. Sub prino. Dixit
autem daniel. Recte mentitus es et tu in
caput tuum. Manet enim angelus domini
gladium habens. ut secet te medium. et
interficiat uos. Exclamauit itaque omnis
cetus uoce magna: et benedixerunt deum
qui saluat sperantes in se. Et consurrexe
runt aduersum duos presbiteros: conuice
rat enim eos daniel ex ore suo falsum
dixisse testimonium. Feceruntque eis si
cut male egerant aduersus proximum: et in
terfecerunt eos. Et saluatus est sanguis
innoxius: in die illa. Secundum iohannem
R. Si ambulem in medio. V. Virga tua et baculus
In illo tempore: Perrexit ihesus in montem oliueti:
et diluculo iterum uenit in templum.
Et omnis populus uenit ad eum: et sedens
docebat eos. Adducunt autem scribe et pha
risei mulierem in adulterio deprehensam:
et statuerunt eam in medio et dixerunt

ei. Magist(er) hec mulier modo dep(re)hensa est
in adulterio. In lege autem: moyses ma(n)
davit nob(is) huiusmodi lapidare. Tu ergo
quid dicis? Hec autem dicebant temp
tantes eum: ut possent accusare eum.
Ih(esu)s aut(em) inclinavisse deorsum: digito sc(ri)
bebat in terra. Cum autem p(er)severarent
interrogantes eum: erexit se et dixit eis.
Qui sine peccato e(st) v(estru)m: primus in illam
lapidem mittat. Et iterum se inclinans:
scribebat in terra. Audientes autem un(us)
post unum exibant. incipientes a senio
rib(us). Et remansit ih(esu)s solus: et mulier
in medio stans. Erigens autem se ih(esu)s dix(it)
ei. Mulier: ubi sunt qui te accusabant?
Nemo te condampnavit? Que dixit. Ne
mo domine. Dixit autem ei ih(esu)s. Nec ego te
condampnabo. Vade: et amplius iam
noli peccare.

Secr(eta)

Concede q(uaesumu)s omnip(oten)s deus: ut huius sac(ri)
ficii munus oblatum. fragilitatem
n(ost)ram ab omni malo purget semp(er) et mu
niat. P(er).

P(ost) Com(munio)

Q(uaesumu)s omnipotens d(eu)s: ut int(er) eius me(m)
bra numeremur. cuius corpori co(m)
municavimus (et) sanguini. Qui t(ecum). Sr(?) iiii

Pretende domine fidelib(us) tuis: dexte
ram celestis auxilii. ut (et) te toto cor
de p(er)quirant. et que digne postulant co(n)
sequi mereantur. P(er).

D(omi)nica iiii. (Quadragesim)e. Lt.

Letare ih(eru)s(a)l(e)m et conventum. Letatus sum. I.

Concede q(uaesumu)s omnip(oten)s d(eu)s: ut qui ex me
rito n(ost)re actionis affligimur: tue
gr(ati)e consolatione respiremus. P(er).

Ad galathas.

F(rat)res: Scriptum est: q(uonia)m
abraham duos filios habuit. Unu(m)
de ancilla: et unum de libera. S(ed) qui de
ancilla: sec(un)d(u)m carnem natus est. Qui aut(em)
de libera: p(er) rep(ro)missionem que sunt p(er) al
legoriam dicta. Hec enim sunt: duo
testamenta. Unum q(ui)dem in monte syna in ser
vitutem generans: Que est agar. Sy
na enim mons est in arabia qui con
iunctus est ei que nunc est ih(eru)s(a)l(e)m: et ser
vit cum filiis suis. Illa autem que sursu(m)
est ih(eru)s(a)l(e)m libera est: que est mater n(ost)ra.
Scriptum est enim. Letare sterilis que n(on)
paris: erumpe et clama que n(on) parturis.
quia multi filii deserte. magis q(ua)m eius
que h(abe)t virum. Nos aut(em) f(rat)res: sec(un)d(u)m ysaac
p(ro)missionis filii sumus. S(ed) quomodo tu(n)c
qui sec(un)d(u)m carnem natus fuerat. p(er)sequabat(ur)
eum qui sec(un)d(u)m spiritum: ita (et) nunc. S(ed) q(ui)d
dicit scriptura? Eice ancillam: et filium
eius. Non enim heres erit filius ancille: cu(m)
filio libere. Itaq(ue) f(rat)res: n(on) sumus ancille filii
sed libere. Qua libertate: xp(istu)s nos liberavit.

In illo t(empore).

Sec(un)d(u)m Joh(ann)em.

Abiit ih(esu)s trans mare galilee: q(uo)d est tybe
riadis. Et sequebatur eum multitudo ma
gna: quia videbant signa que faciebat
sup(er) his qui infirmabant(ur). Subiit ergo
in monte(m) ih(esu)s: et ibi sedebat cum discip(u)lis
suis. Erat autem p(ro)ximum pascha: dies fest(us)
iudeorum. Cum sublevasset ergo oc(u)los
ih(esu)s: et vidiss(et) quia multitudo maxima
venit ad eum: dicit ad philippum. Un(de)
emenius panes ut manducent hii? Hoc
autem dicebat temptans eum: ip(s)e enim
sciebat quid e(ss)et facturus. Respondit ei
philippus. Ducentorum denarior(um) panes
n(on) sufficiunt eis: ut unusquisq(ue) modicu(m)
quid accipiat. Dicit ei unus ex discip(u)lis
eius: andreas frat(er) simonis petri. Est pu
er unus hic: qui h(abe)t quinq(ue) panes ordea
ceos: (et) duos pisces. Sed hec qui sunt int(er)
tantos? Dixit ergo ih(esu)s. Facite homines
discumbere. Discubuerunt ergo viri: nu
mero q(ua)si quinq(ue) milia. Accepit ergo pa
nes ih(esu)s: (et) cum gr(ati)as egisset distribuit
discumbentib(us). Similiter (et) ex piscibus:
quantum volebant. Ut aut(em) impleti s(un)t:
dixit discip(u)lis suis. Colligite que sup(er)a
verunt fragmenta: ne p(er)eant. College
runt (er)go: et impleverunt duodecim co
phynos fragmentorum ex quinq(ue) panib(us)

ordeaceis que supfuerunt his qui man
ducauerunt. Illi ergo homines cum ui
dissent qđ fecerat signum: dicebant. Quia
hic est uere pph̄a: qui uentur' est in mū
dum.

Secreta

Sacrificiis presentib; domine. q̄s
intende placatus: ut et deuotoni
nre pficiant et saluti. P. Post communione.

Da nob q̄s misericors d̄s: ut sanc
ta tua quib; incessant' explem'.
sinceris tractemus obsequiis. & fideli sem
p mente sumamus. P. d. Fer. Secunda.

Deus in nomine tuo. ps. Ecce m̄ aliem insurr.

Pora q̄s omnip̄c d̄s: ut obseruatio
nes sacras annua deuotione re
colentes. et corpe tibi placeamus et men
te. P. Lc libri Regum.

In dieb; illis: Venerunt due mulieres
meretrices ad regem salamonē: steterūt
q; coram eo. Quarum una ait. Obsecro
mi domine: ego et mulier hec habitaba
mus in domo una: et peperi aput eam
in cubiculo. Tertia uero die postquam
ego peperi: peperit & hec. Et eramus simul.
nullusq; alius in domo nob cum. excep
tis nobis duab;. Mortuus est autem fil'
mulieris huius nocte: dormiens quippe
oppssit eum. Et consurgens intempeste
noctis silentio: tulit filium meum de la
tere meo. ancille tue dormientis. & collo
cauit in sinu suo. Suum autem fili
um qui erat mortuus: posuit in sinu
meo. Cumq; surrexissem mane ut
darem lac filio meo: apparuit mor
tuus. Quem diligentius intuens cla
ra luce: deprehendi n̄ esse meum quē
genueram. Respondit q; altera mulier.
Non est ita: s; filius tuus mortuus est.
meus autem uiuit. Et contrario illa
dicebat. Mentiris. filius quippe m̄s
uiuit: et filius tuus mortuus est. Atq;
in hunc modum: contendebant corā
rege. Tunc rex ait. Hec dicit filius
meus uiuit et filius tuus mortuus est:
et ista respondit n̄ s; filius tuus mortu
us est. & filius m̄s uiuit. Dixit g° rex.
Afferte michi gladium. Cumq; attu
lissent gladium coram rege: ait. Diuidi
te inquit infantem uiuum in duas
partes: et date dimidiam partem u
ni. et dimidiam partem alteri. Dixit
autem mulier: cuius filius erat uiuus
ad regem. Commota sunt quippe uis
cera eius: sup filio suo. Obsecro domine
date illi infantem uiuum: & nolite in
tficere eum. E contrario illa dicebat. Nec
m̄i nec t' sit: s; diuidat'. Respondit rex:
et ait. Date huic infantem uiuum: &
n̄ occidatur. Hec est enim mat' eius. Au
diuit itaq; omnis isrl' iudicium qđ iu
dicasset rex: et timuerunt regem. Uide
tes sapientiam dei esse in eo: ad faciendum
iudicium.

Sedm Joh.

In illo temp̄r. Prope erat pascha iudeor'.
et ascendit ih̄c iherosolimam. Et inuenit
in templo uendentes boues et oues. & co
lumbas: & nummularios sedentes. Et cū
fecisset quasi flagellum de funiculis: om̄s
eiecit de templo. Oues quoq; et boues.
et nummulariorum effudit es: et mensas
subuertit. Et his qui columbas uen
debant: dixit. Auferte ista hinc: et no
lite facere domum patris mei. domum
negotiationis. Recordati u° sunt disci
pli eius: quia scriptum est. Zelus dom'
tue: comedit me. Responderunt g° iudei:
et dixerunt ei. Qđ signum ostendis no
bis. quia hec facis: Respondit ih̄c: et
dixit eis. Soluite templum hoc: & in trib;
dieb; excitabo illud. Dixerunt g° iudei.
Quadraginta et sex annis edificatum ē
templum hoc. & tu trib; diebus excitabis
illud: Ille autem dicebat: de templo corpis
sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis:
recordati sunt discipli eius quia hoc dice
bat. et crediderunt scripture et sermo
ni quem dixit ih̄c. Cum autem esset ihe
rosolimis in pascha in die festo: multi

credider unt in nomine eius uidentes signa
que faciebat. Ipse autem ihc n̄ credebat
semet ipm̄ eis: eo qd ipse nosset omnes.
et quia opus ei n̄ erat ut quis testimo
nium phiberet de homine. Ipse enim scie
bat: quid esset in homine. Secreta.
Oblatum t̄ domine sacrificium uiui
ficet nos semp et muniat. P. P̄ g̃m.
Sumptis domine salutarib; sacram̄
tis. ad redemptionis etne q̄s pficia
mus augmentum. P. Sup populum.
Deprecationem nr̄am q̄s domine
benignus exaudi: et quib; sup
plicandi p̄stas affectum. tribue defensio
nis auxilium. P. dominum. Fe. iii.
Exaudi ds̄ orationem meã. P. Contristat̄ sum.
Sacre nobis q̄s domine. Coll'.
observationis ieiunia. et pie con
uersationis augmentum. et tue ppitiatõ
nis continuum pstent auxilium. Per.
In diebus ill. Locutus est. Lc. lib. exodi.
dominus: ad moysen dicens. Descende de
monte: peccauit pp̄ls tuus quē eduxisti
de terra egypti. Recesserunt cito de uia
quam ostendisti eis: feceruntq; sibi i ui
tulum conflatilem et adorauerunt. atq;
immolantes ei hostias dixerunt. Isti s̄t
dii tui isrl': qui te eduxerunt de t̄ra egyp
ti. Rursumq; ait dominus ad moysen. Cer
no qd pp̄ls iste dure ceruicis sit: dimitte
me ut irascatur furor m̄s cont̄ eos. et deleã
eos. faciamq; te in gentē magnam. Moy
ses autem orabat dominum dm̄ suum
dicens. Cur dn̄e irascitur furor tuus con
tra pp̄lm tuum quē eduxisti de t̄ra egypti
in fortitudine magna et in manu robu
sta: Ne queso dicant egyptii. callide edux
eos ut interficeret in montib; & deleret e
terra: Quiescat ira tua: et esto placabil'
super nequitia pp̄li tui. Recordare abra
ham ysaac. & isrl' seruorum tuorum: qb;
iurasti p temet ipm̄ dicens. Multiplicabo
semen ur̄m sicut stellas celi: et uniusam
terram hanc de qua locutus sum dabo
semini ur̄o. et possidebitis eam semp. Pla
catusq; est dominus ne faceret malum qd
locutus fuerat. Et misertus est pp̄lo suo:
dominus ds̄ nr̄. Sedm̄ Joh'm.
In illo t̄. Iam die festo mediante:
ascendit ihc in templum et docebat. Et
mirabantur iudei dicentes. Quomodo hic
literas scit cum n̄ didicerit: Respondit
eis ihc et dixit. Mea doctrina n̄ est mea:
sed eius qui misit me. Si quis uoluerit
uoluntatem eius facere: cognoscet de
doctrina utrum ex dō sit an ego a me
ipo loquar. Qui a semet ipo loquitur:
gl'am ppriam querit. Qui autem querit
gl'am eius qui misit illum: hic uerax
est et iniusticia in illo n̄ est. Nonne moy
ses dedit uob' legem. & nemo ex uobis fa
cit legem: Quid me queritis interficere.
Respondit turba et dixit. Demonium ha
bes. Quis te querit interficere: Respondit
ihc: et dixit eis. Unum opus feci: et om̄s
miramini. Propterea moyses dedit uobis circu
cisionem: n̄ quia ex moyse est s; ex patri
b; et in sabbo circumciditis hominem. Si
circumcisionem accepit homo in sabbo ut
n̄ soluatur lex moysi. mi indignamini.
quia totum hominē sanum feci in sabbo:
Nolite iudicare secundum faciem: s; iu
stum iudicium iudicate. Dicebant ergo
quidam ex iherosolimis. Nonne hic est
quem querunt interficere: Ecce palam
loquitur: et nich ei dicunt. Numquid
uere cognouerunt principes quia hic ē
xp̄c: S; hunc scimus unde sit. Xp̄c autē
cum uenerit: nemo scit unde sit. Clama
bat ergo docens in templo ihc: et dicens.
Et me scitis et unde sim scitis: et a me
ipo n̄ ueni s; est uerus qui misit me
quem uos nescitis. Ego scio eum. et si di
xero quia nescio eum: ero similis uobis
mendax. S; scio eum: quia ab ipo sum. &
ipse misit me. Querebant ergo eum ap
prehendere. s; nemo misit in illū manus:
quia nondum uenerat hora ei. De turba

Iaute: multi crediderunt in eum. Secr.

Hec hostia domine qs emundet
nra delicta. et ad sacrificium
celebrandum. subditorum tibi corpa
mentesque sanctificet. P. Post com.

Hiuiuif nos domine pceptio sacra
menti mundet a crimine. et
ad celestia regna p ducat. P. Sup. ppłm

Miserere domine pplo tuo: et con
tinuis tribulationibz laborantem ppitius
respirare concede. P. dominum. fr. iiii.

Deus qui et iustis premia meritorum
et peccatoribz p ieiunium ueniam
pbes. miserere supplicibz tuis. ut re
atus nri confessio. indulgentiam uale
at percipere delictorum. P. Lc. Ezechi
el.

Hec dicit dominus ds. Scificabo nomen meum mag
num. ut sciant gentes quia ego dns
cum scificatus fuero in uobis coram eis. Tol
lam quippe uos de gentibz et congregabo
de uniursis terris. et adducam uos in terram
uram. et effundam sup uos aquam mu
dam. et mundabimini ab omnibz in
quinamentis uris. et ab uniursis ydolis uris
mudabo uos. Et dabo uobis cor nouum.
et spm nouum ponam in medio uri. et
auferam cor lapideum de carne ura. et
dabo uobis cor carneum. et spm meum po
nam in medio uri. Et faciam ut in
pceptis meis ambuletis. et iudicia mea
custodiatis. et operemini. Et habitabi
tis in terram quam dedi patribz uris.
et eritis m. in pplm. et ego ero uobis in
dm. Dicit dominus omps.

R. Beata gens cuius est dominus. V. Vbo domini celi. Coll.

Presta qs omnips ds: ut quos ieiu
nia uotiua castigant. ipa quoque
deuotio sca letificet. ut terrenis affectibz
mitigatis. facilius celestia capiamus. P.

Hec dicit dominus ds. Lc. ysaie phe.
Lauamini mundi estote. auferte
malum cogitationum urarum ab oculis
meis. Quiescite agere puerse: discite
bene facere. Querite iudicium subuenite
oppresso. iudicate pupillo defendite uidu
am. et uenite et arguite me dicit do
minus. Si fuerint peccata ura ut coc
cinum: quasi nix dealbabuntur. Et si fu
erint rubra quasi uermiculus: uelud
lana alba erunt. Si uolueritis et audi
eritis me: bona terre comedetis. Dicit
dominus omnipotens. Scdm Iohm.

In illo tpe: Preteriens ihc uidit homi
nem cecum a natiuitate: et interroga
uerunt eum discipli eius. Rabbi: quid
peccauit hic aut parentes eius ut cecus
nasceretur. Respondit ihc. Neque hic pec
cauit neque parentes eius: sed ut mani
festentur opa dei in illo. Me oportet opa
ri opa eius qui misit me: donec dies est.
Venit nox: quando nemo potest opari.
Quamdiu in mundo sum: lux sum mun
di. Hec cum dixisset: expuit in terram et
fecit lutum ex sputo et liniuit lutum
sup oculos eius. et dixit ei. Vade laua
in natatoria syloe: qd interpretatur mis
sus. Abiit ergo et lauit. et uenit ui
dens. Itaque uicini et qui uidebant eu
prius quia mendicus erat: dicebant.
Nonne hic est qui sedebat et mendicabat.
Alii dicebant quia hic est: alii aut
nequaquam. sed similis eius est. Ille uero di
cebat: quia ego sum. Dicebant ergo ei.
Quomodo apti sunt tibi oculi: Respondit.
Ille homo qui dicitur ihc: lutum fecit et
uniit oculos meos. et dixit michi. Vade
ad natatoriam syloe: et laua. Et abii
et laui. et uidi. Et dixerunt ei. Vbi est
ille: Ait. Nescio. Adducunt eum ad phari
seos: qui cecus fuerat. Erat autem sabba
tum quando lutum fecit ihc: et apuit
oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum
pharisei: quomodo uidisset. Ille aut
dixit eis. Lutum posuit mihi sup oculos:
et laui et uideo. Dicebant ergo ex phari
seis quidam. Non est hic homo a deo: qui
sabbatum non custodit. Alii dicebant. Quo

potest homo peccator hec signa facere? Et
scisma erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterum.
Tu quid dicis de eo qui aperuit tuos oculos?
Ille autem dixit quia propheta est. Non cre
diderunt ergo iudei de illo quia cecus
fuisset et uidisset. donec uocauerunt
parentes eius qui uiderat. Et interroga
uerunt eos dicentes. Hic est filius uester
quem uos dicitis quia cecus natus est.
Quomodo ergo nunc uidet? Responde
runt eis parentes eius. et dixerunt. Sci
mus quia hic est filius noster. et quia ce
cus natus est. Quomodo autem nunc
uideat nescimus. aut quis ei aperuit o
culos nos nescimus. Ipsum interrogate. eta
tem habet ipse de se loquatur. Hec dixerunt
parentes eius. quia timebant iudeos. Iam
enim conspirauerant iudei. ut si quis
eum confiteretur christum. extra synago
gam fieret. Propterea parentes eius
dixerunt quia etatem habet. ipsum interro
gate. Vocauerunt ergo rursum ho
minem qui fuerat cecus. et dixerunt
ei. Da gloriam deo. Nos scimus. quia hic
homo peccator est. Dixit ergo ille. Si
peccator est. nescio. Unum scio. quia
cecus cum essem modo uideo. Dixerunt
ergo illi. Quid fecit tibi? Quomodo
aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi
iam uobis. et audistis. Quid iterum
uultis audire? Numquid et uos uultis disci
puli eius fieri? Maledixerunt ei. et dixe
runt. Tu discipulus illius sis. nos moysi
discipuli sumus. Nos scimus quia moysi
locutus est deus. hunc autem nescimus
unde sit. Respondit ille homo. et dixit
eis. In hoc mirabile est. quia uos nescitis
unde sit. et aperuit meos oculos. Scimus
enim quia peccatores deus non audit. sed si
quis dei cultor est. et uoluntatem eius
facit. hunc exaudit. A seculo non est au
ditum. quia aperuit quis oculos ceci na
ti. Nisi esset hic a deo. non poterat facere
quicquam. Responderunt et dixerunt

ei. In peccatis natus es totus. et tu doces nos?
Et eiecerunt eum foras. Audiuit ihesus quia
eiecerunt eum foras. et cum inuenisset
eum dixit ei. Tu credis in filium dei? Res
pondit ille. et dixit. Quis est domine ut
credam in eum? Et ihesus dixit ei. Et uidi
sti eum. et qui loquitur tecum ipse est. At
ille ait. Credo domine. Et procidens. adora
uit eum.

Supplices te domine. Secreta.
rogamus ut his sacrificiis peccata
nostra mundentur. quia tunc ueram no
bis tribuis et mentis et corporis sanitatem. Per.

Sacramenta que sumpsimus domine Postcommunio.
deus noster. et spiritualibus nos
instruant alimentis. et corporalibus tu
eantur auxiliis. Per dominum. Super populum.

Pateant aures misericordie tue domi
ne precibus supplicantium. et
ut petentibus desiderata concedas. fac
eos que tibi sunt placita postulare. Per dominum. Feria vi.
Letetur cor querentium dominum. Ps. Confitemini. Dominus vobiscum. Invocavit.

Presta quesumus domine. ut saluta
ribus ieiuniis eruditi. a noxiis etiam
uitiis abstinentes. propitiationem tuam
facilius impetremus. Per. Lectio libri Regum.

In diebus illis. Venit mulier sunamitis
ad helyseum in montem. et apprehen
dit pedes eius. Et accessit giezi. ut amo
ueret eam. Et ait homo dei. Dimitte
eam. anima enim eius in amaritudi
ne est. et dominus celauit a me et non indica
uit mihi. Que dixit illi. Numquid peti
ui filium a domino meo? Numquid non dixi
tibi ne illudas me? Et ille ait ad giezi.
Accinge lumbos tuos. et tolle baculum
meum in manu tua. et uade. Si occur
rerit tibi homo. non salutes eum. Et si salu
tauerit te quispiam non respondeas ei.
Et pone baculum meum. super faciem
pueri. Porro mater pueri ait. Viuit
dominus et uiuit anima tua. non di
mittam te. Surrexit ergo. et secutus est
eam. Giezi autem precesserat ante
eos. et posuerat baculum super faciem

pueri. et non erat ei vox neque sensus. Re
versus que est in occursum eius. et nuntia
vit ei dicens. Non surrexit puer. Ingressus
est ergo helyseus domum. et ecce puer mor
tuus iacebat in lecto eius. Ingressusque clau
sit hostium super se. et super puerum. et ora
vit ad dominum. Et ascendit et incubu
it super puerum. posuitque os suum super
os eius. et oculos suos super oculos eius. et
manus suas super manus eius. Et incur
vavit se super eum. et calefacta est caro
pueri. At ille reversus. deambulavit
in domo semel. huc atque illuc. Et as
cendit et incubuit super eum. et oscitavit
puer. septies. aperuitque oculos suos. At
ille vocavit giezi. et dixit. Voca suna
mitam hanc. Que vocata. ingressa est
ad eum. Qui ait. Tolle filium tuum.
Venit illa et corruit ad pedes eius. et
adoravit super terram. Tulitque filium su
um. et egressa est. Heliseus vero reversus
est in galgala. Secundum lucam.

In illo tempore. Ibat ihesus in civitatem
que vocatur naim. et ibant cum illo dis
cipuli eius. et turba copiosa. Cum autem
appropinquaret porte civitatis. ecce
defunctus efferebatur filius unicus
matris sue. Et hec vidua erat. et tur
ba civitatis multa cum illa. Quam
cum vidisset ihesus. misericordia motus super
eam dixit illi. Noli flere. Et accessit. et
tetigit loculum. Hi autem qui porta
bant. steterunt. Et dixit. Adoles
cens tibi dico surge. Et resedit qui
erat mortuus. et cepit loqui. Et de
dit illum matri sue. Accepit autem omnes
timor. et magnificabant deum dicentes.
quia propheta magnus surrexit in nobis. Et
quia deus. visitavit plebem suam. Secreta.

Purificet nos misericors deus. ut ec
clesie tue preces que tibi grate sunt
pia munera deferentes. fiant expiatis men
tibus gratiores. P. Post communionem.

Celestia dona capientibus quesumus domi
ne non ad iudicium provenire patiaris. que fide
libus tuis ad remedium providisti. P. Dominica. Super populum.

Populi tui deus institutor et rector.
peccata quibus impugnatur expelle.
ut semper tibi placitus et tuo munimine sit
securus. P. Meditatio cordis mei. Celi enarrant gloriam. Feria VI.

Deus qui ineffabilibus mundum re
novas sacramentis. presta quesumus. ut ecclesia
tua et eternis proficiat institutis. et temporalibus
non destituatur auxiliis. P. Lectio libri regum.

In diebus illis. Egrotavit filius mulieris
matris familias. et erat langor fortissimus.
ita ut non remaneret in eo alitus. Dixit ergo
ad heliam. Quid mihi et tibi vir dei. Ingressus
es ad me ut rememorarentur iniquitates
mee. et interficeres filium meum. Et ait
ad eam helias. Da michi filium tuum. Tu
litque eum de sinu illius. et portavit in cena
culum ubi ipse manebat. Et posuit super
lectulum suum. et clamavit ad dominum et
dixit. Domine deus meus etiam ne viduam apud
quam ego utcumque sustentor afflixisti
ut interficeres filium eius. Et expan
dit se atque mensus est super puerum tribus
vicibus. clamavitque ad dominum et ait.
Domine deus meus revertatur oro anima pu
eri huius in viscera eius. Exaudivit
autem dominus vocem helie. et reversa
est anima pueri intra eum et revixit.
Tulitque helias puerum. et deposuit
eum de cenaculo in inferiorem domum. et
tradidit matri sue. Et ait illi. En vivit
filius tuus. Dixitque mulier ad heliam.
Nunc in isto cognovi quoniam vir dei es tu.
et verbum domini in ore tuo verum est.

In illo tempore. Erat Secundum iohannem.
quidam languens lazarus. a bethania de
castello marie et marthe sororum eius. Maria
autem erat que unxit dominum ungue
nto. et extersit pedes eius capillis suis. cuius
frater lazarus infirmabatur. Miserunt
ergo sorores eius ad eum dicentes. Domine.
ecce quem amas infirmatur. Audiens
autem ihesus. dixit eis. Infirmitas hec non est

ad mortem: sz p gl'a di ut gl'ificetur filius
di p eam. Diligebat autem ihc martham:
et sororem eius mariam. t mariam t lazaru.
Ut ergo audiuit quia infirmabatur: tunc
quidem mansit duobus diebus in eodem
loco. Deinde post hec: dixit discipulis suis.
Eamus in iudeam iterum. Dicunt ei disci
puli. Rabbi nunc querebant te iudei la
pidare. et iterum uadis illuc? Respondit
ihc. Nonne duodecim hore sunt diei? Si quis
ambulauerit in die n offendit: quia lucem
huius mundi uidet. Si autem ambula
uerit in nocte offendit: quia lux n est in
eo. Hec ait: et post hec dicit eis. Lazarus
amicus nr dormit: sed uado ut a sump
no excitem eum. Dixerunt ergo ei: dis
cipuli eius. Domine: si dormit saluus
erit. Dixerat autem ihc de morte eius:
illi autem putauerunt quia de dormiti
one sumpni diceret. Tunc ergo dixit
eis ihc manifeste. Lazarus mortuus est:
et gaudeo pp uos ut credatis qm n
eram ibi. sz eamus ad eum. Dixit g
thomas qui dicitur didimus: ad con
discipulos. Eamus et nos: et moria
mur cum eo. Uenit itaqz ihc: et inue
nit eum quatuor dies iam in monum
to habentem. Erat autem bethania iuxta
ierosolimam: quasi stadiis quindecim.
Multi autem ex iudeis uenerant ad mar
tham et mariam: ut consolarentur
eas de fratre suo. Martha ergo ut audi
uit quia ihc uenit. occurrit illi. Mari
a autem: domi sedebat. Dixit ergo
martha ad ihm. Domine: si fuisses hic:
frater meus n fuisset mortuus. Sz et nunc
scio: quia quecumqz poposceris a deo dabit
tibi deus. Dicit illi ihc. Resurget frater
tuus. Dicit ei martha. Scio quia resur
get in resurrectione: in nouissimo die
Dicit ei ihc. Ego sum. resurrectio et ui
ta. Qui credit in me: etiam si mortuus
fuerit uiuet. Et omnis qui uiuit et
credit in me: n morietur in eternum.
Credis hoc? Ait illi. Utiqz domine. Ego
credidi quia tu es xpc filius dei: qui
in hunc mundu uenisti. Et cum hec
dixisset: abiit t uocauit mariam
sororem suam silentio dicens. Magister
adest: t uocat te. Illa ut audiuit sur
rexit cito: et uenit ad eum. Nondum
uenerat ihc in castellum: sz erat ad
huc in illo loco. ubi occurrerat ei mar
tha. Iudei igitur qui erant cu ea in
domo. et consolabantur eam de fratre
suo: cum uidissent maria quia cito
surrexit et abiit: secuti sunt eam di
centes quia uadit ad monumentum
ut ploret ibi. Maria ergo cum uenisset
ubi erat ihc: uidens eum cecidit ad pe
des eius t dixit ei. Domine. si fuisses
hic: n esset mortuus fr ms. Ihc ergo
ut uidit eam plorantem. t iudeos qui
uenerant cum ea plorantes. fremuit
spu t turbauit semet ipm t dixit. Ubi
posuistis eum: Dicunt ei. Domine:
ueni t uide. Et lacrimatus est ihc. Di
xerunt g iudei. Ecce quomodo amabat
eum. Quidam aute ex ipsis dixerunt:
Non poterat hic qui aperuit oculos
ceci facere ut hic n moreretur: Ihc g
rursum fremens in semet ipso: uenit
ad monumentum. Erat autem spelun
ca: t lapis suppositus erat ei. Ait ihc.
Tollite lapidem. Dic ei martha: soror
eius qui mortuus fuerat. Dne: iam
fetet: quatriduanus enim est. Dic ei
ihc. Nonne dixi tibi qm si credideris
uidebis gl'am dei? Tulerunt g lapi
dem. Ihc autem eleuatis sursum ocu
lis: dixit. Pater: gras tibi ago: qm
audisti me. Ego aute sciebam quia
semp me audis: sz ppt ppl'm qui cir
cumstat dixi. ut credant quia tu me
misisti. Hec cum dixisset: uoce mag
na clamauit. Lazare: ueni foras.
Et statim prodiit qui fuerat mortuus:
ligatus pedes t manus institis t fa

ties illius sudario erat ligata. Dicit
eis ihesus. Solvite eum: et sinite abire.
Multi ergo ex iudeis qui venerant ad
mariam. et viderant que fecit: crediderunt in eum. **Secreta.**

Munera nos domine quesumus oblata purificent. et te nobis iugiter faciant
esse placatum. Per dominum. **Post communionem.**

Hec nos quesumus domine participatio
sacramenti. et a propriis reatibus indesinenter expediat. et ab omnibus tueatur
adversis. Per dominum. **Super populum.**

Da quesumus omnipotens deus: ut qui infirmitatis nostre conscii sumus. de tua
virtute confidimus. sub tua semper
pietate gaudeamus. Per. **Sabbato.**

Sitientes venite ad aquas dicit. **Coll.**

Fiat domine quesumus per gratiam tuam
fructuosus nostre devotionis affectus.
quia tunc nobis proderunt suscepta ieiunia. si tue sint placita pietati. Per.

Hec dicit dominus. **Lectio ysaie prophete.**

In tempore placito exaudivi te: et
in die salutis auxiliatus sum tui. Et
servavi te. et dedi te in fedus populi: ut
suscitares terram et possideres hereditates dissipatas. Ut diceres hiis qui vincti sunt exite: et hiis qui in tenebris
revelamini. Super vias pascentur: et
in omnibus planis pascue eorum. Non
esurient neque sitient amplius: et non
percutiet eos estus neque sol quia miserator eorum reget eos. et ad fontes aquarum potabit eos. Et ponam omnes
montes meos in viam: et semite mee
exaltabuntur. Ecce isti de longe venient: et ecce illi ab aquilone et mari. et isti de terra australi. Laudate
celi et exulta terra: iubilate montes
laudem quia consolatus est dominus populum suum. Et pauperum suorum miserebitur. Et dixit syon. Reliquit
me dominus: et dominus oblitus est mei. Numquid oblivisci potest mulier infantem suum. ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego
tamen non obliviscar tui. Dicit dominus
omnipotens. **Sequentia sancti evangelii secundum Iohannem.**

In illo tempore: Dicebat ihesus turbis iudeorum.
Ego sum: lux mundi. Qui sequitur
me non ambulat in tenebris: sed habebit
lumen vite. Dixerunt ergo ei pharisei.
Tu de te ipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Respondit ihesus: et dixit eis. Et si ego testimonium perhibeo de me ipso: verum est
testimonium meum. quia scio unde venio et quo vado. Vos autem nescitis
unde venio: aut quo vado. Vos secundum carnem iudicatis: ego non
iudico quicquam. Et si iudico ego
iudicium meum verum est. quia
solus non sum. sed ego et qui ~~me~~ misit
me pater. Et in lege vestra scriptum est:
quia duorum hominum testimonium verum
est. Ego sum qui testimonium perhibeo
de me ipso: et testimonium perhibet de
me qui misit me pater. Dicebant ergo
ei. Ubi est pater tuus? Respondit ihesus.
Neque me scitis: neque patrem meum. Si
me sciretis: forsitan et patrem meum
sciretis. Hec verba locutus est ihesus. in
gazophilatio: docens in templo. Et
nemo apprehendit eum: quia nondum
venerat hora eius. **Secreta.**

Oblationibus quesumus domine placare
susceptis. et ad te nostras etiam
rebelles compelle propitius voluntates. Per.

Tua nos quesumus domine sancta **Post communionem.**
purificent. et operatione sua tibi
placitos esse devotos. Per. **Super populum.**

Deus qui sperantibus in te misereri
potius eligis quam irasci. da nobis
digne flere mala que fecimus. ut

Itue consolationis gratiam inuenire ua
leamus. P. Dominica in passione domini.
Iudica me deus et discerne causam meam. V. Coll.

Quesumus omnipotens deus: familiam tuam propi
tius respice. ut te largiente rega
tur in corpore. et te seruante custodi
atur in mente. P. Ad hebreos.

Fratres. Christus assistens pontifex futu
rorum bonorum per amplius et perfectius
tabernaculum non manufactum id est non huius
creationis. Neque per sanguinem hircorum
aut uitulorum: sed per proprium sanguinem
introiuit semel in sancta: eterna redemp
tione inuenta. Si enim sanguis hir
corum et taurorum et cinis uitule aspersus
inquinatos sanctificat ad emunda
tionem carnis: quanto magis sanguis
christi qui per spiritum sanctum semet ipsum obtu
lit immaculatum deo emundabit con
scientiam nostram ab operibus mortuis ad
seruiendum deo uiuenti. Et ideo noui
testamenti mediator est. ut morte in
tercedente, in redemptionem earum preuaricationum que
erant sub priori testamento. repromissio
nem accipiant qui uocati sunt eterne
hereditatis. In christo ihesu domino nostro.

In illo tempore: Dicebat Secundum Iohannem.
ihesus turbis iudeorum: et principibus sacerdo
tum. Quis ex uobis arguet me de pec
cato. Si ueritatem dico: quare uos
non creditis michi. Qui est ex deo: uerba
dei audit. Propterea uos non auditis:
quia ex deo non estis. Responderunt
ergo iudei: et dixerunt ei. Nonne bene di
cimus nos quia samaritanus es
tu. et demonium habes. Respondit ihesus.
Ego demonium non habeo: sed honorifi
co patrem meum et uos inhonorastis
me. Ego autem non quero gloriam meam:
est qui querat et iudicet. Amen amen
dico uobis: si quis sermonem meum ser
uauerit. mortem non gustabit in eter
num. Dixerunt ergo iudei. Nunc cog
nouimus quia demonium habes. Abraham
mortuus est et prophete: et tu dicis si quis
sermonem meum seruauerit mortem
non gustabit in eternum: Numquid tu ma
ior es patre nostro abraham qui mortu
us est. Et prophete mortui sunt. Quem
teipsum facis. Respondit ihesus. Si ego
glorifico meipsum: gloria mea nichil est. Est
pater meus qui glorificat me. quem uos
dicitis quia deus uester est. et non cognouistis
eum. Ego autem noui eum. Et si dixero
quia non noui eum: ero similis uobis
mendax. Sed scio eum: et sermonem eius
seruo. Abraham pater uester exultauit ut
uideret diem meum: uidit et gauisus
est. Dixerunt ergo iudei ad eum. Quinqua
ginta annos nondum habes. et abraham
uidisti. Dixit eis ihesus. Amen amen dico uo
bis: antequam abraham fieret ego sum.
Tulerunt ergo lapides: ut iacerent in
eum. Ihesus autem abscondit se: et exiuit
de templo. Secreta.

Hec munera domine quesumus et uincula
nostre prauitatis absoluant. et tue
nobis misericordie dona concilient. P. Per. Com.
Iniquitatem meam ego cognosco.

Adesto nobis domine deus noster: et quos
tuis misteriis recreasti. perpetuis de
fende presidiis. P. dominum. Feria II.
Miserere mihi domine. P. Conculcauerunt. Coll.

Sanctifica quesumus domine nostra ieiunia:
et cunctarum nobis propitius indul
gentiam largire culparum. P. Lectio Ione
prophete.

In diebus illis: Factum
est uerbum domini ad ionam prophetam se
cundo dicens. Surge uade ad niniuen
ciuitatem magnam: et predica in ea predi
cationem quam ego loquar ad te. Et
surrexit ionas: et abiit in niniuen iu
xta uerbum domini. Et niniue erat
ciuitas magna: itinere dierum trium.
Et cepit ionas introire in ciuitatem
itinere diei unius: et clamauit et
dixit. Adhuc quadraginta dies: et ni

niue subuerteretur. Et crediderunt uiri niniuite in domino: et predicauerunt ieiunium. et uestiti sunt saccis. a maiore usque ad minorem. Et peruenit uerbum ad regem niniue: et surrexit de solio suo et abiecit uestimentum suum a se. et indutus est sacco et sedit in cinere et clamauit et dixit. In niniue ex ore regis: et principum eius dicens. Homines et iumenta et boues et pecora non gustent quicquam non pascantur: et aquam non bibant. Et operiantur saccis homines et iumenta et clament ad dominum in fortitudine. Et conuertatur uir a uia sua mala: et ab iniquitate que est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur et ignoscat deus. et reuertatur a furore ire sue et non peribimus. Et uidit deus opera eorum: quia conuersi sunt de uia sua mala. Et misertus est populo suo: dominus deus noster. Sec. Iohan.

In illo tempore: Miserunt principes et pharisei ministros: ut apprehenderent ihesum. Dixit ergo eis ihesus. Adhuc modicum tempus uobiscum sum: et uado ad eum qui misit me. Queretis me et non inuenietis: et ubi sum ego uos non potestis uenire. Dixerunt ergo iudei ad semet ipsos. Quo hic iturus est quia non inueniemus eum: Numquid in dispersionem gentium iturus est. et docturus gentes. Quis est hic sermo quem dixit queretis me et non inuenietis. et ubi sum ego uos non potestis uenire. In nouissimo autem die magno festiuitatis: stabat ihesus et clamabat dicens. Si quis sitit ueniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura: flumina de uentre eius fluent aque uiue. Hoc autem dixit: de spiritu quem accepturi erant: credentes in eum.

Concede nobis domine deus: ut hec Secr. hostia salutaris et nostrorum fiat purgatio delictorum. et tue propitiatio maiestatis. Per. Sacramenti tui quesumus domine participatio salutaris et purificationem P. comm. nobis prebeat et medelam. Per. Sup. popl. Da quesumus domine populo tuo salutem mentis et corporis: ut bonis operibus inherendo tua semper mereatur protectione defendi. Per.

Expecta dominum uiriliter. Fer. iii. Coll.

Hostia tibi domine quesumus sint accepta ieiunia. que nos et expiando gratia tua dignos efficiant. et ad remedia perducant eterna. Per. Lc. daniel. proph.

In diebus illis: Congregati sunt babilonii ad regem: et dixerunt ei. Trade nobis danielem: qui bel destruxit. et draconem interfecit. Alioquin: interficiemus te et domum tuam. Vidit ergo rex quod irruerent in eum uehementer: et necessitate compulsus tradidit eis danielem. Qui miserunt eum in lacum leonum: et erat ibi sex diebus. Porro in lacu erant leones septem: et dabantur eis cotidie duo corpora et due oues. Et tunc non date sunt eis: ut deuorarent danielem. Erat autem abacuc propheta in iudea: et ipse coxerat pulmentum et intriuerat panes in alueolo. et ibat in campum ut ferret messoribus. Dixitque angelus domini ad abacuc. Fer prandium quod habes in babilonem danieli: qui est in lacu leonum. Et dixit abacuc. Domine babilonem non uidi: et lacum nescio. Et apprehendit eum angelus domini in uerticem eius: et portauit illum capillo capitis sui posuitque in babilone super lacum in impetu spiritus sui. Et clamauit abacuc dicens. Daniel serue dei: tolle prandium quod misit tibi deus. Et ait daniel. Recordatus enim es mei domine deus meus: et non dereliquisti diligentes te. Surgens

quod daniel comedit. Porro angelus domini restituit abacuc confestim in locum suum. Venit ergo rex die septimo: ut lugeret danielem. Et venit ad lacum et introspexit: et ecce daniel sedens in medio leonum. Et clamavit rex voce magna dicens. Magnus es domine deus danielis. Et extraxit eum de lacu. Illos autem qui perditionis eius causa fuerant. intromisit in lacum: et devorati sunt in momento coram eo. Tunc rex ait. Paveant habitantes in universa terra deum danielis: quia ipse est liberator et salvator. faciens signa et mirabilia in celo et in terra. Qui liberavit danielem: de lacu leonum.

In illo tempore: Ambulabat **Secundum Iohannem.** ihesus in galileam. Non enim volebat in iudeam ambulare: quia querebant eum iudei interficere. Erat autem in proximo dies festus iudeorum: scenophegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius. Transi hinc et vade in iudeam: ut et discipuli tui videant opera tua que facis. Nemo quippe in occulto quicquam facit: et querit ipse in palam esse. Si hec facis: manifesta teipsum mundo. Neque enim fratres eius: credebant in eum. Dicit ergo eis ihesus. Tempus meum nondum advenit: tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse vos: me autem odit quia testimonium perhibeo de illo quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc: ego non ascendo ad diem festum istum. quia tempus meum nondum impletum est. Hec cum dixisset: ipse mansit in galileam. Ut autem ascenderunt fratres eius: tunc et ipse ascendit ad diem festum. non manifeste. sed quasi in occulto. Iudei ergo querebant eum in die festo: et dicebant. Ubi est ille? Et murmur multus de eo erat in turba. Quidam enim dicebant quia bonus est: alii autem non. sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo: propter metum iudeorum.

Hostias tibi domine deferimus **Secreta.** immolandas. que temporali consolatione nos letificent. ut promissa certius speremus eterna. Per dominum. **Post communionem.**

Da quesumus omnipotens deus: ut que divina sunt iugiter exequentes donis mereamur celestibus propinquare. Per dominum. **Super populum.**

Da nobis domine quesumus perseverantem in tua voluntate famulatum. ut in diebus nostris et merito et numero populus tibi serviens augeatur. Per dominum. **Feria IIII.**

Liberator meus de gentibus. **Psalmus** Diligam te. **Collecta.**

Sanctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fidelium miserator illustra. et quibus devotionis prestas affectum. prebe supplicantibus pium benignus auditum. Per.

In diebus illis: Locutus **Lectio libri levitici.** est dominus ad moysen dicens. Ego dominus deus vester. Non facietis furtum. non mentiemini. nec decipiet unusquisque proximum suum. Non periurabis in nomine meo: nec pollues nomen dei tui. Ego dominus. Non facies calumpniam proximo tuo: nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercennarii tui apud te: usque mane. Non maledices surdo: nec coram ceco pones offendiculum. sed timebis dominum deum tuum. quia ego sum dominus. Non facies quod iniq[uum] est. nec iniuste iudicabis. Non consideres personam pauperis: nec honores vultum potentis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris criminator: nec susurro in populis. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ego dominus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publice argue eum. ne habeas super illo peccatum. Non queres ultionem: nec memor eris iniurie civium tuorum. Diliges proximum tuum: sicut teipsum. Ego dominus: leges meas custodite. Ego enim sum: dominus

deus uester. Sec. Iohannem.

In illo tempore: Facta sunt encenia in Ierosolimis: et hyemps erat. Et ambulabat Ihesus in templo: in porticu Salomonis. Circumdederunt ergo eum iudei: et dixerunt ei. Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus: dic nobis palam. Respondit eis Ihesus. Loquor uobis: et non creditis. Opera que ego facio in nomine patris mei: hec testimonium perhibent de me. Sed uos non creditis: quia non estis ex ouibus meis. Oues mee uocem meam audiunt: et ego agnosco eas et sequuntur me. Et ego uitam eternam do eis. Et non peribunt in eternum: et non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit michi maius omnibus est: et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pater unum sumus. Sustulerunt lapides iudei: ut lapidarent eum. Respondit eis Ihesus. Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis? Responderunt ei iudei. De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia. Et quia tu homo cum sis: facis teipsum deum. Respondit eis Ihesus. Nonne scriptum est in lege uestra. quia ego dixi dii estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est: et non potest solui scriptura quem pater sanctificauit et misit in mundum. uos dicitis quia blasphemas. quia dixi filius dei sum? Si non facio opera patris mei: nolite credere michi. Si autem facio et si michi non uultis credere: operibus credite. Ut cognoscatis et credatis: quia in me est pater: et ego in patre.

Secreta.

Annue misericors deus: ut hostias placationis et laudis. sincero tibi deferamus obsequio. Per. Postcommunio.

Celestis doni benedictione percepta supplices te deus omnipotens deprecamur: ut hoc idem nobis et sacramenti causa sit et salutis. Per.

Super populum.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: et quibus fiduciam sperande pietatis indulges. consuete misericordie tribue benignus effectum. Per.

Omnia que fecisti. Ps. Magnus dominus. Feria iiii. Coll.

Presta quesumus omnipotens deus: ut dignitas conditionis humane per inmoderantiam sauciata. medicinalis parsimonie studio reformetur. Per.

Lc. Danielis prophete.

In diebus illis: Orauit daniel dicens. Domine deus ne despicias populum tuum: neque auferas misericordiam tuam a nobis propter abraham dilectum tuum et ysaac seruum tuum. et israhel sanctum tuum. quibus locutus es pollicens quod multiplicares semen eorum sicut stellas celi. et sicut arenam que est in litore maris. Quia domine imminuti sumus plusquam omnes gentes. sumusque humiles in uniuersa terra hodie propter peccata nostra: et non est in tempore hoc princeps et propheta et dux. neque holocaustum neque sacrificium neque oblatio neque incensum. neque locus primitiarum coram te: ut possimus inuenire misericordiam. Sed in animo contrito et spiritu humilitatis suscipiamur: sicut in holocaustum arietum et taurorum et sicut in milibus agnorum pinguium sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie ut placeat tibi. quoniam non est confusio confidentibus in te. Et nunc sequimur in toto corde et timemus te: et querimus faciem tuam ne confundas nos. Sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam. et secundum multitudinem misericordie tue. Et erue nos in mirabilibus tuis: et da gloriam nomini tuo domine et confundantur omnes qui

ostendunt seruis tuis mala. Confun
dantur in omni potentia: et robur eorum
conteratur. Sciant quia tu es dominus
deus solus et gloriosus super omnem terram:
Domine deus noster. Secundum lucam.
In illo tempore. Rogabat ihesum quidam phari
seus: ut manducaret cum illo. Et in
gressus domum pharisei: discubuit.
Et ecce mulier que erat in ciuitate
peccatrix: ut cognouit quod accubuisset
in domo pharisei: attulit alabastrum
unguenti. Et stans retro secus pedes
eius: lacrimis cepit rigare pedes eius.
et capillis capitis sui tergebat et oscu
labatur pedes eius et unguento un
gebat. Videns autem phariseus qui
uocauerat eum: ait intra se. Hic si
esset propheta: sciret utique que et qualis est
mulier que tangit eum. quia peccatrix
est. Et respondens ihesus: dixit ad illum.
Symon: habeo tibi aliquid dicere. At ille ait.
Magister dic. Et respondens ihesus: dixit.
Duo debitores erant cuidam feneratori:
unus debebat denarios quingentos et alius
quinquaginta. Non habentibus illis unde
redderent: donauit utrisque. Quis ergo
eum plus diligit. Respondens symon
dixit. Estimo: quia is cui plus dona
uit. At ille dixit. Recte iudicasti. Et
conuersus ad mulierem: dixit symoni.
Vides hanc mulierem. Intraui in do
mum tuam: aquam pedibus meis non de
disti. Hec autem lacrimis suis rigauit
pedes meos: et capillis suis tersit. Os
culum mihi non dedisti: hec autem ex quo in
trauit. non cessauit osculari pedes me
os. Oleo caput meum non unxisti: hec
autem unguento unxit pedes meos. Propter
quod dico tibi: remittuntur ei peccata multa
quoniam dilexit multum. Cui autem minus
dimittitur: minus diligit. Dixit autem
ad illam ihesus. Remittuntur tibi peccata.
Et ceperunt qui simul discumbebant:

dicere intra se. Quis est hic qui etiam
peccata dimittit: Dixit autem ad mulierem.
Fides tua te saluam fecit: uade in pace.
Domine deus noster qui in his Secreta.
potius creaturis quas ad fragilita
tis nostre subsidium condidisti. tuo quoque
nomini munera iussisti dicanda con
stitui. tribue quesumus: ut et uite nobis pre
sentis auxilium. et eternitatis efficiant
sacramentum. Per. Post communionem.
Quod ore sumpsimus domine mente capi
amus. et de munere temporali fiat
nobis remedium sempiternum. Per. Super populum.
Esto domine propitius plebi tue:
ut que tibi non placent respuentes
tuorum potius repleantur delectationibus
mandatorum. Per dominum. Feria VI.
Misericordiam tuam domine. Ps. In te domine speraui. Coll.
Cordibus nostris domine gratiam tuam
benignus infunde: ut peccata nostra
castigatione uoluntaria cohibentes.
temporaliter potius maceremur: quam sup
pliciis deputemur eternis. Per. Lectio Jere
mie prophete.
In diebus illis: Dixit ieremias.
Domine: omnes qui te derelinquunt con
fundentur. Recedentes a te in terra scri
bentur: quoniam dereliquerunt uenam a
quarum uiuentium dominum. Sana me
domine et sanabor: saluum me fac et
saluus ero quoniam laus mea tu es. Ecce
ipsi dicunt ad me. Vbi est uerbum domini:
ueniat. Et ego non sum turbatus te
pastorem sequens: et diem hominis
non desideraui tu scis. Quod egressum est
de labiis meis: rectum in conspectu
tuo fuit. Non sis mihi tu formidini:
spes mea tu in die afflictionis. Confun
dantur qui me persequuntur: et non con
fundar ego. Paueant illi: et non pauea(m)
ego. Induc super eos diem afflictionis:
et duplici contritione contere eos: do
mine deus noster. Secundum Johannem.
In illo tempore: Collegerunt pontifices

et pharisei concilium: et dicebant. Quid
facimus quia hic homo multa signa
facit. Si dimittimus eum sic: omnes cre-
dent in eum. Et venient romani: et
tollent nostrum locum et gentem. Unus autem
ex ipsis chaiphas nomine cum esset pon-
tifex anni illius: dixit eis. Vos nesci-
tis quicquam nec cogitatis: quia expedit
vobis ut unus moriatur homo pro populo.
et non tota gens pereat. Hoc autem a semet-
ipso non dixit: sed cum esset pontifex
anni illius prophetavit: quia ihesus moritu-
rus erat pro gente. Et non tantum pro
gente: sed ut filios dei qui erant dis-
persi congregaret in unum. Ab illo ergo
die: cogitaverunt ut interficerent eum.
Ihesus ergo iam non in palam ambulabat
apud iudeos: sed abiit in regionem iuxta
desertum. in civitatem que dicitur effrem.
Et ibi morabatur: cum discipulis suis.

Presta nobis misericors deus: ut Secreta.
digne tuis servire altaribus semper
mereamur. et eorum perpetua participati-
one salvari. Per dominum. Post communionem.

Sumpti sacrificii domine perpetua
nos tuitio non derelinquat. et noxia
semper a nobis cuncta depellat. Per. Super populum.

Concede quesumus omnipotens deus: ut qui protecti-
onis tue gratiam querimus. libera-
ti a malis omnibus secura tibi mente ser-
viamus. Per dominum. Sabbato

Liberator meus de gentibus. Collecta.

Proficiat quesumus domine plebs tibi di-
cata pie devotionis affectu: ut
sacris actionibus erudita. quanto ma-
iestati tue fit gratior. tanto donis
potioribus augeatur. Per. Lectio Jeremie prophete.

In diebus illis: Dixerunt impii
iudei ad invicem. Venite cogitemus
contra iustum cogitationes. Non enim
peribit lex a sacerdote. neque consilium
a sapiente: nec sermo a propheta. Venite
percutiamus eum lingua: et non attendamus
ad universos sermones eius. Attende do-
mine ad me: et audi vocem adversariorum
meorum. Numquid redditur pro bono ma-
lum. quia foderunt foveam anime mee.
Recordare quod steterim in conspectu tuo:
ut loquerer pro eis bonum et averterem
indignationem tuam ab eis. Propterea da
filios eorum in famem: et deduc eos in
manus gladii. Fiant uxores eorum absque
liberis et vidue: et viri earum interfici-
antur morte. Iuvenes eorum confodian-
tur gladio in prelio: audiatur clamor
de domibus eorum. Adduces enim super eos
latronem repente: quia foderunt fo-
veam ut caperent me. et laqueos ab-
sconderunt pedibus meis. Tu autem domine
scis omne consilium eorum adversum
me in mortem. Ne propitieris iniquitati
eorum: et peccatum eorum a facie tua non de-
leatur: Fiant corruentes in conspectu
tuo: in tempore furoris tui: domine deus
noster. Secundum Johannem.

In illo tempore: Dixit ihesus turbis iudeorum. Amen
amen dico vobis: nisi manducaveritis car-
nem filii hominis et biberitis eius san-
guinem: non habebitis vitam in vobis.
Qui manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem: habet vitam eter-
nam. Et ego resuscitabo eum in no-
vissimo die. Caro enim mea vere est
cibus: et sanguis meus vere est potus. Qui
manducat meam carnem et bibit
meum sanguinem: in me manet
et ego in illo. Sicut misit me vivens
pater: et ego vivo propter patrem. Et qui
manducat me: et ipse vivet propter me.
Hic est panis qui de celo descendit. Non
sicut manducaverunt patres vestri man-
na in deserto: et mortui sunt. Qui man-
ducat hunc panem: vivet in eternum.
Hec dixit in synagoga: docens in caphar-

·Joh. xvii.·
Sublevatis ihesus oculis ... R. In vigilia ascensionis

naum. Multi ergo audientes ex discipulis eius: dixerunt. Durus est hic sermo. Quis potest eum audire? Sciens autem ihesus apud semet ipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius: dixit eis. Hoc vos scandalizat. Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius: spiritus est qui vivificat caro non prodest quicquam. Verba que ego locutus sum vobis: spiritus et vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis: qui non credunt. Sciebat enim ab initio ihesus qui essent credentes: et quis traditurus esset eum. Et dicebat. Propterea dixi vobis quia nemo potest ad me venire: nisi fuerit ei datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro: et iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo ihesus ad duodecim. Numquid et vos vultis abire? Respondit ei symon petrus. Domine: ad quem ibimus? Verba vite eterne habes. Et nos cognovimus et credimus: quia tu es christus filius dei. Respondit ei ihesus. Nonne ego vos duodecim elegi. et unus ex vobis diabolus est? Dicebat autem de iuda symonis scariothis. Hic enim erat traditurus eum: cum esset unus ex duodecim. **Secreta.**

A cunctis nos quesumus domine reatibus et periculis propitiatus absolve: quos tantis mysteriis tribuis esse participes. Per.

Divini muneris largitate **Ps. Gust.** satiati quesumus domine deus noster: ut huius semper participatione vivamus. Per.

Tueatur quesumus domine dextera **Sup. popl.** tua populum deprecantem. et purificatum dignanter erudiat, ut consolatione presenti ad futura bona proficiat. Per. **De ramis palmarum benedictio.**

Deus cuius filius pro salute humani **Flor. Lpat.** generis de celo ad terras descendit et appropinquante hora passionis sue iherosolimam in asino venire. et a turbis rex appellari ac laudari voluit. benedicere dignare hos palmarum ceterarumque frondium ramos. ut omnes qui eos laturi sunt. ita benedictionis tue dono repleantur: quatinus et in hoc seculo hostis antiqui temptamenta superare. et in futuro cum palma victorie et fructu bonorum operum tibi valeant apparere. Per eundem. **Alia benedictio.**

Benedic domine hos quos creare dignatus es arborum frondes. ut sicut pueri hebreorum cum ramis et palmis exierunt obviam filio tuo domino nostro ihesu christo. osanna benedictus qui venit in nomine domini clamantes. ita nos eidem domino nostro ihesu christo occurrere obviam valeamus gaudentes. Per eundem. **Oratio.**

Deus qui dispersa congregas et congregata conservas. qui populis obviam ihesu ramos portantibus benedixisti. benedic etiam hos ramos palme et olive. sive arborum quos tui famuli ad nomen tui benedictionem deferunt. ut in quecumque locum introducti fuerint tua benedictionem consequantur. ut omni adversa valitudine depulsa. dextera tua protegat quos redemit. Per eundem. **Introitus**

Domine ne longe facias. **Missa.** **Coll.**

Omnipotens sempiterne deus. qui humano generi ad imitandum humilitatis exemplum. salvatorem nostrum carnem sumere et crucem subire fecisti. concede propitius: ut et patientie ipsius habere documenta. et resurrectionis consortia mereamur. Per dominum. **Ad philippenses.**

Fratres: Hoc sentite in vobis: quod et in christo ihesu. Qui cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se equalem deo: sed semetipsum exinanivit formam servi accipiens. In similitudinem hominum factus: et habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod et deus illum exaltavit. et donavit illi nomen quod est

super omne nomen: ut in nomine ihu omne
genu flectatur celestium terrestrium et
infernorum. Et omnis lingua confiteatur:
quia dominus ihs xps in gloria est dei patris.
Dominus vobiscum. Passio domini nostri
ihu xpi secundum matheum. In illo tempore.
Dixit ihs discipulis suis. Scitis quia post
biduum pascha fiet. et filius hominis
tradetur ut crucifigatur. Tunc congre
gati sunt principes sacerdotum et seniores
populi in atrium principis sacerdotum qui
dicebatur cayphas: et consilium fecerunt
ut ihm dolo tenerent et occiderent. Di
cebant autem. Non in die festo. ne forte
tumultus fieret in populo. Cum autem
esset ihs in bethania in domo symonis
leprosi: accessit ad eum mulier habens
alabastrum unguenti preciosi. et effu
dit super caput ipsius recumbentis. Vi
dentes autem discipuli: indignati sunt dicen
tes. Utquid perditio hec? potuit enim istud
venundari multo. et dari pauperibus. Sciens
autem ihs: ait illis. Quid molesti estis
huic mulieri? Opus bonum operata est
in me. Nam semper pauperes habetis vobis
cum: me autem non semper habebitis.
Mittens enim hec unguentum hoc in
corpus meum: ad sepeliendum me fecit.
Amen dico vobis: ubicumque predicatum fuerit
evangelium hoc: in toto mundo dicetur.
et quod hec fecit in memoriam eius. Tunc
abiit unus de duodecim qui dicitur
iudas scarioth ad principes sacerdotum:
et ait illis. Quid vultis michi dare et ego
vobis eum tradam? At illi constitue
runt ei triginta argenteos. Et ex
inde querebat opportunitatem: ut eum
traderet. Prima autem die azimorum: acces
serunt ad ihm discipuli dicentes. Ubi
vis paremus tibi comedere pascha? At
ihs dixit. Ite in civitatem ad quendam:
et dicite ei. Magister dicit. Tempus meum
prope est: apud te facio pascha cum discipu
lis meis. Et fecerunt discipuli sicut consti
tuit illis ihs: et paraverunt pascha. Ves
pere autem facto: discumbebat cum duodecim
discipulis suis. Et edentibus illis dixit. Amen
dico vobis: quia unus vestrum me traditu
rus est. Et contristati valde: ceperunt
singuli dicere. Numquid ego sum domine?
At ille respondens ait. Qui intingit me
cum manum in parapside: hic me tra
det. Filius quidem hominis vadit: sicut
scriptum est de illo. Ve autem homini illi:
per quem filius hominis tradetur. Bonum
erat ei: si natus non fuisset homo ille. Res
pondens autem iudas qui tradidit eum:
dixit. Numquid ego sum rabbi? Ait illi.
Tu dixisti. Cenantibus autem eis: acce
pit ihs panem et benedixit ac fregit.
deditque discipulis suis et ait. Accipite
et comedite: hoc est corpus meum. Et acci
piens calicem: gratias egit et dedit illis
dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim
sanguis meus novi testamenti: qui pro
multis effundetur in remissionem peccatorum.
Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc ge
nimine vitis usque in diem illum. cum
illud bibam vobiscum novum in reg
no patris mei. Et hymno dicto: exi
erunt in montem oliveti. Tunc dic
it illis ihs. Omnes vos scandalum patie
mini in me: in ista nocte. Scriptum est
enim. Percutiam pastorem: et dispergen
tur oves gregis. Postquam autem resurrexe
ro: precedam vos in galileam. Respon
dens autem petrus: ait illi. Et si omnes
scandalizati fuerint in te: ego num
quam scandalizabor. Ait illi ihs. Amen
dico tibi: quia in hac nocte antequam
gallus cantet: ter me negabis. Ait
illi petrus. Etiam si oportuerit me

mori tecum: non te negabo. Similiter et omnes
discipuli dixerunt. Tunc venit ihesus cum
illis in villam que dicitur gethsemani:
et dixit discipulis suis. Sedete hic: donec
vadam illuc et orem. Et assumpto petro
et duobus filiis zebedei: cepit contristari
et mestus esse. Tunc ait illis. Tristis est
anima mea: usque ad mortem. Susti
nete hic: et vigilate mecum. Et progres
sus pusillum procidit in faciem suam.
orans et dicens. Mi pater: si possibi
le est: transeat a me calix iste. Veru
tamen non sicut ego volo: sed sicut tu. Et
venit ad discipulos suos: et invenit
eos dormientes. Et dicit petro. sic Non
potuistis una hora vigilare mecum?
Vigilate et orate: ut non intretis in tem
tationem. Spiritus quidem promptus est: ca
ro autem infirma. Iterum secundo abiit:
et oravit dicens. Pater mi: si non potest
hic calix transire nisi bibam illum: fiat
voluntas tua. Et venit iterum: et inve
nit eos dormientes. Erant enim oculi
eorum gravati. Et relictis illis: iterum abi
it et oravit tertio eundem sermonem
dicens. Tunc venit ad discipulos suos:
et dicit illis. Dormite iam et requiesci
te. Ecce appropinquabit hora: et filius ho
minis tradetur in manus peccatorum.
Surgite eamus: ecce appropinquabit
qui me tradet. Adhuc ipso loquente:
ecce iudas unus de duodecim venit.
et cum eo turba multa cum gladiis et fu
stibus missi a principibus sacerdotum et se
nioribus populi. Qui autem tradidit eum:
dedit illis signum dicens. Quemcumque
osculatus fuero: ipse est tenete eum. Et
confestim accedens ad ihesum: dixit. Ave
rabbi. Et osculatus est eum. Dixitque
illi ihesus. Amice: ad quod venisti? Tunc ac
cesserunt et manus iniecerunt in ihesum:
et tenuerunt eum. Et ecce unus ex
his qui erant cum ihesu extendens ma
num exemit gladium suum: et percussit
servum principis sacerdotum. et amputa
vit auriculam eius. Tunc ait illi ihesus.
Converte gladium tuum in locum suum.
Omnes enim qui acceperint gladium:
gladio peribunt. An putas quia non possum
rogare patrem meum. et exhibebit mihi
modo plusquam duodecim legiones angelorum?
Quomodo ergo implebuntur scripture?
Quia sic oportet fieri. In illa hora: dixit
ihesus turbis. Tanquam ad latronem existis
cum gladiis et fustibus comprehendere me.
Cotidie apud vos sedebam docens in tem
plo: et non me tenuistis. Hoc autem totum
factum est: ut adimplerentur scripture
prophetarum. Tunc discipuli omnes: relicto eo
fugerunt. At illi tenentes ihesum: duxe
runt ad caypham principem sacerdotum.
ubi scribe et seniores convenerant. Petrus
autem sequebatur eum a longe: usque in
atrium principis sacerdotum. Et ingres
sus intro sedebat cum ministris: ut
videret finem. Principes autem sacerdotum
et omne concilium querebant falsum tes
timonium contra ihesum: ut eum morti
traderent. Et non invenerunt: cum multi
falsi testes accessissent. Novissime
autem venerunt duo falsi testes: et dixe
runt. Hic dixit. Possum destruere
templum dei. et post triduum reedifi
care illud. Et surgens princeps sacer
dotum: ait illi. Nichil respondes ad ea
que isti adversum te testificantur? Ihesus
autem tacebat. Et princeps sacerdotum ait
illi. Adiuro te per deum vivum. ut di
cas nobis si tu es christus filius dei. Dicit illi
ihesus. Tu dixisti. Verumtamen dico vobis:
amodo videbitis filium hominis sedentem
a dextris virtutis dei. et venientem
in nubibus celi. Tunc princeps sacerdotum
scidit vestimenta sua dicens. Blasphe
mavit. Quid adhuc egemus testibus?
Ecce nunc audistis blasphemiam. Quid

nobis uidetur? At illi clamantes dixerunt.
Reus est mortis. Tunc expuerunt in fa
ciem eius: et colaphis eum ceciderunt.
Alii autem palmas in faciem eius dederunt
dicentes. Prophetiza nobis christe. quis est qui
te percussit? Petrus uero sedebat foris in atrio.
Et accessit ad eum una ancilla dicens.
Et tu cum ihesu galileo eras. At ille ne
gauit coram omnibus dicens. Nescio quid
dicis. Exeunte autem illo ianuam: uidit
eum alia ancilla et ait his qui erant
ibi. Et hic erat cum ihesu nazareno. Et
iterum negauit cum iuramento: quia non no
ui hominem. Et post pusillum acces
serunt qui stabant et dixerunt petro.
Vere et tu ex illis es: nam et loquela tua
manifestum te facit. Tunc cepit de
testari et iurare: quia non nouisset ho
minem. Et continuo gallus cantauit.
Et recordatus est petrus uerbi ihesu: quod
dixerat: priusquam gallus cantet ter me
negabis. Et egressus foras: fleuit ama
re. Mane autem facto: consilium inie
runt omnes principes sacerdotum et senio
res populi: aduersus ihesum: ut eum morti tra
derent. Et uinctum adduxerunt eum:
et tradiderunt pontio pilato presidi. Tunc
uidens iudas qui eum tradidit quod dam
natus esset: penitentia ductus retulit
triginta argenteos principibus sacerdo
tum et senioribus dicens. Peccaui. tra
dens sanguinem iustum. At illi dixe
runt. Quid ad nos? Tu uideris. Et pro
iectis argenteis in templo: recessit. et
abiens laqueo se suspendit. Principes
autem sacerdotum acceptis argenteis dixe
runt. Non licet eos mittere in corba
nam: quia precium sanguinis est. Con
silio autem inito emerunt ex illis agrum
figuli: in sepulturam peregrinorum. Propter
hoc uocatus est ager ille acheldemach.
hoc est ager sanguinis usque in hodier

num diem. Tunc impletum est quod dic
tum est per ieremiam prophetam dicentem.
Et acceperunt triginta argenteos precium
appreciati quem appreciauerunt a filiis is
rael. et dederunt eos in agrum figuli sicut
constituit mihi dominus. Ihesus autem ste
tit ante presidem: et interrogauit eum preses
dicens. Tu es rex iudeorum? Dicit ei ihesus. Tu
dicis. Et cum accusaretur a principibus
sacerdotum et scribis: et senioribus: nichil
respondit. Tunc dicit illi pilatus. Non
audis quanta aduersum te dicunt testi
monia? Et non respondit ei ad ullum
uerbum: ita ut miraretur preses uehemen
ter. Per diem autem sollempnem: consue
uerat preses dimittere populo. unum uinctum
quem uoluissent. Habebat autem tunc u
num uinctum insignem: qui diceba
tur barrabas. Congregatis ergo illis: di
xit pylatus. Quem uultis dimittam uobis
barrabam: an ihesum qui dicitur christus. Sci
ebat enim: quod per inuidiam tradidisset
eum. Sedente autem eo pro tribunali:
misit ad illum uxor eius dicens. Nichil
tibi et iusto illi. Multa enim passa sum
hodie per uisum propter eum. Principes
autem sacerdotum et seniores persuaserunt
populis ut peterent barrabam: ihesum uero
perderent. Respondens autem preses: ait illis.
Quem uultis uobis de duobus dimitti?
At illi dixerunt. Barrabam. Dicit illis
pylatus. Quid igitur faciam de ihesu
qui dicitur christus? Dicunt omnes. Crucifi
gatur. Ait illis preses. Quid enim mali
fecit? At illi magis clamabant dicentes.
Crucifigatur. Videns autem pilatus quia
nichil proficeret. sed magis tumultus fieret:
accepta aqua lauit manus coram populo
dicens. Innocens ego sum a sanguine
iusti huius: uos uideritis. Et respondens
uniuersus populus dixit. Sanguis eius super
nos: et super filios nostros. Tunc dimisit

illis barrabam: ihesum autem flagellatum
tradidit eis ut crucifigeretur. Tunc mi
lites presidis suscipientes ihesum in pretorium:
congregaverunt ad eum universam co
hortem. Et exuentes eum: clamidem cocci
neam circumdederunt ei. Et plectentes
coronam de spinis: posuerunt super ca
put eius. et harundinem in dextera eius.
Et genu flexo ante eum: illudebant
ei dicentes. Ave rex iudeorum. Et expuen
tes in eum: acceperunt harundinem et per
cutiebant caput eius. Et postquam illu
serunt ei: exuerunt eum clamide. et in
duerunt eum vestimentis eius. et dux
erunt eum ut crucifigerent. Exeuntes
autem invenerunt hominem cyreneum.
nomine symonem. Hunc angaria
verunt ut tolleret crucem eius. Et
venerunt in locum qui dicitur golgo
tha: quod est calvarie locus. Et dederunt
ei vinum bibere cum felle mixtum.
Et cum gustasset: noluit bibere. Post
quam autem crucifixerunt eum: divi
serunt vestimenta eius sortem mittentes.
Et sedentes: servabant eum. Et impo
suerunt super caput eius causam ipsius scrip
tam: Hic est ihesus rex iudeorum. Tunc crucifixi
sunt cum eo duo latrones: unus a dex
tris et unus a sinistris. Pretereuntes
autem blasphemabant eum: moventes
capita sua et dicentes. Vah qui destru
it templum dei. et in triduo illud re
edificat: salva temet ipsum. Si filius
dei es: descende de cruce. Similiter et prin
cipes sacerdotum: illudentes eum cum scribis
et senioribus dicebant. Alios salvos fecit.
seipsum non potest salvum facere. Si rex
israel est: descendat nunc de cruce et cre
dimus ei. Confidit in deo: liberet nunc
eum si vult. Dixit enim. quia filius
dei sum. Idipsum autem et latrones qui
crucifixi erant cum eo improperabant ei.

A sexta autem hora tenebre facte sunt super
universam terram. usque in horam nonam.
Et circa horam nonam: clamavit ihesus
voce magna dicens. Heloy. heloy. la
mazabatani. hoc est. Deus meus. deus meus.
ut quid dereliquisti me. Quidam autem
illic stantes et audientes dicebant. Heli
am vocat iste. Et continuo currens
unus ex eis acceptam spongiam imple
vit aceto. et imposuit harundini. et da
bat ei bibere. Ceteri vero dicebant. Sine
videamus an veniat helyas liberans
eum. Ihesus autem iterum clamans voce
magna emisit spiritum. Et ecce velum tem
pli scissum est in duas partes: a summo
usque deorsum. Et terra mota est. et petre
scisse sunt. et monumenta aperta sunt. et
multa corpora sanctorum qui dormierant sur
rexerunt. Et exeuntes de monumentis:
post resurrectionem eius venerunt in san
ctam civitatem et apparuerunt multis.
Centurio autem et qui cum eo erant custo
dientes ihesum: viso terre motu et his que
fiebant. timuerunt valde dicentes. Vere
filius dei erat iste. Erant autem ibi mulie
res multe a longe que secute erant ihesum
a galilea: ministrantes ei. Inter quas
erat maria magdalene. et maria iaco
bi et ioseph mater. et mater filiorum ze
bedei. Cum autem sero factum esset. venit
quidam homo dives ab arimathia no
mine ioseph: qui et ipse discipulus erat
ihesu. Hic accessit ad pylatum: et peciit
corpus ihesu. Et accepto corpore ioseph: in
volvit illud in syndone munda. et po
suit illud in monumento suo novo quod
exciderat in petra. Et advolvit saxum
magnum: ad hostium monumenti et
abiit. Erat autem ibi maria magdalene
et altera maria: sedentes contra sepul
chrum. ✠ Altera autem die que
est post parasceuen: convenerunt prin

cipes sacerdotum et pharisei ad pylatum dicentes. Domine: recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc vivens. post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum usque in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius et furentur eum et dicant plebi surrexit a mortuis. Et erit novissimus error peior priore. Ait illis pylatus. Habetis custodiam: ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes: munierunt sepulchrum. signantes lapidem: cum custodibus.

Concede quesumus domine ut oculis tue maiestatis munus oblatum et gratiam nobis devotionis obtineat. et effectum beate perhempnitatis adquirat. Per.

Per huius domine operationem misterii et vitia nostra purgentur. et iusta desideria compleantur. Per. Fer. ii.

Iudica domine nocentes me. Ps. Effunde.

Da quesumus omnipotens deus: ut qui in tot adversis ex nostra infirmitate deficimus. intercedente unigeniti tui passione respiremus. Per. Lec. Ysaye prophete.

In diebus illis: Dixit ysaias. Dominus deus aperuit michi aurem: ego autem non contradico: retrorsum non abii. Corpus meum dedi percutientibus: et genas meas vellentibus. faciem meam non averti: ab increpantibus et conspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus: et ideo non sum confusus. Ideo posui faciem meam ut petram durissimam: et scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me. Quis contradicet michi? stemus simul. Quis est adversarius meus? Accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus. Quis est qui condempnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conteruntur: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dominum. audiens vocem servi sui? Quis ambulavit in tenebris. et non est lumen ei. Speret in nomine domini: et innitatur super dominum deum suum.

In illo tempore: Ante sex. Secundum Iohannem.

dies pasche venit ihesus bethaniam ubi fuerat lazarus mortuus quem suscitavit. Fecerunt autem ei cenam ibi: et martha ministrabat. Lazarus vero unus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici preciosi: et unxit pedes ihesu. et extersit capillis suis pedes eius. et domus impleta est ex odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis eius: iudas scarioth. qui erat eum traditurus. Quare hoc unguentum non venijt trecentis denarijs. et datum est egenis? Dixit autem hoc. non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat. et loculos habens ea que mittebantur portabat. Dixit ergo ihesus. Sine illam: ut in die sepulture mee servet illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habebitis. Cognovit turba multa ex iudeis quia illic est: et venerunt non propter ihesum tantum. sed ut lazarum viderent quem suscitavit a mortuis. Cogitaverunt autem principes sacerdotum ut et lazarum interficerent. quia multi propter illum abibant ex iudeis: et credebant in ihesum. In crastinum autem turba multa que venerat ad diem festum: cum audissent quia venit ihesus ierosolimam. acceperunt ramos palmarum. et processerunt obviam ei et clamabant: Osanna benedictus qui venit in nomine domini rex israel. Et invenit ihesus asellum: et sedit super eum sicut scriptum est. Noli timere filia syon: ecce rex tuus venit tibi sedens super pullum asine. Hec non cognoverunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est ihesus. Tunc recordati sunt quia hec

erant scripta de eo: et hec fecerunt ei. Tes
timonium ergo perhibebat turba que e
rat cum eo. quando lazarum uocauit
de monumento: et suscitauit eum a mor
tuis. Propterea obuiam uenit ei turba:
quia audierant eum fecisse hoc sig
num. Pharisei ergo: dixerunt ad se
met ipsos. Videtis quia nichil proficimus?
Ecce mundus totus: post eum abiit. Erant
autem gentiles quidam ex hiis qui as
cenderant: ut adorarent in die festo.
Hii ergo accesserunt ad philipum qui
erat de bethsaida galilee. et rogabant
eum dicentes. Domine: uolumus ihesum
uidere. Venit philipus: et dicit andree.
Andreas rursum et philipus: dixerunt
ihesu. Ihesus autem: respondit eis dicens. Ve
nit hora: ut clarificetur filius hominis.
Amen amen dico uobis: nisi granum frumenti
cadens in terra mortuum fuerit: ipsum
solum manet. Si autem mortuum fue
rit: multum fructum affert. Qui a
mat animam suam: perdet eam. Et qui
odit animam suam in hoc mundo: in
uitam eternam custodit eam. Si quis
michi ministrat: me sequatur. Et ubi
sum ego: illic et minister meus erit. Si
quis michi ministrauerit: honorifi
cabit eum pater meus. Nunc anima mea
turbata est. Et quid dicam? Pater:
saluifica me ex hac hora. Sed propterea ue
ni in horam hanc. Pater: clarifica
nomen tuum. Venit ergo: uox de celo
dicens. Et clarificaui: et iterum clari
ficabo. Turba ergo que stabat et au
dierat: dicebat tonitruum factum esse. A
lii dicebant: angelus ei locutus est. Res
pondit ihesus et dixit. Non propter me uox
hec uenit: sed propter uos. Nunc iudicium
est mundi: nunc princeps mundi huius
eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero
a terra: omnia traham ad me ipsum. Hoc
autem dicebat: significans qua morte
esset moriturus. Respondit ei turba. Nos
audiuimus ex lege: quia christus manet
in eternum. Et quomodo tu dicis oportet ex
altari filium hominis? Quis est iste
filius hominis? Dixit ergo ihesus. Adhuc
modicum lumen in uobis est. Ambulate
dum lucem habetis: ut non tenebre uos
comprehendant. Et qui ambulat in te
nebris: nescit quo uadat. Dum lucem
habetis credite in lucem: ut filii lucis
sitis. Hec locutus est ihesus et abiit: et ab
scondit se ab eis. **Secretum.**

Hec sacrificia nos omnipotens deus potenti
uirtute mundatos. ad suum faciant
puriores uenire principium. Per. **Postcommunio.**

Percepit nobis domine diuinum
tua sancta feruorem. quo eorum pa
riter et actu delectemur et fructu. Per. **Super
populum.**

Adiuua nos deus salutaris
noster: et ad beneficia recolenda quibus
nos instaurare dignatus es tribue
uenire gaudentes. Per. **Feria iii.**

Nos autem gloriari oportet. Psalmus. Deus misereatur. **Collecta.**

Omnipotens sempiterne deus. da nobis ita do
minice passionis sacramenta peragere. ut indulgentiam percipere mereamur. Per. **Lectio Ieremie prophete.**

In diebus illis: Dixit
Ieremias. Domine demonstrasti michi et
cognoui: tu ostendisti michi studia eorum. Et
ego quasi agnus qui portatur ad uictimam:
et non cognoui quia cogitauerunt super me
consilia dicentes. Mittamus lignum
in panem eius: et eradamus eum de terra
uiuentium. et nomen eius non memoretur
amplius. Tu autem domine sabaoth
qui iudicas iuste et probas renes. et cor
da: uideam ultionem tuam ex eis. Tibi
enim reuelaui causam meam: domine deus
meus. **Secundum Marchum.**

In illo tempore: Erat pascha et azima post bi
duum. Et querebant summi sacerdotes
et scribe: quomodo ihesum dolo tenerent et occide
rent. Dicebant enim. Non in die festo.
Ne forte tumultus fieret in populo. Et cum
esset bethanie in domo symonis leprosi: et
recumberet: venit mulier habens alaba
strum unguenti nardi spicati preciosi. et
fracto alabastro effudit super caput eius.
Erant autem quidam indigne ferentes in
tra semet ipsos: et dicentes. Utquid perditio
ista unguenti facta est? Poterat enim
istud unguentum venundari plusquam
trecentis denariis. et dari pauperibus. Et fre
mebant in eam. Ihesus autem dixit: Sini
te eam. Quid illi molesti estis. Bonum
opus operata est in me. Semper enim pauperes
habetis vobiscum: et cum volueritis po
testis illis benefacere. Me autem non semper
habebitis. Quod habuit hec fecit: prevenit
ungere corpus meum in sepulturam. Amen
dico vobis: ubicumque predicatum fuerit
evangelium istud in universo mundo:
et quod hec fecit narrabitur in memoriam
eius. Et iudas scarioches unus ex duo
decim: abiit ad summos sacerdotes, ut
proderet eum illis. Qui audientes ga
visi sunt: et promiserunt ei pecuniam se
daturos. Et querebat: quomodo illum oppor
tune traderet. Et primo die azimorum
quando pascha immolabant: dicunt
ei discipuli. Quo vis eamus et paremus
tibi ut manduces pascha? Et mittit du
os de discipulis suis et dixit eis. Ite in
civitatem: et occurret vobis homo lagenam
aque baiulans. Sequimini eum. Et quocum
que introierit dicite domino domus quia
magister dicit. Ubi est refectio mea ubi
pascha cum discipulis meis manducem?
Et ipse vobis demonstrabit cenaculum
grande stratum. et illic parate nobis. Et abi
erunt discipuli eius et venerunt in ci
vitatem: et invenerunt sicut dixerat
illis. et paraverunt pascha. Vespere autem
facto: venit cum duodecim. Et discum
bentibus eis et manducantibus: ait ihesus. Amen
dico vobis: quia unus ex vobis me tradet
qui manducat mecum. At illi ceperunt
contristari et dicere ei sigillatim. Numquid
quid ego? Qui ait illis. Unus ex duode
cim qui intingit mecum manum in
catino. Et filius quidem hominis vadit:
sicut scriptum est de eo. Ve autem homini il
li: per quem filius hominis tradetur. Bo
num erat ei: si non esset natus homo ille.
Et manducantibus illis accepit ihesus pa
nem: et benedicens fregit et dedit illis et
ait. Sumite: hoc est corpus meum. Et accep
to calice: gratias agens dedit eis. Et bi
berunt ex illo omnes. Et ait illis. Hic est
sanguis meus novi testamenti: qui pro
multis effundetur. Amen dico vobis: quod
iam non bibam de genimine vitis usque
in diem illum. cum illud bibam no
vum in regno dei. Et hymno dicto:
exierunt in montem olivarum. Et
ait illis ihesus. Omnes scandalizabimini
in me in nocte ista: quia scriptum est.
Percutiam pastorem: et dispergentur oves.
Sed postea quam resurrexero: precedam vos
in galileam. Petrus autem ait ei. Et si
omnes scandalizati fuerint: sed non ego. Et
ait illi ihesus. Amen dico tibi: quia tu ho
die in hac nocte. priusquam bis gallus
vocem dederit ter me es negaturus.
At ille amplius loquebatur. Et si oporte
erit me simul commori tibi: non te negabo.
Similiter et omnes dicebant. Et vene
runt in predium cui nomen gethsemani:
et ait discipulis suis. Sedete hic: donec
orem. Et assumit petrum et iacobum.
et iohannem secum: et cepit pavere et tede

te. Et ait illis. Tristis est anima mea us-
que ad mortem. Sustinete hic et vigila-
te mecum. Et cum processisset paululum:
procidit super terram et orabat. ut si fieri
posset transiret ab eo hora. Et dixit.
Abba pater: omnia tibi possibilia sunt.
Transfer calicem hunc a me. Sed non
quod ego volo: sed quod tu. Et venit: et in-
venit eos dormientes. Et ait petro.
Symon dormis? Non potuisti una
hora vigilare? Vigilate et orate: ut
non intretis in temptationem. Spiritus quidem
promptus est. caro autem infirma. Et ite-
rum abiens: oravit eundem sermonem
dicens. Et reversus denuo: invenit eos
dormientes. Erant enim oculi eorum gra-
vati: et ignorabant quid responderent
ei. Et venit tercio: et ait illis. Dormite
iam et requiescite. Sufficit. Venit ho-
ra: ecce traditur filius hominis in ma-
nus peccatorum. Surgite eamus: ecce qui
me tradet prope est. Et adhuc eo loquente:
venit iudas scarioth unus ex duodecim.
et cum illo turba multa cum gladiis
et lignis a summis sacerdotibus et scribis
et senioribus. Dederat autem traditor eius
signum eis dicens. Quemcumque oscu-
latus fuero: ipse est tenete eum. et duci-
te caute. Et cum venisset: statim acce-
dens ad eum ait. Rabbi. Et osculatus
est eum. At illi manus iniecerunt in
ihesum: et tenuerunt eum. Unus autem
de circumstantibus educens gladium
percussit servum summi sacerdotis: et
amputavit illi auriculam. Et respon-
dens ihesus: ait illis. Tanquam ad latronem
existis cum gladiis et lignis comprehen-
dere me? Cotidie apud vos eram in
templo docens: et non me tenuistis. Sed
ut impleantur scripture. Tunc disci-
puli eius relinquentes eum: omnes fuge-
runt. Adolescens autem quidam seque-
batur eum amictus syndone super nudo:
et tenuerunt eum. At ille relicta syn-
done: nudus profugit ab eis. Et adduxe-
runt ihesum ad summum sacerdotem:
et convenerunt omnes sacerdotes et scribe.
et seniores. Petrus autem a longe se-
cutus est eum: usque intro in atrium sum-
mi sacerdotis. Et sedebat cum ministris:
et calefaciebat se ad ignem. Summi vero
sacerdotes et omne concilium querebant
adversus ihesum testimonium: ut eum mor-
ti traderent nec inveniebant. Multi e-
nim testimonium falsum dicebant
adversus ihesum: et convenientia testimo-
nia non erant. Et quidam surgentes fal-
sum testimonium dicebant adver-
sus eum dicentes. Quoniam nos audivi-
mus eum dicentem. ego dissolvam
templum hoc manufactum. et per triduum
aliud non manufactum edificabo. Et non
erat conveniens testimonium illorum.
Et exurgens summus sacerdos in medi-
um: interrogavit ihesum dicens. Non
respondes quicquam ad ea que tibi obi-
ciuntur ab his? Ille autem tacebat:
et nichil respondit. Rursum summus
sacerdos interrogabat eum: et dicit ei.
Tu es christus filius dei benedicti? Ihesus autem
dixit illi. Ego sum. Et videbitis filium
hominis a dextris sedentem virtutis. et
venientem cum nubibus celi. Summus
autem sacerdos: scindens vestimenta sua
ait. Quid adhuc desideramus testes?
Audistis blasphemiam. Quid vobis
videtur? Qui omnes condempnaverunt
eum esse reum mortis. Et ceperunt qui-
dam conspuere in eum: et velare faci-
em eius. et colaphis eum cedere. et dice-
re ei. Prophetiza. Et ministri alapis eum
cedebant. Et cum esset petrus in atrio

deorsum: uenit una ex ancillis summi sacerdotis. Et cum uidisset petrum calefacientem se: aspiciens illum ait. Et tu cum ihesu nazareno eras. At ille negauit dicens. Neque scio. neque noui quid dicas. Et exiit foras ante atrium: et gallus cantauit. Rursum autem cum uidisset eum ancilla: cepit dicere circumstantibus quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabant dicebant petro. Vere ex illis es: nam et galileus es. Ille autem cepit anathematizare et iurare: quia nescio hominem istum quem dicitis. Et statim iterum gallus cantauit. Et recordatus est petrus uerbi quod dixerat ei ihesus. Priusquam gallus cantet bis ter me negabis. et cepit flere. Et confestim mane consilium facientes summi sacerdotes cum scribis et senioribus: et uniuerso concilio: uincientes ihesum duxerunt et tradiderunt pylato. Et interrogauit eum pylatus. Tu es rex iudeorum? At ille respondens: ait illi. Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursus interrogauit eum dicens. Non respondes quicquam. Vides in quantis te accusant? Ihesus autem amplius nichil respondit: ita ut miraretur pylatus. Per diem autem festum: dimittere solebat illis unum ex uinctis quecumque petissent. Erat autem qui dicebatur barrabas qui cum seditiosis erat uinctus. qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba cepit rogare sicut semper faciebat illis per dies festos. ut dimitteret eis unum uinctum. Pylatus autem respondit eis et dixit. Vultis dimittam uobis regem iudeorum? Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam: ut magis barrabam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens ait illis. Quid ergo uultis faciam regi iudeorum? At illi iterum clamauerunt. Crucifige eum. Pilatus uero dicebat eis. Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige eum. Pilatus autem uolens populo satisfacere: dimisit illis barraban. et tradidit eis ihesum flagellis cesum. ut crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum intro in atrium pretorii. et conuocant totam cohortem. et induunt eum purpura. et imponunt ei plectentes spineam coronam. et ceperunt salutare eum. Aue rex iudeorum. Et percutiebant caput eius harundine. et conspuebant eum. Et ponentes genua adorabant eum. Et postquam illuserunt ei: exuerunt illum purpura. et induerunt eum uestimentis suis. et educunt illum ut crucifigerent eum. Et angariauerunt pretereuntem quempiam: Symonem cyreneum. uenientem de uilla patrem alexandri et rufi: ut tolleret crucem eius. Et perducunt illum in golgotha locum. quod est interpretatum caluarie locus. Et dabant ei bibere myrratum uinum. et non accepit. Et crucifigentes eum diuiserunt uestimenta eius sortem mittentes super eis. quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: et crucifixerunt eum. Et erat tytulus cause eius inscriptus. rex iudeorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: unum a dextris. et alium a sinistris. Et adimpleta est scriptura que dicit. Et cum iniquis reputatus est. Et pretereuntes blasphemabant eum: mouentes capita sua et dicentes. Vah: qui destruit templum. et in tribus diebus

edificat: saluum fac temet ipsum descen
dens de cruce. Similiter et summi sacerdo
tes illudentes ad alterutrum: cum scribis
dicebant. Alios saluos fecit. se ipsum non
potest saluum facere. Christus rex israel des
cendat nunc de cruce. ut uideamus et
credamus. Et qui cum eo crucifixi erant:
conuitiabantur ei. Et facta hora sexta:
tenebre facte sunt per totam terram usque
in horam nonam. Et hora nona: excla
mauit ihesus uoce magna dicens. Heloy:
heloy: lamazabactani: Quod est interpre
tatum. Deus meus: deus meus: utquid dereli
quisti me. Et quidam de circumstantibus:
audientes dicebant. Ecce helyam uo
cat. Currens autem unus et implens spon
giam aceto. circumponensque calamo.
potum dabat ei dicens. Sinite uidea
mus si ueniat helyas ad deponendum
eum. Ihesus autem emissa uoce magna
expirauit. Et uelum templi scissum est
in duo: a summo usque deorsum. Videns
autem centurio qui ex aduerso erat quia
sic clamans expirasset: ait. Vere homo
hic filius dei erat. Erant autem et mulie
res delonge aspicientes: inter quas erat
maria magdalene. et maria iacobi mi
noris. et ioseph mater et salome. Et cum
esset in galilea sequebantur eum: et
ministrabant ei. Et alie multe: que
simul cum eo ascenderant ierosolimam.
Et cum iam sero factum esset.
quia erat parasceue quod est ante sabba
tum. uenit ioseph ab arimathia no
bilis decurio. qui et ipse erat expectans
regnum dei. Et audacter introiuit ad
pilatum: et petiit corpus ihesu. Pyla
tus autem mirabatur: si iam obisset.
Et accersito centurione: interrogauit
eum si iam mortuus esset. Et cum cog
nouisset a centurione: donauit corpus
ioseph. Joseph autem mercatus syndonem:
deponens eum inuoluit syndone. et posuit
eum in monumento quod erat excisum de
petra. Et aduoluit lapidem: ad hostium
monumenti. Maria autem magdalene et
maria ioseph: aspiciebant: ubi poneretur.
Sacrificia nos domine quesumus propen **Sec.**
sius ista restaurent: que medici
nalibus sunt instituta ieiuniis. Per. **Pref.**
Sanctificationibus tuis omnipotens deus: et
uitia nostra curentur. et remedia nobis
sempiterna proueniant. Per. **Super populum**
Tua nos misericordia deus. et ab omni subrepti
one uetustatis expurget. et capaces
sancte nouitatis efficiat. Per. **Fer. iiii.**
In nomine domini. **Ps.** Domine exaudi. o. m. **Coll.**
Presta quesumus omnipotens deus: ut qui nostris excessibus
incessanter affligimur: per unigeniti
tui passionem liberemur. Per. Qui tecum. **Lc.**
Hec dicit dominus deus. **Ysaye prophete.**
Dicite filie syon: ecce saluator tuus
uenit. ecce merces eius cum eo. Quis
est iste qui uenit de edom: tinctis uestibus
de bosra? Iste formosus in stola sua. gra
diens in multitudine fortitudinis sue.
Ego qui loquor iustitiam: et propugnator
sum ad saluandum. Quare ergo rubrum
est indumentum tuum. et uestimenta tua
sicut calcantium in torculari? Torcular
calcaui solus: et de gentibus non est uir
mecum. Calcaui eos in furore meo: et
conculcaui eos in ira mea. Et aspersus est
sanguis eorum super uestimenta mea. et omnia
indumenta mea inquinaui. Dies enim
ultionis in corde meo: annus retributi
onis mee uenit. Circumspexi: et non erat
auxiliator. Quesiui. et non fuit qui ad
iuuaret. Et saluauit michi brachium
meum: et indignatio mea ipsa auxilia
ta est michi. Miserationum domini recorda
bor: laudem domini super omnia que red
didit nobis: dominus deus noster. **Coll.**
Deus qui pro nobis filium tuum crucis pati

bulum subire uoluisti. ut inimici a
nobis expelleres potestatem. concede nobis
famulis tuis. ut resurrectionis gratiam
consequamur. Per eundem. Lectio ysaie prophete.
In diebus illis. Dixit ysaias. Domine
quis credidit auditui nostro. et brachium
domini cui reuelatum est. Et ascendet
sicut uirgultum coram eo. et sicut radix
de terra sitienti. et non est species ei neque
decor. Et uidimus eum et non erat as-
pectus. et desiderauimus eum despectum.
et nouissimum uirorum uirum dolorum.
et scientem infirmitatem. Et quasi abscon-
ditus uultus eius et despectus. unde
nec reputauimus eum. Vere langores
nostros ipse tulit. et dolores nostros ipse por-
tauit. Et nos putauimus eum quasi
leprosum. et percussum a deo et humilia-
tum. Ipse autem uulneratus est propter ini-
quitates nostras. attritus est propter sce-
lera nostra. Disciplina pacis nostre super
eum. et liuore eius sanati sumus. Omnes
nos quasi oues errauimus. Vnusquisque
in uia sua declinauit. et dominus po-
suit in eo. iniquitatem omnium no-
strum. Oblatus est quia ipse uoluit.
et non aperuit os suum. De angustia et
de iudicio sublatus est. Generationem
eius quis enarrabit. Quia abscisus
est de terra uiuentium. propter scelus populi
mei percussi eum. Et dabit impios pro
sepultura. et diuitem pro morte sua. eo
quod iniquitatem non fecerit. nec dolus fu-
erit in ore eius. Et dominus uoluit
conterere eum in infirmitate. Si po-
suerit pro peccato animam suam. uide-
bit semen longeuum. et uoluntas do-
mini in manu eius dirigetur. Pro eo
quod tradidit in morte animam suam.
et cum sceleratis reputatus est. Et ipse
peccata multorum tulit. et pro transgressoribus
rogauit ut non perirent. Dicit do-

[Margin: Sicut ouis ad occisionem ducetur et quasi agnus coram tondente se obmutescet et non aperiet os suum.]

minus omnipotens. Passio domini nostri ihesu christi secundum lucam.
In illo tempore. Appropinquabat dies festus
azimorum qui dicitur pascha. Et quere-
bant principes sacerdotum et scribe. quo-
modo ihesum interficerent. Timebant uero
plebem. Intrauit autem sathanas in
iudam qui cognominabatur scarioth.
unum de duodecim. Et abiit et locutus
est cum principibus sacerdotum et ma-
gistratibus. quemadmodum illum trade-
ret eis. Et gauisi sunt. et pacti sunt
pecuniam illi dare. Et spopondit. Et
querebat opportunitatem. ut traderet
illum sine turbis. Venit autem dies
azimorum. in qua necesse erat occidi pa-
scha. et misit petrum et iohannem dicens.
Euntes parate nobis pascha. ut man-
ducemus. At illi dixerunt. Vbi uis
paremus. Et dixit ad eos. Ecce intro-
euntibus uobis in ciuitatem. occurret
uobis homo amphoram aque portans.
Sequimini eum in domum in quam
intrat. et dicetis patri familias do-
mus. Dicit tibi magister. Vbi est diuer-
sorium. ubi cum discipulis discipulis meis
manducem. Et ipse uobis ostendet ce-
naculum magnum stratum. et ibi
parate. Euntes autem inuenerunt sicut dixit
illis. et parauerunt pascha. Et cum facta
esset hora discubuit. et duodecim apostoli
cum eo. Et ait illis. Desiderio deside-
raui hoc pascha manducare uobiscum.
antequam patiar. Dico enim uobis.
quia ex hoc non manducabo illud. do-
nec impleatur in regno dei. Et accepto
calice. gratias egit et dixit. Accipite. et
diuidite inter uos. Dico enim uobis.
quod non bibam de generatione uitis do-
nec regnum dei ueniat. Et accepto pa-
ne. gratias egit et fregit. et dedit eis dicens.
Hoc est corpus meum. quod pro uobis tra-
detur. Hoc facite in meam comme-

tationem. Similiter et calicem: postquam ce
nauit dicens. Hic est calix nouum testamen
tum in sanguine meo: qui pro uobis fundetur.
Verumptamen ecce manus tradentis me:
mecum est in mensa. Et quidem filius
hominis: secundum quod diffinitum est uadit:
Verumptamen ue homini illi: per quem tra
detur. Et ipsi ceperunt querere inter se:
quis esset ex eis qui hoc facturus esset.
Facta est autem et contentio inter eos: quis
eorum uideretur esse maior. Dixit autem eis.
Reges gentium dominantur eorum: et qui
potestatem habent super eos. benefici uocan
tur. Vos autem non sic. Sed qui maior est
in uobis: fiat sicut iunior. Et qui precessor
est: sicut ministrator. Nam quis ma
ior est qui recumbit. an qui ministrat?
Nonne qui recumbit? Ego autem sum in
medio uestrum: sicut qui ministrat. Vos
autem estis: qui permansistis mecum in
temptationibus meis. Et ego dispono
uobis sicut disposuit mihi pater meus regnum:
ut edatis et bibatis super mensam meam
in regno meo. et sedeatis super thronos
iudicantes duodecim tribus israel. Ait autem
dominus Symoni. Symon: ecce satha
nas expetiuit uos: ut cribraret sicut
triticum. Ego autem rogaui pro te: ut non
deficiat fides tua. Et tu aliquando con
uersus: confirma fratres tuos. Qui dixit
ei. Domine: tecum paratus sum et in
carcerem et in mortem ire. Et ille dixit.
Dico tibi petre: non cantabit gallus hodie.
donec ter abneges nosse me. Et dixit
eis. Quando misi uos sine sacculo et
pera. et calciamentis. numquid aliquid de
fuit uobis? At illi dixerunt. Nichil. Dixit
ergo eis. Sed nunc qui habet sacculum tollat:
similiter et peram. Et qui non habet:
uendat tunicam suam et emat gladium.
Dico enim uobis: quoniam adhuc hoc quod
scriptum est oportet impleri in me. Et
quod cum iniquis deputatus est. Etenim

ea que sunt de me: finem habent. At illi
dixerunt. Domine. ecce gladii duo hic.
At ille dixit eis. Satis est. Et egressus
ibat secundum consuetudinem in montem
oliuarum. Secuti sunt autem illum:
et discipuli. Et cum peruenisset ad locum:
dixit illis. Orate: ne intretis in temptati
onem. Et ipse auulsus est ab eis: quan
tum iactus est lapidis. Et positis geni
bus: orabat dicens. Pater: si uis transfer
calicem istum a me. Verumptamen non mea
uoluntas: sed tua fiat. Apparuit autem ei
angelus de celo: confortans eum. Et fac
tus in agonia: prolixius orabat. Et factus
est sudor eius: sicut gutte sanguinis
decurrentis in terram. Et cum surrexisset
ab oratione: et uenisset ad discipulos suos:
inuenit eos dormientes pre tristicia. Et
ait illis. Quid dormitis? Surgite orate:
ne intretis in temptationem. Adhuc eo
loquente: ecce turba et qui uocabatur
iudas unus de duodecim: antecedebat eos.
Et appropinquauit ihesu: ut oscularetur
eum. Ihesus autem: dixit illi. Iuda: osculo
filium hominis tradis? Videntes autem
hii qui circa ipsum erant quod futurum erat:
dixerunt ei. Domine. si percutimus in
gladio? Et percussit unus ex illis seruum
principis sacerdotum. et amputauit auri
culam eius dexteram. Respondens autem
ihesus: ait. Sinite usque huc. Et cum teti
gisset auriculam eius: sanauit eum.
Dixit autem ihesus ad eos qui uenerant
ad se principes sacerdotum: et magistra
tus templi et seniores. Quasi ad latronem
existis cum gladiis et fustibus? Cum coti
die fuerim uobiscum in templo: non ex
tendistis manus in me. Sed hec est hora
uestra: et potestas tenebrarum. Compre
hendentes autem eum: duxerunt ad do
mum principis sacerdotum. Petrus uero:
sequebatur eum a longe. Accenso autem
igne in medio atrio: et circumsedentibus illis.

erat petrus in medio eorum. Quem cum ui
disset ancilla quedam. sedentem ad lumen:
et eum fuisset intuita: dixit. Et hic cum
illo erat. At ille negauit eum dicens. Mu
lier: non noui illum. Et post pusillum: ali
us uidens eum dixit. Et tu de illis es.
Petrus uero ait. O homo non sum. Et inter
uallo facto quasi hore unius: alius quidam
affirmabat dicens. Vere et hic cum illo erat.
nam et galileus est. Et ait petrus. Homo.
nescio quid dicis. Et continuo adhuc
illo loquente: cantauit gallus. Et conuer
sus dominus respexit petrum: Et recor
datus est petrus uerbi domini: sicut dixerat.
quia priusquam gallus cantet ter me ne
gabis. et egressus foras fleuit amare.
Et uiri qui tenebant eum: illudebant
ei cedentes. Et uelauerunt eum. et percuti
ebant faciem eius. et interrogabant
eum dicentes. Prophetiza. Quis est qui
te percussit? Et alia multa blasphemam
tes. dicebant in eum. Et ut factus est
dies conuenerunt seniores plebis: et
principes sacerdotum et scribe. et duxerunt
illum in concilium suum dicentes. Si
tu es christus: dic nobis. Et ait illis. Si uobis
dixero: non credetis mihi. Si autem et interrogaue
ro: non respondebitis mihi neque dimittetis.
Ex hoc autem erit filius hominis sedens
a dextris uirtutis dei. Dixerunt autem
omnes. Tu ergo es filius dei? Qui ait.
Vos dicitis: quia ego sum. At illi dixe
runt. Quid adhuc desideramus testi
monium? Ipsi enim audiuimus de ore
eius. Et surgens omnis multitudo eorum:
duxerunt illum ad pilatum. Cepe
runt autem accusare illum dicentes. Hunc
inuenimus subuertentem gentem nostram.
et prohibentem tributa dari cesari. et di
centem se christum regem esse. Pilatus autem
interrogauit eum dicens. Tu es rex iu
deorum? At ille respondens ait. Tu dicis.

Ait autem pilatus ad principes sacerdotum:
et turbas. Nichil inuenio cause in hoc ho
mine. At illi inualescebant dicentes.
Commouet populum docens per uniuersam
iudeam: incipiens a galilea usque huc.
Pilatus autem audiens galileam: inter
rogauit si homo galileus esset. Et ut co
gnouit quod de herodis potestate esset: remi
sit eum ad herodem. qui et ipse ierosoli
mis erat illis diebus. Herodes autem uiso
ihesu: gauisus est ualde. Erat enim cupi
ens ex multo tempore uidere eum: eo quod
audiret multa de illo. et sperabat signum
aliquod uidere ab eo fieri. Interrogabat
autem illum: multis sermonibus. At ipse ni
chil illi respondebat. Stabant etiam prin
cipes sacerdotum et scribe: constanter accu
santes eum. Spreuit autem illum herodes:
cum exercitu suo. et illusit indutum
ueste alba. et remisit ad pilatum. Et facti
sunt amici herodes et pilatus: in ipsa die:
nam antea inimici erant ad inuicem. Pila
tus autem conuocatis principibus sacerdotum:
et magistratibus et plebe. dixit ad illos.
Obtulistis mihi hunc hominem quasi auertentem
populum. et ecce ego coram uobis interrogans
nullam causam inuenio in homine isto.
ex his in quibus eum accusatis. sed neque he
rodes. Nam remisi uos ad illum. et ecce
nichil dignum morte actum est ei. Emenda
tum ergo illum: dimittam. Necesse autem
habebat dimittere eis unum per diem festum.
Exclamauit autem simul uniuersa turba
dicens. Tolle hunc: et dimitte nobis
barraban. Qui erat propter seditionem
quandam factam in ciuitate. et homicidium:
missus in carcerem. Iterum autem pilatus lo
cutus est ad illos: uolens dimittere ihesum.
At illi succlamabant dicentes. Crucifi
ge. crucifige illum. Ille autem tertio dixit
ad illos. Quid enim mali fecit iste?
Nullam causam mortis. inuenio in

in eo. Corripiam autem illum: et dimittam. At illi instabant vocibus magnis: postulantes ut crucifigeretur. Et invalescebant voces eorum. Et pilatus adiudicavit fieri peticionem eorum. Dimisit autem illi eum qui propter seditionem et homicidium missus fuerat in carcerem: quem petebant. Ihesum autem tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eum: apprehenderunt symonem quendam cyrenensem, venientem de villa, et imposuerunt illi crucem portare post ihesum. Sequebatur autem illum turba multa populi et mulierum. que plangebant et lamentabantur eum. Conversus autem ad illas ihesus: dixit. Filie ierusalem nolite flere super me: sed super vos ipsas flete. et super filios vestros: quoniam ecce venient dies in quibus dicent. Beate steriles et ventres qui non genuerunt: et ubera que non lactaverunt. Tunc incipient dicere montibus cadite super nos. et collibus operite nos: Quia si in viridi ligno hec faciunt. in arido quid fiet? Ducebantur autem et alii duo nequam cum eo: ut interficerentur. Et postquam venerunt in locum qui vocatur calvarie: ibi crucifixerunt eum. Et latrones: unum a dextris. et alterum a sinistris. Ihesus autem dicebat. Pater dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt. Dividentes vero vestimenta eius: miserunt sortem. Et stabat populus expectans: et deridebant eum principes cum eis dicentes. Alios salvos fecit. seipsum salvum faciat. si hic est christus dei electus. Illudebant autem ei et milites accedentes. et acetum offerentes illi. et dicentes. Si tu es rex iudeorum: salvum te fac. Erat autem et superscriptio scripta. super illum litteris grecis et latinis. et hebraicis: hic est rex iudeorum. Unus autem de his qui pendebant latronibus: blasphemabat eum dicens. Si tu es christus. salvum fac temet ipsum et nos. Respondens autem alter: increpabat illum dicens. Neque tu times deum. quod in eadem dampnatione es: Et nos quidem iuste nam digna factis recipimus. hic vero nichil mali gessit. Et dicebat ad ihesum. Domine: memento mei. dum veneris in regnum tuum. Et dixit illi ihesus. Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. Erat autem fere hora sexta: et tenebre facte sunt in universa terra usque in horam nonam. Et obscuratus est sol: et velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna ihesus ait. Pater: in manus tuas commendo spiritum meum. Et hec dicens: expiravit. Videns autem centurio quod factum fuerat: glorificavit deum dicens. Vere hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud et videbant que fiebant: percutientes pectora sua revertebantur. Stabant autem omnes noti eius a longe: et mulieres que secute erant eum a galilea. hec videntes. Et ecce vir

Et ecce vir nomine ioseph. qui erat decurio vir bonus et iustus. hic non consenserat consilio et actibus eorum. ab arimathia civitate iudee. qui expectabat et ipse regnum dei. Hic accessit ad pilatum: et peciit corpus ihesu. Et depositum: involvit syndone. Et posuit eum in monumento exciso: in quo nondum quisquam positus fuerat. Secreta.

Purificet nos misericors deus: ut ecclesie tue preces que tibi grate sunt pia munera deferentes. fiant expiatis mentibus gratiores. Per dominum. Postcommunio.

Largire sensibus nostris omnipotens deus: ut per temporalem filii tui mortem. quam mysteria veneranda testantur: vitam nobis dedisse perpetuam confidamus. Per. Super populum.

Respice domine quesumus super hanc familiam tuam: pro qua dominus noster

ihc xpc non dubitauit manibus tradi nocen
tium. et crucis subire tormentum. Qui tecum.
Ps. Ver. penitentium. Absolutio que solet fieri in capite ieiunii.

Ingrediatur oratio mea in conspectu tuo domine inclina au
rem tuam ad preces nostras. Parce domine famulis tuis.
quos redemisti sanguine tuo ne in eternum irasca
ris eis. Ps. Domine ne in furore. Ps. Beati quorum. Ps. Domine
ne in furore. Ps. Miserere mei deus. Ps. Domine exaudi orationem. Ps.
De profundis. Ps. Domine exaudi. Parce domine. Kyrieleison.
Christeleison. Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos. Saluos fac
seruos tuos et ancillas. Deus meus sperantes. Mitte eis
domine auxilium. Et de syon tuere. Domine exaudi orationem.
Et clamor meus. Dominus uobiscum. Oratio.

Exaudi domine preces nostras. et confitentium
tibi parce peccatis: ut quos conscien
tie reatus accusat: indulgentia tue mi
serationis absoluat. Per. Alia.

Preueniat hos famulos tuos misericordia
tua quesumus domine: ut iniquitates eorum
celeri indulgentia deleantur. Per. Alia.

Adesto domine supplicationibus nostris:
et nec sit ab his famulis tuis clemen
tie tue longinqua miseratio. sana uul
nera eorum que remitte peccata. ut nullis
iniquitatibus a te separati. tibi domino
semper ualeant adherere. Per xpistum. Alia.

Domine deus noster qui offensione nostra
non uinceris. sed satisfactione placa
ris. respice quesumus ad hos famulos tuos.
qui se tibi grauiter peccasse confiten
tur. tuum est enim absolutionem
criminum dare. et ueniam prestare pec
cantibus. qui dixisti penitentiam te
malle peccatorum quam mortem. Concede ergo
domine hoc. ut penitentie excubias tibi
celebrent. et correctis actibus suis conferri
sibi a te sempiterna gaudia gratulentur. Per.

Dominus ihesus xpistus qui Absolutio
dixit discipulis suis quecumque liga
ueritis super terram erunt ligata et
in celis. et quecumque solueritis super ter
ram erunt soluta et in celis. de quorum
numero quamuis me indignum et peccato
rem. ministrum tamen esse uoluit. inter
cedente beata dei genitrice maria. et
beato michahele archangelo et beato pe
tro apostolo tuo. cui data est potestas liga
di atque soluendi. et omnibus sanctis. ipse
uos absoluat per ministerium nostrum ab
omnibus peccatis uestris. quecumque aut co
gitatione. aut locutione. aut operatione
negligenter egistis. atque a uinculis
peccatorum uestrorum absolutos. perducere dignetur
ad regnum celorum. Qui cum patre. Absolutio.

Absolutionem et remissionem omnium
peccatorum uestrorum percipere mereamini hic
et in eternum. Amen. In cena domini pul
satis ultimo campanis ad missam. Officium.

Nos autem gloriari. Ps. Deus misereatur. Gloria patri ad Officium
non dicitur cum in precedentibus neque dicatur
nec et in dominica precedenti. Gloria et credo non
dicitur nisi ubi crisma conficitur. Dominus uobiscum
dicitur. Oratio.

Deus a quo et iudas. Dicitur ea die et deinde
cepi. Prefatio. Qui corporali ieiunio. non dicitur.
In missa due hostie consecrantur
quarum una in crastinum cum uino reseruatur.
Et ita sicuti solet tota missa cele
bratur. et pax ibi datur. Ubi autem quod
bonum est omnia dicuntur. sed pax non datur. Post
sumptionem corporis et sanguinis domini
incipiat mediocri uoce antiphonam

Calicem salutaris. accipiam. cum sequentibus psalmis et
antiphonis. Finitis psalmis incipiat sa
cerdos antiphonam. Cenantibus autem. Ps. Magnificat. Finita antiphona
dicat sacerdos orationem pro
missa et uesperis simul. Refecti ui
talibus. Ad missam. Nos autem gloriari. Ps. Deus misereatur.

Deus a quo et iudas reatus sui penam Collecta.
et confessionis sue latro premium sump
sit. concede nobis tue propitiationis effec
tum: ut sicut in passione sua ihesus xpistus do

munus tu dulcia utriusque intulit stipendia miraculorum. ita nobis ablato vetustatis errore. resurrectionis sue gratiam largiatur. Qui tecum.

Ad corinthios.

Fratres. Convenientibus vobis in unum: iam non est dominicam cenam manducare. Unusquisque enim suam cenam presumit ad manducandum: et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Numquid domos non habetis ad manducandum et bibendum. aut ecclesiam dei contempnitis. et confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos: in hoc non laudo. Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis: quoniam dominus ihesus christus in qua nocte tradebatur accepit panem. et gratias agens fregit et dixit. Hoc est corpus meum: quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem: postquam cenavit dicens. Hic calix novum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotiescumque bibetis: in meam commemorationem. Quotienscumque enim manducabitis panem hunc et calicem bibetis: mortem domini annuntiabitis donec veniat. Itaque quicumque manducaverit panem hunc vel biberit calicem domini indigne: reus erit corporis et sanguinis domini. Probet autem seipsum homo: et sic de pane illo edat. et de calice bibat. Qui enim manducat et bibit indigne: iudicium sibi manducat et bibit. non diiudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi et imbecilles: et dormiunt multi. Quod si nosmet ipsos diiudicaremus: non utique iudicaremur. Dum iudicamur autem a domino corripimur: ut non cum hoc mundo dampnemur.

S. Iohn.

Ante diem festum pasche sciens ihesus quia venit eius hora ut transeat ex hoc mundo ad patrem: cum dilexisset suos qui erant in mundo. in finem dilexit eos. Et cena facta cum diabolus iam misisset in cor ut traderet eum iudas symonis scariothis. sciens quia omnia dedit ei pater in manus. et quia a deo exivit et ad deum vadit; surgit a cena. et ponit vestimenta sua. Et cum accepisset linteum: precinxit se. Deinde misit aquam in pelvim: et cepit lavare pedes discipulorum. et extergere linteo quo erat precinctus. Venit ergo ad symonem petrum: et dixit ei petrus. Domine: tu mihi lavas pedes? Respondit ihesus: et dixit ei. Quod ego facio tu nescis modo: scies autem postea. Dicit ei petrus. Non lavabis mihi pedes in eternum. Respondit ei ihesus. Si non lavero te: non habebis partem mecum. Dicit ei symon petrus. Domine: non tantum pedes meos. sed et manus et caput. Dicit ei ihesus. Qui lotus est non indiget nisi ut pedes lavet: sed est mundus totus. Et vos mundi estis: sed non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum: propterea dixit non estis mundi omnes. Postquam ergo lavit pedes eorum: accepit vestimenta sua. Et cum recubuisset iterum: dixit eis. Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me magister et domine: et benedicitis. Sum etenim. Si ergo ego lavi pedes vestros dominus et magister: et vos debetis alter alterius lavare pedes. Exemplum enim dedi vobis: ut quemadmodum ego feci vobis: ita et vos faciatis.

Secreta.

Ipse tibi quesumus domine sancte pater omnipotens eterne deus sacrificium nostrum reddat acceptum. qui discipulis suis in sui commemoratione hoc fieri hodierna traditione monstravit. dominus noster ihesus christus. Qui tecum vivit et regnat.

Infra actionem.

Communicantes et diem sacratissimum celebrantes. quo dominus noster ihesus christus pro nobis est traditus. Sed et memoriam venerantes.

[Margin: Accipite et manducate]

[Margin: loh]

Hanc igitur oblationem servitutis
nostre sed et cuncte familie tue quam
tibi offerimus ob diem in qua dominus
noster ihesus christus tradidit discipulis suis cor
poris et sanguinis sui misteria celebran
da. quesumus domine ut placatus accipi
as. dies quoque nostros. et cetera.

Qui pridie quam pro nostra et omnium
salute pateretur. hoc est hodie. acce
pit panem in sanctas ac venerabiles
manus suas. Finita communione. Incipiunt vesperae.

Refecti vitalibus alimentis quesumus domine
deus noster: ut quod tempore nostre morta
litatis exequimur: immortalitatis
tue munere consequamur. Per. In cena
domini abluantur altaria aqua. post ea
vinum datur vinum desuper in mo
dum crucis et abluendo cantetur. R.
In monte oliveti. et deinceps. R. que
secuntur tot cantentur quot ibi fuerint
altaria. et post unumquodque R. cantetur
antiphona de sancto vel sancta vel sanctis in quorum
honore fuit altare sacratum. Collecta.
Respice domine super hanc familiam. His exple
tis legat diaconus evangelium cum thu
ribulo et cereis accensis et cetera. Ante
diem festum. post ea facta sit ablutio
pedum. et cantetur antiphona. postea dicatur hec oratio legendo.

Ablue domine quesumus maculas pravita
tum nostrarum. divinitatis tue spiri
tuabili sacramento. et ita culpa decidat
facinoris. ut tua nos semper beatificet
et illustret miseratio pietatis. Per christum.
Feria vi. sacerdos vestitus casula. stet ante
altare. et quilibet legat. R. dicat sine titulo.
In tribulatione sua: mane consurgent
ad me. Venite et revertamur ad dominum:
quia ipse cepit et sanabit nos: percutiet
et curabit nos. Vivificabit nos post
duos dies: et in die tertia suscitabit
nos. et vivemus in conspectu eius.
Sciemus sequemurque ut cognoscamus
dominum. Quasi diluculum preparatus
est egressus eius: et veniet quasi
ymber temporaneus et serotinus terre.
Quid faciam tibi effraym. quid faciam
tibi iuda? Misericordia vestra quasi nubes ma
tutina. et quasi ros mane pertransiens.
Propter hoc dolavi in prophetis: occidi eos in
verbis oris mei. et iudicia mea quasi lux
egredientur. Quia misericordiam volui
et non sacrificium: et scientiam dei plus
quam holocausta. Sequitur ex sancti ... duobus ...
D ... a quo ... iudas. In cena domini.
Sequens lectio et debet pronuntiari
sine titulo sicut et praecedens.
In diebus illis. Dixit. Lectio secunda.
dominus ad moysen et aaron in terra
egypti. Mensis iste vobis principium men
sium. primus erit in mensibus anni. Lo
quimini ad universum cetum filiorum
israel: et dicite eis. Decima die mensis
huius tollat unusquisque agnum. per
familias et domos suas. Sin autem
minor est numerus ut sufficere possit
ad vescendum agnum. assumet vi
cinum suum qui iunctus est domui
sue iuxta numerum animarum. que
sufficere possint ad esum agni. Erit
enim agnus absque macula. masculus
anniculus. Iuxta quem ritum tolletis
et edum: et servabitis eum usque ad quar
tamdecimam diem mensis huius. Im
molabitque eum universa multitudo
filiorum israel ad vesperum: et sument de
sanguine ac ponent super utrumque
postem. et in superliminaribus domorum in
quibus comedent illum. Et edent car
nes nocte illa assas igni. et azimos
panes cum lactucis agrestibus. Non
comedetis ex eo crudum quid nec coctum
aqua. sed assum tantum igni. Caput

cum pedibus eius et intestinis uorabitis.
Nec remanebit ex eo quicquam usque mane.
Si quid residuum fuerit: igni combu
retis. Sic autem comedetis illum. Renes
uestros accingetis. calciamenta habebitis
in pedibus, tenentes baculos in mani
bus. et comedetis festinanter. Est enim
phase: id est transitus domini. Finito tractu
legat leuita dalmatica indutus passionem sine
cereis. sed cum dixerit. Partiti sunt uestimenta.
Duo diaconi uel alii auferant duo lin
teamina desuper altare hinc et inde posi
ta. Passione autem finita. legantur orationes
sollempnes que post dominicam sunt. dominus uobiscum. et sine
fl. gen. Passio domini nostri ihesu christi secundum Iohannem.

In illo tempore: Egressus est ihesus cum disci
pulis suis trans torrentem cedron: ubi
erat ortus in quem introiuit ipse et dis
cipuli eius. Sciebat autem et iudas qui
tradebat eum locum: quia frequenter
ihesus conuenerat illuc cum discipulis
suis. Iudas autem cum accepisset co
hortem. et a principibus et phariseis
ministros: uenit illuc cum laternis
et facibus et armis. Ihesus itaque sciens omnia
que uentura erant super eum: processit
et dixit eis. Quem queritis? Res
ponderunt ei. Ihesum nazarenum. Dixit
eis ihesus. Ego sum. Stabat autem et iu
das qui tradebat eum: cum ipsis.
Ut ergo dixit eis ego sum: abierunt
retrorsum et ceciderunt in terram. Ite
rum ergo: interrogauit eos. Quem
queritis? Illi autem dixerunt: Ihesum naza
renum. Respondit ihesus. Dixi uobis:
quia ego sum. Si ergo me queritis:
sinite hos abire. Ut impleretur ser
mo quem dixit. quia quos dedisti
michi non perdidi ex eis quemquam. Symon
ergo petrus habens gladium eduxit eum:
et percussit pontificis seruum. et abscidit
eius auriculam dextram. Erat autem
nomen seruo malchus. Dixit ergo ihesus
petro. Mitte gladium tuum in uagi
nam. Calicem quem dedit michi pater:
non bibam illum? Cohors autem et tribu
nus et ministri iudeorum comprehenderunt
ihesum: et ligauerunt eum. et adduxerunt
eum ad annam primum. Erat autem
socer caiphe: qui erat pontifex anni
illius. Erat autem caiphas qui consili
um dederat iudeis: quia expedit unum
hominem mori pro populo. Sequebatur autem
ihesum symon petrus: et alius discipulus.
Discipulus autem ille erat notus pontifici:
et introiuit cum ihesu in atrium pontifi
cis. Petrus autem stabat ad hostium fo
ris. Exiuit ergo discipulus alius qui e
rat notus pontifici: et dixit ostiarie et
introduxit petrum. Dixit ergo petro
ancilla hostiaria. Numquid et tu ex
discipulis es hominis istius? Dicit ille
Non sum. Stabant autem serui et mi
nistri ad prunas: quia frigus erat
et calefaciebant se. Erat autem petrus cum
eis stans: et calefaciens se. Pontifex
autem interrogauit ihesum de discipulis suis:
et de doctrina eius. Respondit ei ihesus.
Ego palam locutus sum mundo. Ego
semper docui in synagoga et in templo:
quo omnes iudei conueniunt. et in oc
culto locutus sum nichil. Quid me
interrogas? Interroga eos qui audierunt:
quid locutus sum eis. Ecce hii sciunt:
quid dixerim ego. Hec autem cum
dixisset: unus assistens ministrorum
dedit alapam ihesu dicens. Sic respon
des pontifici? Respondit ei ihesus. Si
male locutus sum: testimonium perhi
be de malo. Si autem bene quid me
cedis? Et misit eum annas ligatum:
ad caypham pontificem. Erat autem

symon petrus stans et calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Numquid et tu ex discipulis eius es? Negauit ille et dixit. Non sum. Dicit unus ex seruis pontificis cognatus eius, cuius abscidit petrus auriculam. Nonne ego te uidi in orto cum illo? Iterum ergo negauit petrus et statim gallus cantauit. Adducunt ergo ihesum ad cayphan in pretorium; erat autem mane. Et ipsi non introierunt in pretorium ut non contaminarentur. sed ut manducarent pascha. Exiuit ergo pylatus ad eos foras et dixit. Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt et dixerunt ei. Si non esset hic malefactor. non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis pilatus. Accipite eum uos et secundum legem uestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei iudei. Nobis non licet interficere quemquam. Ut sermo ihesu impleretur quem dixit significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in pretorium pylatus et uocauit ihesum et dixit ei. Tu es rex iudeorum? Et respondit ihesus. A temet ipso hoc dicis. an alii tibi dixerunt de me? Respondit pylatus. Numquid ego iudeus sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te michi. Quid fecisti? Respondit ihesus. Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum; ministri mei utique decertarent ut non traderer iudeis. Nunc autem regnum meum non est hinc. Dixit itaque pylatus. Ergo rex es tu? Respondit ihesus. Tu dicis; quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc ueni in mundum; ut testimonium philbeam ueritati. Omnis qui est ex ueritate audit meam uocem. Dicit ei pylatus. Quid est ueritas? Et cum hoc dixisset iterum exiuit ad iudeos et dicit eis. Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo. ut unum dimittam uobis in pascha. Uultis ergo dimittam uobis regem iudeorum? Clamauerunt rursum omnes dicentes. Non hunc; sed barrabam. Erat autem barrabas latro. Tunc ergo apprehendit pylatus ihesum et flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis inposuerunt capiti eius. et ueste purpurea circumdederunt eum. Et ueniebant ad eum et dicebant. Aue rex iudeorum. Et dabant ei alapas. Exiuit iterum pylatus foras et dicit eis. Ecce adduco uobis eum foras. ut cognoscatis quia in eo nullam causam inuenio. Exiuit ergo ihesus portans spineam coronam et purpureum uestimentum. Et dicit eis. Ecce homo. Cum ergo uidissent eum pontifices et ministri clamabant dicentes. Crucifige. crucifige eum. Dicit eis pylatus. Accipite eum uos et crucifigite. Ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei iudei. Nos legem habemus. et secundum legem debet mori; quia filium dei se fecit. Cum ergo audisset pylatus hunc sermonem; magis timuit. Et ingressus est in pretorium iterum et dicit ad ihesum. Unde es tu? Ihesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei pylatus. Michi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te et potestatem habeo dimittere te? Respondit ihesus. Non haberes potestatem aduersum me ullam; nisi tibi esset datum desuper. Propterea qui tradidit me tibi; maius peccatum habet. Exinde querebat pylatus dimittere eum. Iudei autem clamabant dicentes. Si hunc dimittis. non es amicus cesaris. Omnis qui se regem facit; contradicit cesari. Pylatus autem cum audisset

hos sermones: adduxit foras ihm. Et sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostratos. hebraice autem gabbatha. Erat autem parasceue pasche: hora quasi sexta. Et dicit iudeis. Ecce rex vester. Illi autem clamabant. Tolle tolle. crucifige eum. Dicit eis pylatus. Regem vestrum crucifigam? Responderunt pontifices. Non habemus regem. nisi cesarem. Tunc ergo tradidit eis illum. ut crucifigeretur. Susceperunt autem ihm: et eduxerunt. Et baiulans sibi crucem. exiuit in eum qui dicitur caluarie locum. hebraice autem golgatha. ubi eum crucifixerunt. Et cum eo alios duos hinc et hinc: medium autem ihm. Et adimpleta est scriptura que dicit. Et cum iniquis deputatus est. Scripsit autem et titulum pylatus: et posuit super crucem. Erat autem scriptum: ihc nazarenus rex iudeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt iudeorum: quia prope ciuitatem erat locus ubi crucifixus est ihc. Et erat scriptum. hebraice. grece et latine. Dicebant ergo pylato: pontifices iudeorum. Noli scribere rex iudeorum: sed quia ipse dixit. rex sum iudeorum. Respondit pylatus. Quod scripsi. scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eum: acceperunt uestimenta sua et fecerunt quattuor partes. unicuique militi partem. Et tunicam. Erat autem tunica inconsutilis. desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem. Non scindamus eam: sed sortiamur de illa cuius sit. Ut scriptura impleretur dicens. Partiti sunt uestimenta mea sibi: et in uestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hec fecerunt. Stabant autem iuxta crucem ihu mater eius. et soror matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cum ergo uidisset ihc matrem et discipulum stantem quem diligebat: dicit matri sue. Mulier: ecce filius tuus.

Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora: accepit eam discipulus in sua. Postea sciens ihc quia iam omnia consummata sunt: ut consummaretur scriptura. dicit. Sitio. Vas ergo positum erat: aceto plenum. Illi autem spongiam plenam aceto ysopo circumponentes: obtulerunt ori eius. Cum ergo accepisset ihc acetum: dixit. Consummatum est. Et inclinato capite: tradidit spiritum. Iudei ergo quoniam parasceue erat. ut non remanerent in cruce corpora sabbato: erat enim magnus dies ille sabbati: rogauerunt pilatum ut frangerentur eorum crura. et tollerentur. Venerunt ergo milites et primi quidem fregerunt crura. et alterius qui crucifixus est cum eo. Ad ihm autem cum uenissent: et uidissent eum iam mortuum non fregerunt eius crura. sed unus militum lancea latus eius aperuit: et continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui uidit testimonium perhibuit: et uerum est testimonium eius. Et ille scit quia uera dicit: ut et uos credatis. Facta sunt enim hec: ut scriptura impleretur. Os non comminuetis ex eo. Et iterum: alia scriptura dicit. Videbunt in quem transfixerunt. ✠

Post hec autem rogauit pilatum ioseph ab arimathia. eo quod esset discipulus ihu. occultus autem propter metum iudeorum: ut tolleret corpus ihu. Et permisit pilatus. Venit autem et nichodemus qui uenerat ad ihm nocte primum: ferens mixturam mirre. et aloes. quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus ihu: et ligauerunt linteis cum aromatibus: sicut mos iudeis est sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est ortus: et in orto monumentum nouum. in quo nondum quisquam positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuen iudeorum quia iuxta erat monumentum: posuerunt ihm. Incipiunt orationes sollempnes

Oremus dilectissimi nobis pro ecclesia sancta dei ut eam deus et dominus noster pacificare et custodire dignetur toto orbe terrarum subiciens ei principatus et potestates. detque nobis quietam et tranquillam uitam degentibus glorificare deum patrem omnipotentem. *Flectamus genua.*

Omnipotens sempiterne deus qui gloriam tuam omnibus in christo gentibus reuelasti. custodi opera misericordie tue. ut ecclesia tua toto orbe diffusa. stabili fide in confessione tui nominis perseueret. Per.

Oremus et pro beatissimo *papa* nostro .N. ut deus et dominus noster qui elegit eum in ordinem episcopatus saluum atque incolumem custodiat ecclesie sue sancte ad regendum populum sanctum dei. *Oremus Fl.*

Omnipotens sempiterne deus cuius iudicio *ge-* uniuersa fundantur respice propitius ad preces nostras et electum nobis antistitem tua pietate conserua. ut christiana plebs que te gubernatur auctore. sub tanto pontifice credulitatis sue meritis augeatur. Per. *Fl.*

Oremus et pro omnibus episcopis presbiteris diaconibus subdiaconibus acolitis exorcistis lectoribus ostiariis confessoribus uirginibus uiduis et pro omni populo sancto dei. *Fl.*

Omnipotens sempiterne deus cuius spiritu totum corpus ecclesie sanctificatur et *ge.* regitur exaudi nos pro uniuersis ordinibus supplicantes. ut gratie tue munere ab omnibus tibi gradibus fideliter seruiatur. Per. *Fl.*

Oremus et pro christianissimo rege nostro .N. ut deus et dominus noster subditas illi faciat omnes barbaras nationes ad nostram perpetuam pacem. *Oremus flectamus ge.*

Omnipotens sempiterne deus in cuius manu sunt omnium potestates et omnia iura regnorum respice ad christianum benignus imperium. ut gentes que in sua feritate confidunt. potentie tue dextera comprimantur. Per dominum. *Fl.*

Oremus et pro cathecuminis nostris. ut deus et dominus noster adaperiat aures precordiorum ipsorum ianuamque misericordie. ut per lauacrum regenerationis accepta remissione omnium peccatorum. et ipsi digni inueniantur in christo ihesu domino nostro.

Omnipotens sempiterne deus *Oremus flectamus genua* qui ecclesiam tuam noua semper prole fecundas auge fidem et intellectum cathecuminis nostris ut renati fonte baptismatis. adoptionis tue filiis aggregentur. Per. *Alia.*

Oremus dilectissimi nobis deum patrem omnipotentem. ut cunctis mundum purget erroribus. morbos auferat. famem depellat. aperiat carceres. uincula dissoluat. peregrinantibus reditum. infirmantibus sanitatem. nauigantibus portum salutis indulgeat. *Oremus flectamus genua.*

Omnipotens sempiterne deus mestorum consolatio. laborantium fortitudo. perueniant ad te preces de quacumque tribulatione clamantium. ut omnes sibi in necessitatibus suis misericordiam tuam gaudeant affuisse. Per. *Fl.*

Oremus et pro hereticis et scismaticis. ut deus et dominus noster eruat eos ab erroribus uniuersis. et ad sanctam matrem ecclesiam catholicam atque apostolicam reuocare dignetur. *Oremus flectamus genua.*

Omnipotens sempiterne deus qui saluas omnes et neminem uis perire. respice ad animas diabolica fraude deceptas. ut omni heretica prauitate deposita. errantium corda resipiscant. et ad ueritatis tue redeant unitatem. Per. *Alia.*

Oremus et pro perfidis iudeis ut deus et dominus noster auferat uelamen de cordibus eorum. ut et ipsi agnoscant ihesum christum dominum nostrum. *Hic non dicitur flectamus genua*

Omnipotens sempiterne deus qui etiam iudaicam perfidiam a tua misericordia non repellis. exaudi preces quas pro illius populi obcecatione deferimus. ut agnita ueritatis tue luce

que xp̄c est. a suis tenebris eruantur. p̄ eū
Oremus et pro paganis. ut deus Alia
omnipotens auferat iniquitatem a
cordibus eorum. et relictis ydolis suis cō-
uertantur ad deum uiuum. et uerum
et unicum filium eius ihm̄ xp̄m deum
et dominum nostrum. Oremus Flectamus
Omps̄ sempiterne deus qui genua
non mortem peccatorum. set uitam
semper inquiris. suscipe ppitius oratōnem
nostrm̄. et libera eos ab ydolorum cultura.
et aggrega ecclesie tue sancte ad laudem et
gloriam nominis tui. p. Dū crux adora
Tuam domine crucem adoramus. tur
tuamque passionem recolimus. salua
nos et miserere nobis. qui dignatus es nas-
ci. pati. et mori. et resurgere p nobis et.
Trinitas sancta. unitas indiuisa. da mī
in hac die p passionem domini nostri
ihu xp̄i remissionem omnium peccatorum
meorum. et uitam eternam. Adoro te dn̄e
in cruce ascendentem. et spineam coronā
in capite portantem. Adoro te in cruce uul-
neratum. felle cibatum. et aceto potatū.
Deprecor te clementissime deus. ut tua
uulnera sint remedium anime mee. q
cum deo patre et spū scō uiuis et glāris
deus per inmortalia secula seculorum amē.
Domine ihū xp̄e. qui hora Oratio
diei nona in crucis patibulum
confitentem latronem intra menia para-
disi transire iussisti. te suppliciter confiten-
tes peccata nr̄a. deprecamur ut p intercessi-
sionem beate marie post obitum nostrū
paradisi nos gaudia adire gaudentes fa-
ciat. Qui uiuis et regn. Expletis orati-
onibus sollempnibus et adorata cruce
et ppar ato altari et corpore dn̄i ab hester-
na die reseruato. cū calice et uino n̄
consecrato a ministris ordinabiliter altari superpo-
sito accedat sacerdos cū metu et reuerentia
humiliter inclinatus corā altari dicat. Confite-
or deo. Postmodum erigens se moderata uoce
dicat. Oremus Preceptis. Finita oratione dn̄i-
ca dicat libera nos qs̄ dn̄e sic̄ solet. et
hostiā i tres partes frangat deinde dicat
p omnia secula seculorum. unāque partē hos-
tie i calicem mittat nichil dicat. pax

dn̄i n̄ dicet. n̄ osculum pacis dabit. n̄ ag-
n̄ di cantabit. Postquam sacerdos communicauerit deuote
priuate ad altare vespere cantare. In uigilia pasche
post bn̄dicc̄ cerei deinde legat lc̄ sine tytulo.
Domine deus nr̄ pater omps̄ Bn̄d igni
lumen indeficiens. conditor omnium
luminum. exaudi nos famulos tuos. et
benedic hunc ignem qui tua sanctifica-
tione. atque benedictione consecratur. tu illu-
minas omnem hominem uenientem i
hunc mundum illumina conscientias
nr̄as igne tue caritatis. ut tuo igne igni-
ti. tuo lumine illuminati. expulsis a
cordibus nostris peccatorum tenebris ad uitā
te illuminante peruenire mereamur et-
nam. p. Alia.
Domine sancte pater omnipotens eterne
deus. benedicere et sanctificare digneris
ignem istum. quem nos indigni p inuoca-
tionem unigeniti filij tui domini nostri
ihu xp̄i benedicere presumimus. tu clementis-
sime eum tua benedictione sanctifica. et ad
pfectum humani generis puenire concede.
p eundem d. Alia.
Celesti lumine qs̄ domine semper et
ubique nos preueni. ut misterium cui
nos participes esse uoluisti. et puro cerna-
mus intuitu. et digno percipiamus affectu.
p dominum. Bn̄d incensi.
Ueniat omps̄ deus super hoc incensum
larga tue benedictionis infusio. et
hunc nocturnum splendorem inuisibilem
regnator intende. ut non solum sacrifici-
um quod hac nocte litatum est archa-
na luminis tui admixtione refulgeat. set
quocumque loco ex huius aliquid sanctifi-
cationis fuerit misterio deportatum. ex-
pulsa diabolice fraudis nequitia. uirtus
tue maiestatis assistat. p.
Finita bn̄dictione stati incipit diacon lectio
In principio creauit deus sine tytulo
celum et terram. Terra autem erat
inanis et uacua. et tenebre erant super
faciem abyssi. et spe domini ferebatur sup

aquas. Dixitque deus. Fiat lux. Et facta est
lux. Et vidit deus lucem quod esset bona.
et divisit lucem a tenebris. Appellavitque
lucem diem. et tenebras noctem. Factumque
est vespere et mane dies unus. Dixit quo-
que deus. Fiat firmamentum in medio aquarum
et dividat aquas ab aquis. Et fecit deus
firmamentum. divisitque aquas que erant
sub firmamento ab hiis que erant super
firmamentum. Et factum est ita. Vocavit-
que deus firmamentum celum. et factum est
vespere et mane dies secundus. Dixit vero
deus. Congregentur aque que sub celo sunt
in locum unum. et appareat arida. Factum-
que est ita. Et vocavit deus aridam terram.
congregationesque aquarum appellavit
maria. Et vidit deus quod esset bonum. et
ait. Germinet terra herbam virentem et
facientem semen. et lignum pomiferum
faciens fructum iuxta genus suum. cuius
semen in semet ipso sit super terram. Et
factum est ita. Et protulit terra herbam
virentem et afferentem semen iuxta genus
suum. lignumque faciens fructum. et habens
unumquodque sementem secundum speciem suam.
Et vidit deus quod esset bonum. Factumque est
vespere et mane dies tercius. Dixit autem
deus. Fiant luminaria in firmamento ce-
li. et dividant diem ac noctem. et sint in si-
gna. et tempora et dies et annos. et luceant in
firmamento celi. et illuminent terram. Et
factum est ita. Fecitque deus duo magna lu-
minaria. luminare maius ut preesset diei.
et luminare minus ut preesset nocti. et stellas.
Et posuit eas in firmamento celi ut lucerent
super terram. et preessent diei ac nocti. et
dividerent lucem ac tenebras. Et vidit
deus quod esset bonum. et factum est vespere
et mane dies quartus. Dixit etiam deus. Pro-
ducant aque reptile anime viventis. et
volatile super terram sub firmamento celi.
Creavitque deus cete grandia. et omnem
animam viventem atque motabilem quam
produxerant aque in species suas. et omne
volatile secundum genus suum. Et vidit deus quod
esset bonum. benedixitque eis dicens. Crescite et
multiplicamini. et replete aquas maris.
avesque multiplicentur super terram. Et
factum est vespere et mane dies quintus.
Dixit quoque deus. Producat terra animam
viventem in genere suo. iumenta et repti-
lia. et bestias terre secundum species suas. Factum-
que est ita. Et fecit deus bestias terre iuxta spe-
cies suas. iumenta et omne reptile terre
in genere suo. Et vidit deus quod esset bonum.
et ait. Faciamus hominem ad ymaginem
et similitudinem nostram. et presit piscibus
maris et volatilibus celi et bestiis. universe-
que terre. omnique reptili quod movetur in
terra. Et creavit deus hominem ad yma-
ginem suam ad ymaginem dei creavit
eum. Masculum et feminam creavit eos.
benedixitque illis deus et ait. Crescite et mul-
tiplicamini. et replete terram. et subicite eam.
et dominamini piscibus maris et volatilibus
celi. et universis animantibus que moventur
super terram. Dixitque deus. Ecce dedi vobis
omnem herbam afferentem semen super
terram. et universa ligna que habent in
semet ipsis sementem generis sui. ut sint
vobis in escam. et cunctis animantibus terre.
omnique volucri celi et universis que mo-
ventur in terra. et in quibus est anima vi-
vens. ut habeant ad vescendum. Et factum
est ita. Viditque deus cuncta que fecit. et erant
valde bona. Et factum est vespere et mane
dies sextus. Igitur perfecti sunt celi et terra.
et omnis ornatus eorum. Complevitque deus
die septimo opus suum quod fecerat. et
requievit die septimo ab universo opere
suo quod patrarat. Oratio.

Deus qui mirabiliter creasti hominem.
et mirabilius redemisti. da nobis quesumus
contra oblectamenta peccati mentis ratione
persistere ut mereamur ad gaudia eterna
pervenire. Per dominum. Lectio ii.

Factum est in vigilia matutina. et
ecce respiciens dominus super castra

egiptiorum per columpnam ignis et
nubis interfecit exercitum eorum. et
subvertit rotas curruum. et ferebantur
in profundum. Dixerunt ergo egiptii. Fu-
giamus israhelem. dominus pugnat pro eis
contra nos. Et ait dominus ad moysen.
extende manum tuam super mare. ut
revertantur aque ad egiptios super curr[us]
et equites eorum. Cumque extendisset moy-
ses manum contra mare reversum est
primo diluculo ad priorem locum. Fu-
gientibus que egiptiis occurrerunt aque. et
involvit eos dominus in mediis flucti-
bus. Reversaeque sunt aque. et operuerunt
currus. et equites cuncti exercitus pha-
raonis. qui sequentes ingressi fuerant
mare. nec unus quidem superfuit ex eis.
Filii autem israhel perrexerunt per medium
sicci maris. et aque eis erant quasi pro mu-
ro a dextris. et a sinistris. Liberavitque do-
minus in die illo israhel de manu egiptiorum.
et viderunt egiptios mortuos super littus
maris. et manum quam exercuerat
dominus contra eos. Metuitque populus
dominum. et crediderunt domino et moy-
si servo eius. Tunc cecinit moyses. et fi-
lii israhel carmen hoc domino. et dixerunt.
Cantemus domino gloriose. tract. or.

Deus cuius antiqua miracula in
presenti quoque seculo choruscare senti-
mus. presta quesumus. ut sicut priorem populum
ab egiptiis liberasti. hoc ad salutem gen-
tium per aquas baptismatis operaris. per.

Apprehendent septem mulieres l. iii.
virum unum in die illa dicentes.
Panem nostrum comedemus et vestimentis nostris
operiemur. tantummodo invocetur nomen
tuum super nos. aufer obprobrium nostrum.
In die illa erit germen domini in magni-
ficentia et gloria. et fructus terre sublimis.
et exultatio hiis qui salvati fuerint de
israhel. Et erit omnis qui relictus fuerit
in syon. et residuus in iherusalem. sanctus
vocabitur omnis qui scriptus est in vita
in iherusalem. Si abluerit dominus sordes fi-
liarum syon. et sanguinem laverit de
medio eius. in spiritu iudicii. et spiritu ardoris.
Et creabit dominus super omnem locum
montis syon. et ubi invocatum est nomen
eius. nubem per diem. et fumum. et splendo-
rem ignis flammantis in nocte. Super om-
nem enim gloriam protectio et tabernaculum
erit in umbraculum diei ab estu. et in se-
curitate. et absconsione. a turbine et a
pluvia. Vinea facta est dilecto. tract. or.

Deus qui nos ad celebrandum paschale
sacramentum utriusque testamenti pa-
ginis instruis. da nobis intelligere misericordi-
am tuam. ut ex perceptione presentium mu-
nerum firma sit expectatio futurorum. per.

Hec est hereditas servorum lect. iiii.
domini. et iusticia eorum apud me dicit
dominus. Omnes sitientes venite ad aquas.
et qui non habetis argentum. properate emi-
te et comedite. Venite emite absque argento.
et absque ulla commutatione vinum. et lac.
Quare appenditis argentum non in pani-
bus. et laborem vestrum in saturitate. Audi-
te audientes me. et comedite bonum. et
delectabitur in crassitudine anima vestra.
Inclinate aurem vestram et venite ad me.
audite. et vivet anima vestra. Et feriam
vobiscum pactum sempiternum. misericordi-
as david fideles. Ecce testem populis dedi
eum. ducem ac preceptorem gentibus. Ecce
gentem quam nesciebas vocabis. et gentes
que non cognoverunt te ad te current
propter dominum deum tuum et sanctum
israhel. quia glorificavit te. Querite domi-
num dum inveniri potest. Invocate eum
dum prope est. Derelinquat impius viam
suam. et vir iniquus cogitationes suas.
et revertatur ad dominum. et miserebitur
eius. et ad deum nostrum. quoniam multus
est ad ignoscendum. Non enim cogitati-
ones mee cogitationes vestre. neque vie

mee in uestre dicit dominus. Quia sicut exaltantur celi a terra: sic exaltate sunt uie mee a uiis uestris: et cogitationes mee a cogitationibus uestris. Et quomodo descendit imber et nix de celo et illuc ultra non reuertitur: sed inebriat terram et infundit eam et germinare eam facit et dat semen serenti et panem comedenti: sic erit uerbum meum quod egredietur de ore meo. Dicit dominus omnipotens. Oremus.

Deus qui ecclesiam tuam semper gentium uocatione multiplicas. concede propitius ut quos aqua baptismatis abluis continua protectione tuearis. Per dominum. Sicut ceruus. tract. Oratio.

Concede quesumus omnipotens deus ut qui festa paschalia agimus celestibus desideriis accensi fontem uite sitiamus. Dominum nostrum ihesum christum filium tuum. Sequitur in choro letania.

Kyrieleison. Christeleyson. Christe audi nos. Pater de celis deus miserere nobis. Spiritus sancte deus miserere nobis.

Sancta maria ora pro nobis.
Sancta dei genitrix. or.
Sancte michael. or.
Omnes sancti angeli et archangeli. or.
Sancte iohannes baptista. or.
Omnes sancti patriarche et prophete. or.
Sancte petre. or.
Sancte paule. or.
Sancte andrea. or.
Omnes sancti apostoli et euangeliste. or.
Omnes sancti discipuli domini. or.
Omnes sancti innocentes. or.
Sancte stephane. or.
Sancte uincenti. or.
Sancte laurenti. or.
Omnes sancti martires. or.
Sancte regule. or.
Sancte siluester. or.
Sancte gregori. or.
Omnes sancti confessores. or.
Sancta maria magdalene. or.
Sancta agnes. or.
Sancta potentiana. or.
Omnes sancte uirgines. or.
Omnes sancti. or.

Kyrieleyson. Christeleyson. Christe audi nos. Fili redemptor mundi deus miserere nobis.
Sancta dei genitrix. or.
Sancte gabriel. or.
Omnes sancti angeli et archangeli. or.
Sancte iacobe. or.
Sancte bartholomee. or.
Sancte iohannes euangelista. or.
Omnes sancti apostoli et euangeliste. or.
Sancte geruasi. or.
Sancte protasi. or.
Sancte leodegari. or.
Omnes sancti martires. or.
Sancte martine. or.
Sancte nicholae. or.
Sancte amande. or.
Omnes sancti confessores. or.
Sancta lucia. or.
Sancta cecilia. or.
Sancta agatha. or.
Omnes sancte uirgines. or.
Omnes sancti. or.

Kyrieleyson Christeleyson. Christe audi nos. Spiritus sancte deus miserere nobis.
Sancta trinitas unus deus. miserere nobis.
Sancta uirgo uirginum. or.
Sancte raphael. or.
Omnes sancti angeli et archangeli. or.
Omnes sancti beatorum spirituum ordines. or.
Sancte philippe. or.
Sancte thoma. or.
Sancte thadee. or.
Sancte mathee. or.
Sancte iacobe. or.
Sancte simon. or.
Sancte mathia. or.
Sancte luca. or.

Sancte marie or.
Sce barnaba or.
Omnes sci apli et euuangeliste. or.
Omnes sancti discipli domini or.
Sancte line or.
Sancte clete or.
Sce clement or.
Sce sixte or.
Sce corneli or.
Sce cipriane or.
Sci cosma et damiane or.
Sci fabiane et sebastiane or.
Sce dionisii cum sociis tuis or.
Sce eustachi cum so. tu. or.
Sce quintine or.
Sce georgi or.
Sce arnulfe or.
Sce cipriane or.
Sce crispine or.
Sce crispiniane or.
Sce xpofore or.
Omnes sci martires or.
Sce leo or.
Sce hylari or.
Sce ambrosi or.
Sce ieronime or.
Sce augustine or.
Sce benedicte or.
Sce remigi or.
Sce germane or.
Sce uedaste or.
Sce amande or.
Sce medarde or.
Sce gildarde or.
Sce frambalde or.
Sce euuremunde or.

Sce leuangi or.
Sce sanctine or.
Sce aumare or.
Sce eligi or.
Sce egidi or.
Sce lupe or.
Sce bertine or.
Omnes sci confessores or.
Sca felicitas or.
Sca perpetua or.
Sca anastasia or.
Sca petronilla or.
Sca scolastica or.
Sca margarita or.
Sca maxentia or.
Sca genoueFa or.
Sca maura or.
Sca brigida or.
Sca barbara or.
Sca fides or.
Sca spes or.
Sca caritas or.
Omnes sce uirgines or.
Omnes sci or.
Propitius esto parce nobis d.
Ab omni malo libera nos d.
Ab insidiis diaboli l.
A periculo mortis l.
A morte subitanea l.
A peste et fame et clade l.
Ab appetitu inanis glorie l.
A dampnatione perpetua l.
Per annuntiationem tuam l.
Per aduentum tuum l.
Per natiuitatem tuam l.
Per circumcisionem tuam l.
Per baptismum tuum l.
Per ieiunium tuum l.

Per passionem et crucem t. l.
Per sanctam mortem t. l.
Per gloriosam resurrectionem t. l.
Per admirabilem ascensionem tuam l.
Per aduentum sancti spiritus paracliti l.
In hora mortis succurre nobis d.
In die iudicii l.
Peccatores te rogamus audi nos.
Ut pacem nobis dones te r.
Ut spatium penitentie nobis dones te r.
Ut compassionem cordis nobis d. te r.
Ut fontem lacrimarum nobis d. te r.
Ut ecclesiam tuam sanctam regere et defensare digneris. te r.
Ut dompnum apostolicum et omnes gradus ecclesiasticos conseruare digneris te r.
Ut antistitem nostrum et cunctas congregationes illi commissas in tuo seruitio sco conseruare digneris. te r.
Ut eharitumnos nostros fortes facti baptismatis purificare digneris te r.
Ut cunctum populum xpianum precioso sanguine tuo redemptum in tuo sancto seruitio conseruare digneris te r.
Ut mentes nostras ad celestia desideria erigas. te r.
Ut fructum terre dare et conseruare digneris te r.
Ut omnibus fidelibus defunctis requiem eternam dones te r.

Ut nos ab omni malo defendere et liberare digneris. Te
Ut ad gaudia eterna nos perducere digneris. Te
Ut nos exaudire digneris. Te
Fili dei Te ij.

Agnus dei qui tollis peccata mundi exaudi nos domine. Agnus dei qui tollis peccata mundi parce nobis domine. Agnus dei qui tollis peccata mundi dona nobis pacem.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Omnipotens sempiterne deus *Benedictio fontis* adesto magne pietatis tue misteriis. adesto sacramentis. et ad creandos novos populos quos tibi fons baptismatis parturit spiritum adoptionis emitte ut quod nostre humilitatis gerendum est misterio tue virtutis impleatur effectu. Per dominum nostrum ihesum christum filium tuum qui tecum vivit et regnat in unitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sursum corda. Habemus ad dominum. Gratias agamus domino deo nostro. Dignum et iustum est.

Equum et salutare. Nos *prefatio*.

Et tibi semper et ubique gratias agere domine sancte pater omnipotens eterne deus. Qui invisibili potentia sacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectum. et licet nos tantis misteriis exequendis simus indigni tu tamen gratie dona non deserens etiam ad nostras preces aures tue pietatis inclinas. Deus cuius spiritus super aquas inter ipsa mundi primordia ferebatur: ut iam tunc virtutem sanctificationis aquarum natura conciperet. Deus qui nocentis mundi crimina per aquas abluens regenerationis speciem in ipsa diluvii effusione signasti. ut unius eiusdemque elementi misterio et finis esset viciis et origo virtutibus. Respice domine in faciem ecclesie tue. et multiplica in ea regenerationes tuas. qui gratie tue affluentis impetu letificas civitatem tuam. fontemque baptismatis aperis toto orbe terrarum gentibus innovandis. ut tue maiestatis imperio sumat unigeniti tui gratiam de spiritu sancto. *Hic dividat aquam manu extensa in modum crucis.*

Qui hanc aquam regenerandis hominibus preparatam archana sui luminis ammixtione fecundet. ut sanctificatione concepta ab immaculato divini fontis utero in novam renata creaturam progenies celestis emergat. Et quos aut sexus in corpore aut etas discernit in tempore. omnes in unam pariat gratia mater infantiam. Procul ergo hinc iubente te domine omnis spiritus immundus abscedat. procul tota nequitia diabolice fraudis absistat. Nichil hic loci habeat contrarie virtutis ammixtio. non insidiando circumvolet. non latendo subrepat. non inficiendo corrumpat. Sit hec sancta et innocens creatura libera ab omni impugnatoris incursu. et totius nequitie purgata discessu.

Hic iterum benedicat aquam.

Sit fons vivus. aqua regenerans. unda purificans. ut omnes hoc lavacro salutifero diluendi operante in eis spiritu sancto perfecte purgationis indulgentiam consequantur.

Unde benedico te creatura aque per deum vivum. per deum verum. per deum sanctum. per deum qui te in principio verbo separavit ab arida. cuius spiritus super te ferebatur. qui te de paradiso manare et in quatuor fluminibus totam terram rigare precepit. Qui te in deserto amaram

suauitate indita fecit esse potabilem. et
sitienti populo de petra produxit.
Benedico te et per iesum xpm filium eius
unicum dominum nostrum. qui te in
chana galilee signo admirabili sua po-
tentia conuertit in uinum. Qui pedibus
super mare ambulauit. et a iohe in
iordane in te baptizatus est. Qui te unà
cum sanguine de latere suo produxit.
et discipulis suis iussit ut credentes bap-
tizarentur in te dicens. Ite docete omnes
gentes baptizantes eos in nomine patris.
et filii et spiritus sancti. Hic mittet uocem
Hec nobis precepta quasi legens.
seruantibus tu deus omnipotens clemens
adesto. tu benignus aspira. Hic
aspiret ter in aquam in modum crucis si-
tu has simplices pliciter quasi legens.
aquas tuo ore benedicito. ut preter natu-
ralem emundationem quam lauandis pos-
sunt adhibere corporibus. sint etiam
purificandis mentibus efficaces. Hic mit-
tat cereus in aquam. et exaltet sacerdos uocem
in modum prefationis.
Descendat in hanc plenitudinem fon-
tis uirtus spiritus tui. totamque huius aque
substantiam regenerandi fecundet effectu.
Hic om- nium peccatorum
maculę deleantur.
Hic natura ad ima-
ginem tuam condita. set
ad honorem sui reformata prin-
cipiis cunctis uetustatis squaloribus
emundetur. Ut omnis homo hoc sa-
cramentum regenerationis ingressus
in uere innocentie nouam infantiam
renascatur. Per dominum nostrum iesum xpm fi-
lium tuum. Qui tecum. Hic extrahatur

Sacerus de fonte. et de cerei cera pariter in
anchificetur aqua degutte in modum crucis
et fecundetur fons iste in nomine pa-
tris. et filii et spiritus sancti. amen. Hic hauriat
sacerdos de aqua benedicta fontis. et ponat in
alio uase. et diuidat et aspergat. et replicet
letania breuis redeundo ad altare. Deinde postquam
sacerdos ponat oleum et crisma si uoluerit. Ole
Coniunctio olei non autem primo dicens
unctionis. et aque baptismatis in nomi-
ne patris. et filii et spiritus sancti amen.
Aspersione aque facta cum uentum fuerit ante alta-
re cantando letaniam. et dum cantat induat
sacerdos casulam dicens. Confiteor. Finita a
letania incipiat missa alta uoce sic.
Kyrieleyson. iii. xpeleyson. iii. kyrieleyson. iii.
Gloria in excelsis. Sequitur oratio cum dominus nobiscum
Deus qui hanc sacratissimam noctem
gloria dominice resurrectionis illus-
tras conserua in noua familie tue proge-
nie adoptionis spiritum quem dedisti ut
mente et corpore renouati purum tibi
exibeant seruitutem. Per eundem. Ad
colocenses
Fratres. Si consurrexistis
cum xpo. que sursum sunt
querite. ubi xps est in dexteram dei se-
dens. Que sursum sunt sapite. non que
sup terram. Mortui enim estis. et uita uestra
abscondita est cum xpo in deo. Cum enim
xps apparuerit uita uestra. tunc et uos
apparebitis cum ipso in gloria. Alleluia.
Confitemini. Laudate d. Statim
sequitur euangelium secundum matheum.
Vespere sabbati que lucescit in prima sabbati.
uenit maria magdalene et altera
maria uidere sepulcrum. Et ecce ter-
remotus factus est magnus. Angelus
enim domini descendit de celo. Et acce-

dens revolvit lapidem. et sedebat super
eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur.
et vestimenta eius sicut nix. Pre ti-
more autem eius exterriti sunt custo-
des. et facti sunt velut mortui. Respon-
dens autem angelus. dixit mulieribus.
Nolite timere vos. Scio enim quod
ihesum qui crucifixus est queritis. Non est
hic. Surrexit enim sicut dixit. Venite
et videte locum ubi positus erat dominus.
Et cito euntes dicite discipulis eius quia
surrexit. et ecce precedit vos in galileam.
Ibi eum videbitis. ecce predixi vobis. Lec-
to euvangelio non dicatur credo. Dominus vobiscum ante
dominus vobiscum. Sed offerenda non cantatur. Secreta.

Suscipe quesumus domine preces populi tui cum
oblationibus hostiarum. ut paschalibus
initiata misteriis ad eternitatis nobis
medelam te operante proficiant. Per. Prefatio.

Vere dignum et iustum est. equum et salutare. Te
quidem omni tempore. sed in hac
potissimum nocte gloriosius predicare. cum
pascha nostrum immolatus est christus. Ipse enim
verus est agnus qui abstulit peccata
mundi. Qui mortem nostram moriendo
destruxit. et vitam resurgendo reparavit.
Et ideo cum angelis. Infra.

Communicantes. et noctem sacratissi-
mam celebrantes resurrectionis do-
mini nostri ihesu christi secundum carnem. sed et
memoriam venerantes in primis gloriose
semper virginis marie genitricis eiusdem
dei et domini nostri ihesu christi. Sed et beatorum.

Hanc igitur oblationem servitutis nostre. sed
et cuncte familie tue quam tibi offerimus.
pro his quoque quos regenerare dignatus
es ex aqua et spiritu sancto. tribuens eis remis-
sionem omnium peccatorum quesumus domine ut

placatus. Et totum quod sequitur sicud solet
fieri fiat. excepto quod nec pax domini nec agnus.
Alleluya. Psalmus. Laudate. V. Dicitur non offertorium
Vespere autem. Magnificat. Dicatur et dum communicavit se sacerdos. Incipiat
Item gloria patri non dicitur. Vespere et missa ista ordine terminatur.

Spiritum nobis domine tue caritatis infun-
de. ut quos sacramentis paschalibus
saciasti tua facias pietate concordes. Per dominum. In
unitate eiusdem. Ite missa est. In resur-
Resurrexi. Hec dies. V. Pascha nostrum. Resurrectione domini

Deus qui hodierna die Collecta.
per unigenitum tuum eternitatis
nobis aditum devicta morte reserasti.
vota nostra que preveniendo aspiras etiam
adiuvando prosequere. Per eundem. Ad corinthios.

Fratres. Expurgate vetus fermentum.
ut sitis nova conspersio sicut estis
azimi. Et enim pascha nostrum immolatus
christus. Itaque epulemur. Non in fermento
veteri. neque in fermento malitie et nequicie.
sed in azimis sinceritatis et veritatis.
Hec dies. Confitemini. Alleluya pascha.
Epitenimus. Secundum marcum.

In illo tempore. Maria magdalene et ma-
ria iacobi. et salome emerunt aromata.
ut venientes ungerent ihesum. Et valde
mane una sabatorum veniunt ad
monumentum. orto iam sole. Et di-
cebant ad invicem. Quis revolvet nobis
lapidem ab hostio monumenti. Et
respicientes. viderunt revolutum lapi-
dem. Erat quippe magnus valde. Et
introeuntes in monumentum. vide-
runt iuvenem sedentem in dextris

coopertum stola candida. et obstupue-
runt. Qui dicit illis. Nolite expavescere.
Ihesum queritis nazarenum. crucifixum.

Surrexit: non est hic. Ecce locus ubi posuerunt eum. Set ite dicite disci pulis eius. & petro: quia pcedet vos i galileam. Ibi eum videbitis: sicut dixit vobis. Terra tremuit. Secre

Suscipe domine qs preces populi tui cum oblationib; hostiarum: ut pas chalib; iniciate misteriis. ad eternitatis nobis medelam te operante pficiant. p.

Vere dignum et iustum est. Te pfat.

Et quidem omni tempore. ut supra.

Communicantes. & diem Infra

Hanc igitur oblationem ut sup.

Pascha nrm. post co.

Spm nobis domine. ut sup.

Introduxit. Confitemini. ps am. fer. ij.

Deus qui solempnitate paschali coll. mundo remedia contulisti. pplm tuu qs celesti dono psequere ut et pfectam libertatem consequi mereatur. & ad vitā pficiat sempiternam. p d. L. actuu

In diebus illis: Stans petrus apostolor in medio plebis. dixit. Viri frs: vos scitis qd factum est verbum p univsā iudeam incipiens a galilea post baptis mum quod predicavit iohs ihm a nazareth. quomodo unxit eum deus spu sco. & virtute. Qui ptransiit be nefaciendo. & sanando oms oppssos a diabolo: quoniam deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium que fecit in regione iudeorum & ierlm:

quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc de suscitavit tercia die: & dedit eum ma nifestum fieri non omni pplo. set testib; poi

dinatis a deo. nobis qui manducavimus & bibimus cum illo. postquam resurrexit a mortuis. Et precepit nobis predicare pplo & testificari: quia ipse est qui constitut; a deo. iudex vivorum. & mortuorum. Huic omnes pphete testimonium pibent. remissionem peccatorum accipere per nomen eius. omnes qui credunt in eum.

Hec dies. Dicat nunc. Alleluya. Nonne cor nrm

In illo tpr: Duo ex discipulis Scdm lucam ihu ibant ipsa die in castellum quod est in spatio stadiorum sexaginta ab ierusa lem: nomine emaus. Et ipsi loquebant ad invicem. de his omnibus que accide rant. Et factum est dum fabularent & secum quererent: & ipse ihc appropi quans ibat cum illis. Oculi autem eor tenebantur: ne eum agnoscerent. Et ait ad illos. Qui sunt hii sermones quos confertis ad invicem ambulantes & estis tristes: Et respondens unus cui no men cleophas. dixit ei. Tu solus pegrin es in ierlm: & non cognovisti que fca sunt in illa his diebus. Quibus ille dixit. Que: Et dixerunt. De ihu naza reno: qui fuit vir ppha potens in ope & sermone coram deo & omni populo. Et quomodo tradiderunt eum summi sa cerdotes. & principes nri in dampnatioe mortis: & crucifixerunt eum. Nos autē sperabamus: quia ipse eēt redempturus isrl. Et nunc sup hec omnia: tercia dies est hodie quo hec facta sunt. Sz & mulieres quedam ex nostris terrue runt nos: que ante lucem fuerunt ad monumentum. Et non invento corpe

eius: uenerunt dicentes se etiam uisionem
angelorum uidisse. qui dicunt eum uiuere.
Et abierunt quidam ex nostris ad monu-
mentum: et ita inuenerunt sicut mulie-
res dixerunt. ipsum uero non inuenerunt.
Et ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde
ad credendum: in omnibus que locuti sunt
prophete. Nonne hec oportuit pati christum. et
ita intrare in gloriam suam: Et incipi-
ens a moyse et omnibus prophetis: interpre-
tabatur illis in omnibus scripturis que
de ipso erant. Et appropinquauerunt
castello quo ibant: et ipse se finxit longius
ire. Et coegerunt illum dicentes. Mane
nobiscum quoniam aduesperascit: et inclinata est
iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est
dum recumberet cum illis accepit panem
benedixit ac fregit. et porrigebat illis. Et
aperti sunt oculi eorum: et cognouerunt
eum. Et ipse euanuit ex oculis eorum.
Et dixerunt ad inuicem. Nonne cor nostrum
ardens erat in nobis dum loqueretur
in uia. et aperiret nobis scripturas: Et
surgentes eadem hora: regressi sunt in iherusalem.
Et inuenerunt congregatos undecim et eos
qui cum ipsis erant dicentes quod surrexit
dominus uere. et apparuit symoni. Et
ipsi narrabant que gesta erant in uia:
et quomodo cognouerunt eum: in frac-
tione panis. Angelus domini. Secreta.

Suscipe domine quesumus preces ut supra.
Te quidem omni tempore. Prefacio
Communicantes et diem. ut supra. infra.
Hanc igitur oblationem. ut supra.
Surrexit dominus. post communionem.
Spiritum nobis domine. Feria tercia.

Deus qui ecclesiam collecta. Aqua sapientie. commemoratio sancti ambrosii
tuam nouo semper fetu multiplicas:
concede famulis tuis: ut sacramentum
uiuendo teneant. quod fide perceperunt. Per dominum.
In diebus illis: Surgens lectio actuum apostolorum
paulus: et manu silentium indicens. Uiri
fratres filii generis Abraham: et qui in uo-
bis timent deum. uobis uerbum salutis
huius missum est. Qui enim habita-
bant iherusalem et principes eius ignorantes
ihesum. et uoces prophetarum que per omne
sabbatum leguntur. iudicantes impleuerunt.
Et nullam causam mortis inuenientes in
eum: petierunt a pilato ut interficerent
eum. Cumque consummassent omnia que de
eo scripta erant: deponentes eum de ligno.
et posuerunt eum in monumento. Deus
uero suscitauit eum a mortuis: tertia
die. Qui uisus est per multos dies. hiis
qui simul ascenderant cum eo de galilea
in iherusalem: qui usque nunc sunt testes
eius ad plebem. Et nos uobis annun-
ciamus eam: que ad patres nostros repro-
missio facta est: quoniam hanc deus adimple-
uit filiis nostris. Resuscitans ihesum christum:
dominum nostrum. Hec dies. Di-
cat nunc. Alleluia. Christus resurgens.

In illo tempore. Stetit ihesus in secundum lucam
medio discipulorum suorum: et
dixit eis. Pax uobis. Ego sum: nolite
timere. Conturbati uero et conterriti exis-
timabant se spiritum uidere. Et dixit eis.
Quid turbati estis. et cogitationes ascendunt
in corda uestra: Uidete manus meas et
pedes: quia ipse ego sum. Palpate et
uidete quia spiritus carnem et ossa non

habet: sicut me videtis habere. Et cum
hoc dixisset: ostendit eis manus & latus.
Adhuc autem illis non credentibus et
mirantibus pre gaudio: dixit. Habe-
tis hic aliquid quod manducetur. At
illi obtulerunt ei partem piscis assi &
favum mellis. Et cum manducasset
coram eis: sumens reliquias dedit
eis. Et dixit ad illos. Hec sunt verba
que locutus sum ad vos: cum adhuc
essem vobiscum. quoniam necesse est impleri omnia
que scripta sunt in lege moysi et
prophetis & psalmis de me. Tunc aperuit
illis sensum: ut intelligerent scrip-
turas. Et dixit eis. Quoniam sic scrip-
tum est. & sic oportebat christum pati &
resurgere a mortuis die tertia. Et
predicari in nomine eius penitentiam
& remissionem peccatorum: in omnes
gentes. Intonuit de celo. Secreta.
Suscipe domine fidelium preces cum ob
lationibus hostiarum. ut per hec
pie devotionis officia. ad celestem
gloriam transeamus. per dominum. Prefatio
Te quidem omni tempore. Ut supra
Communicantes & diem. Infra
Hanc igitur oblationem
Si consurrexistis cum christo. Post communio.
Concede quesumus omnipotens deus ut paschalis
perceptio sacramenti continua in
nostris mentibus perseveret. per dominum.
Venite benedicti. Cantate domino canticum novum. Feria iiii.
Deus qui nos resurrectionis Collecta.
dominice annua solempnitate
letificas. concede propitius: ut per temporalia
festa que agimus pervenire ad gau-
dia eterna mereamur. per eundem. Lectio
In diebus illis. Actuum apostolorum.
Aperiens petrus os suum. dixit. Viri
israhelite. & qui timetis deum audite.
Deus abraham. & deus ysaac. & deus iacob
deus patrum nostrorum glorificavit filium
suum ihesum. quem vos quidem tradidistis
& negastis ante faciem pilati: iudicante
illo dimitti. Vos autem sanctum & iustum
negastis: et petistis virum homicidam
donari vobis. Auctorem vero vite inter-
fecistis: quem deus suscitavit a mor-
tuis. cuius nos testes sumus. Et nunc
fratres scio quia per ignorantiam fecistis:
sicut & principes vestri. Deus autem qui
prenuntiavit per os omnium prophetarum
pati christum suum: implevit sic. Penite-
mini igitur & convertimini: ut deleantur
vestra peccata. Hec dies. Dextera domini. Alleluia
Angelus domini. Respondens autem angelus.
In illo tempore. Manifestavit Secundum iohannem.
se ihesus discipulis suis ad mare tyberia-
dis: manifestavit autem sic. Erant
autem simul symon petrus & thomas
qui dicitur didimus. & nathanael qui
erat a chana galilee. & filii zebedei. et
alii ex discipulis eius duo. Dicit eis
simon petrus. Vado piscari. Dicunt ei.
Venimus & nos tecum. Et exierunt &
ascenderunt in navim. & illa nocte
nichil prendiderunt. Mane autem iam
facto: stetit ihesus in littore. non tamen
cognoverunt discipuli quia ihesus est.
Dicit ergo eis ihesus. Pueri: numquid
pulmentarium habetis: Responderunt
ei. Non. Dixit eis. Mittite in dexteram
navigii rethe. & invenietis. Miserunt
ergo: & iam non valebant illud trahe-
re pre multitudine piscium. Dicit ergo
discipulus ille quem diligebat ihesus:
petro Dominus est. Symon petrus cum
audisset quia dominus est: tunicam

succinxit se· erat enim nudus· et misit se
in mare· Alii autem discipuli· navigi
o venerunt· Non enim longe erant a
terra· sed quasi cubitis ducentis trahe
tes rethe piscium· Ut ergo descenderunt in
terram viderunt prunas positas· et
piscem superpositum· Et panem· Di
cit eis ihs· Afferte de piscibus· quos
prendidistis nunc· Ascendit simon
petrus· et traxit rethe in terram ple
num magnis piscibus centum quin
quaginta tribus· Et cum tanti essent·
non est scissum rete· Dicit eis ihs· Ve
nite prandete· Et nemo audebat dis
cumbentium interrogare eum tu quis
es· scientes quia dominus est· Et ve
nit ihs· et accepit panem et dedit eis·
et piscem similiter· Hoc iam tertio
manifestavit est ihs discipulis suis·
cum resurrexisset a mortuis.

Portas celi aperuit d· Secr·

Sacrificia domine paschalibus gau
diis immolamus quibus ecclesia tua
mirabiliter pascitur et nutritur per d·

Te quidem omni tempore· Prefatio·

Communicantes et cetera· Hanc igitur· infra·

Xpc resurgens ex mortuis· post com·

Ab omni nos quesumus domine vetustate pur
gatos sacramenti tui veneranda
perceptio in novam transferat creaturam·
per dominum· Fer· quinta·

Victricem manum tuam· Confitemini domino· am·

Deus qui diversitatem gentium in oro
confessionem tui nominis adunasti
da ut renatis fonte baptismatis una
sit fides mentium et pietas actionum·
per dominum· Lect· Actuum apostolorum

In diebus illis· Angelus domini locutus
est ad philippum dicens· Surge et
vade contra meridianum ad viam que
descendit ab ihrlm in gazam· hec est
deserta· Et surgens abiit· Et ecce
vir ethyops eunuchus potens candacis
regine ethiopum· qui erat super
omnes gazas eius· venerat adorare in
ihrlm· et revertebatur sedens super cur
rum suum· legensque ysaiam prophetam·
Dixit autem spiritus philippo· Accede· et
adiunge te ad currum istum· Accurrens
autem philippus· audivit illum legen
tem ysaiam prophetam· et dixit· Putas
ne intelligis que legis· Qui ait· Et
quomodo possum· nisi aliquis osten
derit michi· Rogavitque philippum·
ut ascenderet et sederet secum· Locus
autem scripture· hic erat quem legebat·
Tanquam ovis ad occisionem ductus
est· et sicut agnus coram tondente se
sine voce· sic non aperuit os suum·
In humilitate iudicium eius subla
tum est· Generationem eius quis enar
rabit· Quoniam tolletur de terra vi
ta eius· Respondens autem eunuchus·
philippo dixit· Obsecro te de quo dicit
propheta hoc· de se· an de alio aliquo· Ape
riens autem philippus os suum· et incipi
piens a scriptura ista· evangelizavit
illi ihm· Et dum irent per viam· ve
nerunt ad quandam aquam· Et ait
eunuchus· Ecce aqua· Quis prohibet
me baptizari· Dixit autem philippus·
Si credis ex toto corde· licet· Et respon
dens ait· Credo dei filium esse ihm
xpm· Et iussit stare currum· Et
descenderunt uterque philippus et eunu
chus in aquam et baptizavit eum·
Cum autem ascendissent de aqua· spiritus
domini rapuit philippum· et amplius

non uidit eum eunuchus. Ibat enim per uiam suam gaudens. Philippus autem inuentus est in azoto. Et pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis donec ueniret cesaream: nomen domini ihesu christi. R. Hec dies. V. Laudem. Alleluya Surgens ihesus dominus. Secundum iohannem

In illo tempore. Maria stabat ad monumentum: foris plorans. Dum ergo fleret inclinauit se et prospexit in monumentum. Et uidit duos angelos in albis sedentes: unum ad caput et unum ad pedes ubi positum fuerat corpus ihesu. Dicunt ei illi. Mulier quid ploras? Dicit eis. Quia tulerunt dominum meum: et nescio ubi posuerunt eum. Hec cum dixisset: conuersa est retrorsum. Et uidit ihesum stantem: et non sciebat quia ihesus est. Dicit ei ihesus. Mulier: quid ploras? Quem queris? Illa existimans quia ortolanus esset: dicit ei. Domine si tu sustulisti eum dicito michi ubi posuisti eum: et ego eum tollam. Dicit ei ihesus. Maria. Conuersa illa: dicit ei. Raboni: quod dicitur magister. Dicit ei ihesus. Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres tuos et dic eis. Ascendo ad patrem meum et patrem uestrum: deum meum et deum uestrum. Venit maria magdalene annuntians discipulis: quia uidi dominum: et hec dixit michi.

In die solempnitatis. Secreta.

Suscipe quesumus domine munera populorum tuorum propitius ut confessione tui nominis et baptismate renouati sempiternam beatitudinem consequantur. Per dominum.

Te quidem omni tempore et cetera. Prefatio

Populus adquisitionis. Post communio.

Exaudi domine preces nostras ut redemptionis nostre sacrosancta commercia et uite nobis conferant presentis auxilium et gaudia sempiterna concilient. Per dominum. Feria vi.

Eduxit eos dominus. Attendite populus. Amen.

Omnipotens sempiterne deus qui Collecta.

paschale sacramentum in reconciliationis humane federe contulisti. da mentibus nostris: ut quod professione celebramus. imitemur effectu. Per dominum. Beati petri apostoli

Christus semel pro peccatis Lectio

nostris mortuus est: iustus pro iniustis. ut nos offerret deo mortificatos quidem carne. uiuificatos autem spiritu. In quo et hiis qui in carcere erant. spiritualiter ueniens predicauit. Qui increduli fuerant aliquando: expectabant dei patientiam in diebus noe cum fabricaretur archa in qua pauci. idest octo anime salue facte sunt per aquam. Quod et nos nunc similis forme. saluos facit baptisma Non carnis depositio sordium: set conscientie bone interrogatio per deum. Per resurrectionem ihesu christi: qui est in dextera dei. R. Hec dies. V. Benedictus qui. Alleluya. Surrexit dominus. Secundum matheum.

In illo tempore. Undecim discipuli abierunt in galileam: in montem ubi constituerat illis ihesus. Et uidentes eum adorauerunt: quidam autem dubitauerunt. Et accedens ihesus: loquutus est eis dicens. Data est michi omnis potestas: in celo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. docentes eos seruare omnia quecumque mandaui uobis. Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.

Erit uobis hic dies. Secreta.

Hostias quesumus domine placatus assume. quas pro renatorum expiatione peccati deferimus. et pro acceleratione celestis auxilii. Per dominum.

Te quidem omni tempore et cetera. Prefatio.

Data est michi

Data est michi omnis potestas. post.
Respice q̄s domine p̄p̄lm tuum. et
quem eternis dignatus es renouare
misteriis. a temporalibus culpis dignan-
ter absolue. p̄ d̄c. Sabbato.
Eduxit dominus p̄p̄lm suum. Cōfitemini dn̄o
et inuocate. s̄ am̄. coll.
Concede q̄s omp̄s deus ut qui festa pas-
chalia uenerando egimus. per hec con-
tingere ad gaudia eterna mereamur. p̄.
Karissimi. Deponentes. l. e. b. pet. apo. stoli.
omnem maliciam et omnem
dolum et simulationes. et inuidias. et omnes
detractiones. sicut modo geniti infantes
rationabiles sine dolo lac concupiscite. ut
in eo crescatis in salutem. si tamen gus-
tastis. quoniam dulcis est dominus. Ad quem
accedentes lapidem uiuum ab hominibus
quidem reprobatum. a deo autem electum
et honorificatum. Et ipsi tanquam lapi-
des uiui superedificamini domos spirituales.
sacerdotium sanctum. offerentes spirituales
hostias acceptabiles deo per ihesum christum. Propter quod
continet scriptura. Ecce pono in syon lapi-
dem summum angularem electum pre-
ciosum. et omnis qui credit in eum non
confundetur. Vobis igitur honor creden-
tibus. non credentibus autem lapis quem
reprobauerunt edificantes. hic factus est
in caput anguli. Et lapis offensionis
et petra scandali. hiis qui offendunt uer-
bo. nec credunt in quo et positi sunt.
Vos autem genus electum. regale sacer-
dotium. gens sancta. populus adquisitionis.
ut uirtutes annuntietis eius qui de
tenebris uos uocauit in admirabile
lumen suum. Qui aliquando non
populus. nunc autem populus dei. Qui non
consequuti misericordiam. nunc autem mi-
sericordiam consequuti.

In illo tempore. Vna sabbati. Secundum Johannem.
maria magdalene uenit mane
cum adhuc tenebre essent ad monumen-
tum. et uidit lapidem sublatum a mo-
numento. Cucurrit ergo et uenit ad
symonem petrum. et ad alium disci-
pulum quem amabat ihesus et dicit
eis. Tulerunt dominum de monumen-
to. et nescio ubi posuerunt eum. Exiit
ergo symon petrus et ille alius discipu-
lus. et uenerunt ad monumentum.
Currebant autem duo simul. sed ille
alius discipulus precucurrit citius
petro. et uenit primus ad monumen-
tum. Et cum se inclinasset. uidit
lintheamina posita. non tamen intro-
iuit. Venit ergo symon petrus sequens
eum. et introiuit in monumentum.
Et uidit lintheamina posita. et sudari-
um quod fuerat super caput eius.
non cum linthaminibus positum
sed separatim inuolutum in unum
locum. Tunc ergo introiuit et ille dis-
cipulus qui uenerat primus ad mo-
numentum. et uidit et credidit. Non-
dum enim sciebant scripturas. quia
oporteret eum a mortuis resurgere.
Concede q̄s domine. Secreta.
semper nos per hec misteria pas-
chalia gratulari. ut continua nostre
reparationis operatio perpetue nobis fiat
causa leticie. p̄. Prefatio.
Te quidem omni tempore. post co.
Redemptionis nostre munere uegeta-
ti q̄s domine. ut hoc perpetue salu-
tis auxilium fides semper uera proficiat. p̄.
Vidi aquam. Confitemini. s̄ am̄. Ad aspersionem aque.
Christus resurgens. In pascha ad processionem.
Sedit angelus. In pascha eundo ad fontes.
Ego sum alpha. Dominica post octauas pasche ad pr.

In octab pasche debent oīa fieri sič in die. excepto q̄ n̄ vadit, ꝓcessio ad fontes.

Resurrexi ⁊ adhuc. ℞. Dn̄e ꝓbasti ~~⁊ cetera sicut in die pasche~~. Missa in annot pascha.

Resurrexi ⁊ adhuc. ℞. Dn̄e ꝓb. Oratio.

Deus cuius prudentia nec ꝓteritorum momenta deficiunt. nec ulla sup̄est expectatio futurorum. tribue ꝑmanentem in cordibus nostris huius quem recolimus paschalis solempnitatis effectum. ut quod recordatione percurrimus. semper opere teneamus. Ꝑ. Ad ephesios.

Fratres. Non cesso gratias agens. Or. ꝓ vobis. memoriam vestri faciens in orationibus meis ut deus dn̄i nr̄i ihū xp̄i pater glorie det vobis spm̄ sapientie. ⁊ revelationis ī agnitione eius. illuminatos oculos cordis vr̄i ut sciatis que sit spes vocatoīs vr̄e. ⁊ que divitie glorie hereditatis eius in sanctis. Et que sit supeminēs magnitudo virtutis eius in nos. q̄ credimus secl̄m operationem potentie virtutis eius q̄m operatus est ī xp̄o. suscitans illum a mortuis. ⁊ constituens ad dexteram eius in celestib; sup̄ omnem principatum vel ꝑtatem. ⁊ virtutem. ⁊ dominationem. ⁊ omne nomen quod nominatur. non solū in hoc seculo. set etiam in futuro.

In illo tp̄e. Erat Secl̄m iohem. homo ex phariseis nichodemus nomīe. ꝑncepꝭ iudeorum. Hic venit ad ihm̄ nocte. ⁊ dixit ei. Rabbi. scimus quia a deo venisti magister. Nemo enim potest hec singna facere que tu facis. nisi fuerit deus cum eo. Respondit ihs. ⁊ dixit ei. Am̄ am̄ dico tibi. nisi quis renatus fuerit denuo. non potest introire in regnum dei. Dixit ad eum nichodem̄. Quomodo potest homo nasci cum sit senex. Numquid potest in ventrem matris sue iterato introire ⁊ renasci. Respondit ihs. Am̄ am̄ dico tibi. nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spū sc̄o. non potest intrare in regnum dei. Quod natum est ex carne. caro est. Et quod natum est ex spū. sp̄s est. Non mireris quia dixi tibi. oportet vos nasci denuo. Sp̄s ubi vult spirat. ⁊ vocem eius audis. set ni scis unde veniat aut quo vadat. Sic est omnis. qui natus est ex spū. Respondit nichodemus ⁊ dixit ei. Quomodo possunt hec fieri. Respondit ihs et dixit ei. Tu es magist̄ in isrl̄ ⁊ hec ignoras. Am̄ am̄ dico tibi quia q̄d scimus loq̄mur. ⁊ quod vidimus testamur. et testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis ⁊ non creditis. Q̄o modo si dixero vobis celestia credetis. Et nemo ascendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo. Et sicut moyses exaltavit serpentem in deserto. ita exaltari oportet filium hominis. Ut omnis qui credit in ipsum non pereat. set habeat vitam eternam. Secr̄.

Clementiam tuam domine suppliciter exoramus ut paschalis muneris sacramentum quod fide recolimus et spe desideramus intenti. ꝑpetua dilectione capiamus. Ꝑ. Post com̄.

Tua nos q̄s domine que sumpsimus sancta purificent ⁊ operationis sue remedio nos ꝑficiant ēē placatos. Ꝑ.

Incipiūt orōne de resurrectione.

Concede q̄s omp̄s. Fer. ij. ad font.

Deus. ut qui resurrectionis dn̄ice solempnia colimus innovatione tui sp̄c. a morte anime resurgamus. Ꝑ.

eundem. In unitate eiusdem. Ad fon
tes.
Presta q̄s omnip̄s deus. ut qui
resurrectionis dominice solemp-
nia colimus ereptionis nostre leticiam
suscipere mereamur. Per eund. Ad
crucem.
Presta q̄s omnip̄s deus ut qui gr̄am
dñice resurrectionis agnouim̄.
ipsi per amorem sp̄c a morte anime re-
surgam̄. Per eu. In unit. Fer. ii. ad
uesperas.
Concede q̄s omnip̄s deus.
ut qui peccatorum nostrorum pondere pre-
mimur. a cunctis malis imminentib;
per hec paschalia festa liberemur. Per.
Ad fontes.
Concede q̄s omnip̄s deus.
ut festa paschalia que uenerādo
colimus etiam uiuendo teneam̄. Per.
Ad fontes. Ad cru.
Deus qui populum
tuum de hostis callidi seruitute li
berasti. preces eius misericorditer respi
ce. et aduersantes ei tua uirtute pro
sterne. Per. Fer. iii. ad uesperas.
Concede q̄s omnip̄s deus. ut qui pas
chalis festiuitatis solempnia co-
limus. in tua semper sanctificatione
uiuamus. Per. Ad fontes.
Presta q̄s omnip̄s deus ut per hec pascha
lia festa que colimus. deuoti in
tua semper laude uiuamus. Per. Ad
crucem.
Deus qui conspicis familiā
tuam. omni humana uirtute
destitui. paschali interueniente festiui-
tate. tui eam brachii protectione cus-
todi. Per. Fer. iiii. ad uesperas.
Presta q̄s omnip̄s deus ut huius
paschalis festiuitatis mirabile
sacramentum. et temporalem nobis
tranquillitatem tribuat et uitam con-
ferat sempiternam. Per. Ad fontes.
Deus qui nos per paschalia festa
letificas. concede propitius ut ea q̄

deuote agimus te adiuuante fideli-
ter teneam̄. Per. Ad crucem.
Tribue q̄s omnip̄s deus. ut illuc
tendat christiane deuotionis affectus.
quo tecum est nostra substantia. Ihesus christus
d. Fer. v. ad v.
Deus qui nobis ad celebrandum
paschale sacramentum liberiores
animos prestitisti. doce nos et metuere
quod irasceris. et amare quod precipis. Per.
Da q̄s omnip̄s deus ut. Ad fontes.
ecclesia tua. et suorum firmitate
membrorum. et noua semper fecundi
tate letetur. Per. In reditu.
Multiplica q̄s domine fidem popu
li tui. ut cuius per te sumpsit
initium. per te consequatur augmentum. Per.
Deus qui credentes in te populos gratie
tue largitate multiplicas. respi
ce propitius ad electionem tuam. ut
qui sacramento baptismatis sunt re-
nati regni celestis mereantur introitum. Per.
Fer. vi. ad v.
Adesto domine familie Ad fontes
tue. et dignanter impende. ut
quibus fidei gratiam contulisti. et coro-
nam largiaris eternam. Per. In redi
tu.
Deus per quem nobis et redemptio
uenit. et prestatur adoptio. respice
in opera misericordie tue. ut in christo rena-
tis. et eterna tribuatur hereditas. et
uera libertas. Per. Sabbato orat.
Deus totius conditor creature. famu-
los tuos quos fonte renouasti bap-
tismatis. quosque gratie plenitudine
solidasti. in adoptionis sorte facias
dignanter ascribi. Per. Alia.
Deus qui multiplicas ecclesiam tuam.
in sobole renascentium. fac eam
propitius gaudere de suorum profectibus
filiorum. Per. De resur.

Deus qui nos exsul- Alia
tantibus animis paschale
tuum celebrare tribuisti fac nos
quesumus et temporalibus gaudere subsidiis
et eternitatis affectibus gratulari. Per.

Deus qui ad eternam vitam in Christi
resurrectione nos reparas. erige
nos ad consedentem in dextera tua
nostre salutis auctorem. ut qui propter nos
iudicandus advenit. pro nobis iudica-
turus adveniat. Ihesus Christus dominus
noster. Qui tecum. Alia.

Deus reparator innocentie et amator.
dirige ad te tuorum corda servorum.
ut de infidelitatis tenebris liberasti. num-
quam a tue veritatis luce discedant. Per.

Presta nobis omnipotens et misericors Alia
deus. ut in resurrectione domini
nostri ihesu Christi percipiamus veraciter
portionem. Qui tecum. Alia.

Repelle quesumus domine conscriptum pec-
cati lege cyrographum. quod in
nobis paschali misterio per resurrectionem
filii tui vacuasti. Qui tecum. Alia.

Deus qui ad eternam vitam in Christi
resurrectione nos reparas imple
pietatis tue ineffabile sacramentum.
ut cum in maiestate sua salvator
noster advenerit quos fecisti baptis-
mo regenerari. beata facias immortali-
tate vestiri. Per eundem. Dominica i octave pasche.

Quasi modo. Pro Exultate deo. Secreta Ante

Presta quesumus omnipotens deus ut Coll.
qui paschalia festa peregimus.
hec te largiente moribus et vita tenea-
mus. Per. Lectio epistole beati iohannis apostoli.

Karissimi. Omne quod natum est ex deo.
vincit mundum. Et hec est victo-
ria que vincit mundum fides nostra.
Quis est autem qui vincit mundum.
nisi qui credit quoniam ihesus est filius dei.
Hic est qui venit per aquam et sangui-
nem ihesus Christus. Non in aqua solum. sed
in aqua et sanguine. Et spiritus est qui
testificatur. quoniam Christus est veritas. Quoniam
tres sunt qui testimonium dant in
terra. spiritus. aqua. et sanguis. Et tres sunt
qui testimonium dant in celo. pater.
verbum. et spiritus sanctus. Et hii tres unum
sunt. Si testimonium hominum ac-
cipimus. testimonium dei maius est.
Quoniam hoc est testimonium dei quod maius
est. quod testificatus est de filio suo. Qui cre-
dit in filium dei. habet testimonium
dei in se. Secundum iohannem.

In illo tempore. Cum esset sero die illo
una sabbatorum et fores essent clause ubi
erant discipuli congregati propter
metum iudeorum. venit ihesus et
stetit in medio et dixit eis. Pax vobis.
Et cum hoc dixisset ostendit eis manus
et latus. Gavisi sunt ergo discipuli vi-
so domino. Dixit ergo eis iterum pax
vobis. Sicut misit me pater et ego
mitto vos. Hoc cum dixisset insuffla-
vit et dixit eis. Accipite spiritum sanctum.
Quorum remiseritis peccata. remittun-
tur eis. et quorum retinueritis reten-
ta sunt. Divisio Thomas autem
unus ex duodecim qui dicitur didimus.
non erat cum eis. quando venit ihesus.
Dixerunt ergo ei alii discipuli. Vidi-
mus dominum. Ille autem dixit eis.
Nisi videro in manibus eius fixuram
clavorum et mittam digitum meum in locum clavorum
et mittam manum meam
in latus eius. non credam. Et post
dies octo iterum erant discipuli eius
intus. et thomas cum eis. Venit ihesus
ianuis clausis. et stetit in medio et dixit.
Pax vobis. Deinde dicit thome. Infer

digitum tuum huc et vide manus meas. Et affer manum tuam et mitte in latus meum. et noli esse incredulus sed fidelis. Respondit thomas et dixit ei. Dominus meus et deus meus. Dixit ei ihesus. Quia vidisti me credidisti. beati qui non viderunt et crediderunt. Multa quidem et alia signa fecit ihesus in conspectu discipulorum suorum. que non sunt scripta in libro hoc. Hec autem scripta sunt. ut credatis quia ihesus est filius dei. Et ut credentes vitam habeatis in nomine eius. Secreta.

Suscipe munera quesumus domine exultantis ecclesie ut cui causam tanti gaudii contulisti perpetue fructum concede leticie. Per. Post com.

Quesumus domine deus noster ut sacrosancta misteria que pro reparationis nostre munimine contulisti et presens nobis remedium esse facias et futurum. Per. Fer. iiij. Ad hebreos.

Fratres. Obedite prepositis vestris. et subiacete eis. Ipsi enim pervigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri. ut cum gaudio hoc faciant et non gementes. Hoc enim non expedit vobis. Orate pro nobis. Confidimus enim quia bonam conscientiam habemus in omnibus bene volentes conversari. Amplius autem deprecor vos hoc facere. quo celerius restituar vobis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium in sanguine testamenti eterni. dominum nostrum ihesum christum aptet vos in omni bono. ut faciatis voluntatem eius. faciens in vobis quod placeat coram se per ihesum christum. Cui gloria in secula seculorum. Secundum marcum.

In illo tempore. Surgens ihesus mane prima sabbati. apparuit primo marie magdalene. de qua eiecerat septem demonia. Illa vadens nuntiavit hiis qui cum eo fuerant. lugentibus et flentibus. Et illi audientes quia viveret et visus esset ab ea. non crediderunt. Post hec autem duobus ex eis ambulantibus ostensus est in alia effigie. euntibus in villam. Et illi euntes nuntiaverunt ceteris. Fer. vj. Secundum mat.

In illo tempore. Exierunt cito mulieres de monumento. cum timore et gaudio magno currentes nuntiare discipulis eius. Et ecce ihesus occurrit illis dicens. Avete. Ille autem accesserunt et tenuerunt pedes eius. et adoraverunt eum. Tunc ait illis ihesus. Nolite timere. Ite nuntiate fratribus meis. ut eant in galileam. ibi me videbunt. Que cum abissent. ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem et nuntiaverunt principibus sacerdotum omnia que facta fuerant. Et congregati cum senioribus. consilio accepto pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes. Dicite quia discipuli eius nocte venerunt. et furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a preside. nos suadebimus ei. et securos vos faciemus. At illi accepta pecunia. fecerunt sicut erant docti. Et divulgatum est verbum istud apud iudeos. usque in hodiernum diem.

Misericordia d. ℣. Exultate iusti. S. aut. Dominica .ij. p. coll.

Deus qui in filii tui humilitate iacentem mundum erexisti. fidelibus tuis perpetuam concede leticiam. ut quos perpetue mortis eripuisti casibus. gaudiis facias sem-

Ypcterius pertinu. p eiusd. Lect. e. b. petri apostoli.

Karissimi. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur non maledicebat. Cum pateretur non comminabatur. Tradebat autem iudicanti se iniuste. Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum ut peccatis mortui iusticie vivamus. Cuius livore sanati sumus. Eratis enim sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum. Sequentia s. evangelii secundum iohannem.

In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis. Mercennarius et qui non est pastor cuius non sunt oves proprie, videt lupum venientem et dimittit oves et fugit. Et lupus rapit et dispergit oves. Mercennarius autem fugit quia mercennarius est et non pertinet ad eum de ovibus. Ego sum pastor bonus. Et cognosco meas et cognoscunt me mee. Sicut novit me pater et ego agnosco patrem et animam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo que non sunt ex hoc ovili et illas oportet me adducere et vocem meam audient. Et fiet unum ovile et unus pastor. Secreta.

Benedictionem nobis domine conferat salutarem sacra semper oblatio ut quod agit misterio virtute perficiat. Per. Post com.

Presta nobis omnipotens deus ut vivificationis tue gratiam consequentes in tuo semper munere gloriemur. Per.

Karissimi. Scientes Fr. iiii. post apli. quod non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conversatione paterne traditionis, sed precioso sanguine quasi agni incontaminati et immaculati ihesu christi. Precogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem novissimis temporibus propter vos qui per ipsum fideles estis in deo. Qui suscitavit eum a mortuis et dedit ei gloriam ut fides vestra et spes esset in deo. Qui suscitavit eum a mortuis et dedit ei gloriam ut fides vestra et spes esset in deo. Animas vestras castificantes in obedientia caritatis in fraternitatis amore simplici ex corde invicem diligite attentius renati non ex semine corruptibili per verbum dei vivi et permanentis, quia omnis caro ut fenum et omnis gloria eius tamquam flos feni. Exaruit fenum et flos eius decidit. Verbum autem domini manet in eternum. Sequentia s. evangelii secundum lucam.

In illo tempore: Una sabbati valde diluculo venerunt mulieres ad monumentum portantes que paraverant aromata. Et invenerunt lapidem revolutum a monumento et ingresse non invenerunt corpus domini ihesu. Et factum est dum mente consternate essent de isto, ecce duo viri steterunt iuxta illas in veste fulgenti. Cum timerent autem et declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas: Quid queritis viventem cum mortuis? Non est hic sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis cum adhuc in galilea esset dicens quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum et crucifigi et die

tertia resurgere. Et recordate sunt ver-
borum eius. et regresse a monumento
nuntiauerunt hec omnia illis un-
decim. et ceteris omnibus. Erat autem
maria magdalene. et iohanna. et mari-
a iacobi. et que cum eis erant que dice-
bant ad apostolos hec. Et uisa sunt ante
illos sicut deliramentum uerba ista.
et non credebant illis. Petrus autem
surgens cucurrit ad monumentum.
et procumbens uidit linteamina sola po-
sita. Et abiit secum mirans. quod fac-
tum fuerat. Fer. vi. secundum matheum.

In illo tempore. Accesserunt ad ihesum
discipuli iohannis dicentes. Quare nos
et pharisei ieiunamus frequenter. disci-
puli autem tui non ieiunant. Et
ait illis ihesus. Numquid possunt filii spon-
si lugere. quamdiu cum illis est spon-
sus. Venient autem dies. cum aufere-
tur ab eis sponsus. et tunc ieiunabunt.
Nemo enim inmittit commissuram
panni rudis in uestimentum uetus.
Tollit enim plenitudinem eius a uesti-
mento. et peior scissura fit. Neque mittunt
uinum nouum in utres ueteres. Alio-
quin rumpuntur utres. et uinum effunditur.
et utres pereunt. Set uinum nouum
in utres nouos mittunt. et ambo con-
seruantur. Dominica iii.

Iubilate deo. p. Dicite deo. s. ant. coll.

Deus qui errantibus ut in uiam
possint redire iusticie ueritatis tue
lumen ostendis. da cunctis qui christiana
professione censentur. et illa respuere que
huic inimica sunt nomini. et ea que
sunt apta sectari. per. petri apostoli.

Karissimi. Obsecro uos tamquam aduenas
et peregrinos. abstinere uos a
carnalibus desideriis que militant

aduersus animam. Conuersationem
uestram inter gentes habentes bonam. ut in
eo quod detractant de uobis tamquam de male-
factoribus. ex bonis operibus uos considerantes.
glorificent deum in die uisitationis. Sub-
iecti igitur estote omni humane creature.
propter deum. Siue regi. quasi precellenti.
Siue ducibus tamquam ab eo missis.
ad uindictam malefactorum. laudem uero
bonorum. Quia sic est uoluntas dei. ut
benefacientes obmutescere faciatis impru-
dentium hominum ignorantiam. Quasi
liberi. et non quasi uelamen habentes ma-
licie libertatem. set sicut serui dei. Om-
nes honorate. Fraternitatem diligite.
Deum timete. regem honorificate. Ser-
ui subditi estote. in omni timore dominis.
Non tantum bonis et modestis. set etiam
dyscolis. Hec est enim gratia. In christo ihesu
domino nostro. Secundum iohannem.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis.
Modicum et iam non uidebitis me. et
iterum modicum et uidebitis me. quia
uado ad patrem. Dixerunt ergo quidam
ex discipulis eius ad inuicem. Quid est
hoc quod dicit nobis modicum et non
uidebitis me. et iterum modicum et
uidebitis me. et quia uado ad patrem.
Dicebant ergo. Quid est hoc quod dicit
modicum. Nescimus quid loquitur.
Cognouit autem ihesus quia uolebant
eum interrogare. et dixit eis. De hoc
queritis inter uos. quia dixi modi-
cum. et non uidebitis me. et iterum
modicum et uidebitis me. Amen amen
dico uobis. quia plorabitis et flebi-
tis uos. mundus autem gaudebit.
Vos autem contristabimini. set tristi-
cia uestra uertetur in gaudium. Mu-
lier cum parit tristiciam habet. quia

Iohannes

uenit hora eius. Cum autem pepererit
puerum: iam non meminit pressu-
re propter gaudium quia natus est
homo in mundum. Et uos igitur
nunc quidem tristiciam habetis. Iterum
autem uidebo uos et gaudebit cor
uestrum. Et gaudium uestrum nemo tol-
let a uobis. *Secreta.*

Ista nobis domine misteriis conferantur quo
terrena desideria mitigantes dis-
camus amare celestia. Per. *Postcom.*

Sacramenta que sumpsimus do-
mine. et spiritualibus nos instaurent
alimentis. et corporalibus tueantur
auxiliis. Per. *Feria iiii. Iohannis apostoli.*

Karissimi: hec scribo uobis ut non
peccetis. Sed et si quis peccauerit:
aduocatum habemus apud patrem
Iesum Christum iustum. et ipse est propitia-
tio pro peccatis nostris. Non pro nostris
autem tantum: sed etiam pro totius
mundi. Et in hoc scimus quoniam cogno-
uimus eum: si mandata eius obserue-
mus. Qui dicit se nosse eum et man-
data eius non custodit: mendax est.
et ueritas in eo non est. Qui autem
seruat uerbum eius: uere in hoc cari-
tas dei perfecta est. In hoc scimus quoniam
in ipso sumus: si in ipso consummati.
Qui dicit se in ipso manere: debet sicut
ille ambulauit. et ipse ambulare.
Karissimi: non mandatum nouum scri-
bo uobis: sed mandatum uetus quod
habuistis ab initio. Mandatum uetus
est: uerbum quod audistis. Iterum
mandatum nouum scribo uobis:
quod est uerum et in ipso et in uobis:
quoniam tenebre transierunt. et lumen
uerum iam lucet. Per Iesum Christum
dominum nostrum. *Secundum Iohannem.*

In illo tempore: Facta est questio ex discipu-
lis Iohannis cum Iudeis de purifica-
tione. et uenerunt ad Iohannem et dixerunt
ei. Rabbi qui erat tecum trans Iorda-
nem cui testimonium perhibuisti. Ecce
hic baptizat et omnes ueniunt ad eum.
Respondit Iohannes et dixit. Non potest
homo accipere quicquam: nisi fuerit
ei datum de celo. Ipsi uos michi testi-
monium perhibetis quod dixerim ego non
sum Christus. sed quia missus sum ante il-
lum. Qui habet sponsam sponsus est.
Amicus autem sponsi qui stat et au-
dit eum: gaudio gaudet propter uocem
sponsi. Hoc ergo gaudium meum
impletum est. Illum oportet crescere.
me autem minui. Qui desursum
uenit: super omnes est. Qui autem
de terra est. de terra loquitur. Qui de
celo uenit: super omnes est. Et quod
uidit et audiuit hoc testatur. et
testimonium eius nemo accipit. Qui
accipit eius testimonium: signauit
quia deus uerax est. Quem enim
misit deus: uerba dei loquitur. Non enim
ad mensuram dat deus spiritum. Pater
diligit filium: et omnia dedit in ma-
nu eius. Qui credit in filium habet
uitam eternam. Qui autem incre-
dulus est filio non uidebit uitam.
sed ira dei manet super eum. *Feria vi. Secundum Iohannem.*

In illo tempore: Dixit Iesus
discipulis suis. Ego lux in hunc
mundum ueni: ut omnis qui credit
in me in tenebris non maneat. Et
si quis audierit uerba mea et non custo-
dierit: ego non iudico eum. Non
enim ueni ut iudicem mundum:
sed ut saluificem mundum. Qui
spernit me et non accipit uerba mea

habet qui iudicet eum. Sermo quem
locutus sum: ille iudicabit eum in
novissimo die. quia ego ex me ipso
non sum locutus. sed qui misit me
pater ipse michi mandatum dedit quid
dicam aut quid loquar. Et scio quia
mandatum eius vita eterna est. Que ergo
ego loquor: sicut dixit michi pater sic
loquor. Dñica iiij.
Cantate domino. ps. Salvavit sibi. añ. coll.
Deus qui fidelium mentes
unius efficis voluntatis. da po-
pulis tuis id amare quod precipis. id desi-
derare quod promittis: ut inter munda-
nas varietates ibi nostra fixa sint cor-
da: ubi vera sunt gaudia. p. l. e. b.
Omne datum iacobi apli.
optimum et omne donum
perfectum desursum est: descendens a
patre luminum. Apud quem non est
transmutatio: nec vicissitudinis ob-
umbratio. Voluntarie enim genuit
nos verbo veritatis: ut simus initi-
um aliquod creature eius. Scitis fratres
mei dilectissimi. Sit autem omnis ho-
mo velox ad audiendum: tardus autem
ad loquendum et tardus ad iram. Ira
enim viri iusticiam dei non operatur.
Propter quod abicientes omnem immun-
diciam et habundantiam malicie: in
mansuetudine suscipite insitum ver-
bum. Quod potest salvare animas
vestras. Sedm iohem.
In illo tempore: Dixit ihs discipulis suis.
Vado ad eum qui me misit. et nemo
ex vobis interrogat me quo vadis.
Sed quia hec locutus sum
vobis: tristicia imple-
vit cor vestrum. Sed
ego veritatem dico [illegible] vobis:

expedit vobis ut ego vadam. Si enim
non abiero: paraclitus non veniet ad
vos. Si autem abiero: mittam eum
ad vos. Et cum venerit ille arguet
mundum de peccato. et de iusticia. et de
iudicio. De peccato quidem: quia
non crediderunt in me. De iusticia vero:
quia ad patrem vado. et iam non
videbitis me. De iudicio autem: quia
princeps mundi huius iam iudicatus
est. Adhuc habeo vobis multa dicere:
sed non potestis portare modo. Cum autem
venerit ille spiritus veritatis. docebit vos
omnem veritatem. Non enim loquetur
a semetipso: sed quecumque audiet loquetur.
et que ventura sunt annuntiabit
vobis. Ille me clarificabit. quia de
meo accipiet: et annuntiabit vobis.
Deus qui nos per huius secr.
sacrificii veneranda commercia
unius summeque divinitatis participes
effecisti. presta quesumus: ut sicut tuam cognos-
cimus veritatem: sic eam dignis mo-
ribus et mentibus assequamur. p.
Adesto nobis domine post com.
deus noster: ut per hec que fideliter
sumpsimus. et purgemur a viciis et a
periculis eruamur. p. Fr. iiij. ad tessa
Fratres. Omnes lonicenses.
vos filii lucis estis: et filii dei.
Non sumus noctis: neque tenebrarum.
Igitur non dormiamus sicut et ceteri:
sed vigilemus et sobrii simus. Qui
enim dormiunt: nocte dormiunt.
Et qui ebrii sunt nocte ebrii sunt.
Nos autem qui diei filii sumus: so-
brii simus. induti loricam fidei et
caritatis. et galeam spei et salutis. quia
non posuit nos deus in iram sed in
adquisitionem salutis per dominum

nostrum ihm xpm qui mortuus est pro
nobis. ut siue uigilemus siue dormiamus.
simul cum illo uiuamus. Propter quod
consolamini inuicem. et edificate alte
rutrum. In xpo ihu domino nostro. Secundum
Iohem. In illo tempore. Respiciens ihs in
discipulos suos. dixit. Pater sancte
serua eos in nomine tuo quos dedisti
michi. ut sint unum sicut et nos.
Cum essem cum eis. ego seruabam eos
in nomine tuo. Quos dedisti michi
custodiui. et nemo ex hiis periit ni
si filius perditionis. ut scriptura im
pleatur. Nunc autem ad te uenio. et
hec loquor in mundo. ut habeant
gaudium meum impletum in se
met ipsis. Ego dedi eis sermonem tuum.
et mundus eos odio habuit quia non
sunt de mundo. sicut et ego non sum
de mundo. Non rogo ut tollas eos de
mundo. sed ut serues eos a malo. De
mundo non sunt. sicut et ego non sum
de mundo. Sanctifica eos in ueritate.
Sermo tuus ueritas est. Sicut tu me
misisti in mundum. et ego misi eos
in mundum. Et pro eis ego sanctifico
me ipsum. ut sint et ipsi sanctificati in
ueritate. Non pro hiis autem rogo tan
tum. sed et pro eis qui credituri sunt per
uerbum eorum in me. ut omnes unum
sint. sicut tu pater in me et ego in te.
ut et ipsi in nobis unum sint. ut
mundus credat quia tu me misisti.
Et ego claritatem quam dedisti michi
dedi eis. ut sint unum sicut et nos
unum sumus. Ego in eis et tu in me.
ut sint consummati in unum et
cognoscat mundus quia tu me mi
sisti. et dilexi eos sicut et me dilexisti.
Pater. quos dedisti michi uolo ut ubi
ego sum et illi sint mecum. ut ui
deant claritatem meam quam dedisti michi.
quia dilexisti me ante constitutionem
mundi. Pater iuste. et mundus te
non cognouit. ego autem te cognoui.
Et hii cognouerunt. quia tu me mi
sisti. Et notum feci nomen tuum. et no
tum faciam. ut dilectio qua dilexisti
me in ipsis sit. et ego in ipsis.

Feria. VI. Secundum Iohem. In illo tempore.
Dixit ihs discipulis suis. Filioli ad
huc modicum uobiscum sum. Que
retis me. et sicut dixi iudeis. quo ego
uado uos non potestis uenire. et uobis
dico modo. Mandatum nouum do
uobis. ut diligatis inuicem sicut di
lexi uos. ut et uos inuicem diligatis.
In hoc cognoscent omnes quia mei dis
cipuli estis. si dilectionem habueritis
ad inuicem. Dicit ei simon petrus.
Domine. quo uadis. Respondit ihs.
Quo ego uado non potes modo sequi.
sequeris autem postea. Dominica V.

Vocem iocunditatis. Iubilate deo omnis terra. Collecta.
Deus a quo bona cuncta procedunt
largire supplicibus ut cogitemus
te inspirante que recta sunt. et te
gubernante eadem faciamus. Per.

Iacobi apostoli.
Karissimi. Estote factores uerbi
et non auditores tantum.
fallentes uosmet ipsos. Quia si quis
auditor est uerbi et non factor. hic
comparabitur uiro consideranti uultum
natiuitatis sue in speculo. Conside
rauit enim se et abiit. et statim
oblitus est qualis fuerit. Qui au
tem perspexerit in lege perfecte
libertatis et permanse
rit. non auditor obliui
osus factus sed factor operis. hic bea

tus in facto suo erit. Si quis autem
putat se religiosum esse non refrenans
linguam suam sed seducens cor suum.
huius vana est religio. Religio mun-
da et immaculata apud deum et patrem
hec est. visitare pupillos et viduas
in tribulatione eorum. Et immaculatum
se custodire ab hoc seculo. Secundum iohannem
In illo tempore. Dixit ihesus discipulis
suis. Amen amen dico vobis. si quid pe-
tieritis patrem in nomine meo dabit vo-
bis. Usque modo non petistis quicquam in
nomine meo. Petite et accipietis. ut
gaudium vestrum sit plenum. Hec
in proverbiis locutus sum vobis. Venit
hora. cum iam non in proverbiis lo-
quar vobis. sed palam de patre meo
annuntiabo vobis. Illo die in nomi-
ne meo petetis. Et nunc dico vobis. quia
rogabo patrem de vobis. Ipse enim pater
amat vos. quia vos me amastis. et
credidistis quia a deo exivi. Exivi a
patre et veni in mundum. Iterum
relinquo mundum. et vado ad patrem.
Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc pa-
lam loqueris. et proverbium nullum
dicis. Nunc scimus quia scis omnia.
et non opus est tibi ut quis te inter-
roget. In hoc credimus. quia a deo
existi. Secreta

Suscipe domine fidelium preces.
cum oblationibus hostiarum.
ut per hec pie devotionis officia ad ce-
lestem gloriam transeamus. Per. Post

Tribue nobis domine celestis com-
mense virtute satietatem. et
desiderare que recta sunt. et desiderata
percipere. Per. Feria ii. in rogationibus ad pro-
Exurge domine. Deus misereatur. Secundum. Antiphona. cessionem
Exaudivit de templo. Psalmus. Diligam te. Secundum. Antiphona. Missa

Presta quesumus omnipotens deus. ut qui Collecta.
in afflictione nostra de tua pieta-
te confidimus. contra adversa omnia
tua semper protectione muniamur.
Per dominum. Lectio epistole beati iacobi apostoli.
Karissimi. Confitemini alterutrum
peccata vestra. et orate pro invicem
ut salvemini. Multum enim valet
deprecatio iusti assidua. Helyas homo
erat similis nobis passibilis. et ora-
tione oravit. ut non plueret super
terram. et non pluit annos tres et
menses sex. Et rursum oravit et celum
dedit pluviam. et terra dedit fructum
suum. Si quis autem erraverit ex
vobis a veritate et converterit quis
eum. scire debet. quoniam qui converti fe-
cerit peccatorem ab errore vie sue. sal-
vabit animam eius a morte. Et ope-
rit multitudinem peccatorum.
In illo tempore. Dixit Secundum lucam.
ihesus discipulis suis. Quis vestrum
habebit amicum. et ibit ad illum
media nocte. et dicet illi. Amice com-
moda michi tres panes. quoniam amicus
meus venit de via ad me. et non habeo
quod ponam ante illum. et ille deintus
respondens dicat. noli michi molestus
esse. iam hostium clausum est. et
pueri mei mecum sunt in cubili.
non possum surgere. et dare tibi. Et
ille si perseveraverit pulsans. dico vobis
et si non dabit illi surgens eo quod ami-
cus eius sit. propter improbitatem eius
tamen surget. et dabit illi quotquot
habet necessarios. Et ego vobis dico.
Petite. et dabitur vobis. Querite. et
invenietis. Pulsate. et aperietur vobis.
Omnis enim qui petit accipit. et qui
querit invenit. et pulsanti aperietur.

Quis autem ex vobis patrem petit pa
nem? Numquid lapidem dabit illi?
Aut piscem: numquid pro pisce serpē
tem illi dabit? Aut si petierit ovū:
numquid porriget illi scorpionem? Si
ergo vos cum sitis mali nostis bona da
ta dare filiis vrīs: quanto magis pr̄
vester de celo dabit spm̄ bonum pete
tibus se. secr.
Hec munera domine quesumus
et vincula nostre pravitatis ab
solvant. et tue nobis misericordie dona cō
cilient. p. post com.
Vota nrā qs̄ domine pio favore
prosequere ut dum dona tua in
tribulatione percipimus de cōsolati
one nostra in tuo amore crescam̄.
p. dominum. fer. iii. coll.
Deus qui nos conspicis in tot
perturbationibus non posse subsiste
re. afflictorum gemitus propitius res
pice et omnia mala que meremur
averte p. ad thimotheum.
Karissime. Obsecro primum omniū
fieri obsecrationes orationes postulationes.
gratiarum actiones pro omnibus ho
minibus. pro regibus. et omnibus qui
in sublimitate sunt constituti ut
quietam et tranquillam vitam aga
mus in omni pietate et castitate. Hoc
enim bonum est et acceptum coram
deo salvatore nostro: qui omīs homi
nes vult salvos fieri. et ad agnitio
nem veritatis venire. Unus enim deus:
unus est et mediator dei et hominum
homo xp̄c ihc. Qui dedit redemp
tionem semet ipm̄ pro omnibus testi
monium temporibus suis in quo po
situs ego predicator et apostolus. Veri
tatem dico non mentior doctor genti
um in fide et veritate. sc̄dm matheū.
In illo tp̄e. Dixit ihc discipulis um
suis. Petite: et accipietis. Querite et
invenietis. Pulsate: et aperietur vob.
Omnis enim qui petit accipit: et
qui querit invenit et pulsanti aperiet̄.
Aut quis ex vobis homo quem si pe
tierit filius suus panem. nūquid la
pidem porriget ei? Aut si piscem peti
erit: numquid serpentem porriget
ei? Si ergo cum vos sitis mali nostis
bona data dare filiis vrīs: quanto ma
gis pr̄ vr̄ qui in celis est dabit bona
petentibus se. secr.
His sacrificiis domine concede pla
catus. ut qui propriis oramus ab
solvi delictis. non gravemur externis.
p. dominum. post com.
Purifica qs̄ domine per hec sancta
que sumpsimus tuorum corda
fidelium ut a terrena cupiditate mū
dati et presentis vite periculis exuant̄.
et perpetuis donis firmentur. p.
In vigilia ascensionis.
Omnes gentes. Dixi: vīt. ppl̄ os. s. Alla. coll.
Presta qs̄ omps̄ deus: ut nostre
mentis intentio quo solempnita
tis hodierne gloriosus auctor ingres
sus est semper intendat. et quo fide per
git conversatione perveniat. p. lect.
In diebus illis. actuum apostolorum.
Multitudinis credentium erat
cor unum et anima una: nec quisq̄
eorum que possidebat aliquid suum
esse dicebat. sed erant illis omnia com
munia. Et virtute magna reddebāt
apostoli testimonium resurrectionis
domini nostri ihū xp̄i: et gratia mag
na erat in omnibus illis. Neque enim
quisquam egens erat inter illos. Quot

quot enim possessores domorum aut agrorum erant vendentes afferebant precia eorum que vendebant et ponebant ante pedes apostolorum. Dividebant autem singulis prout cuique opus erat. Evangelium.

In illo tempore. Sublevatis ihesus [oculis] in celum:

~~Require in vigilia eiusdem in ramis palmarum et leges usque~~ ~~Pater sancte serva eos.~~

Sacrificium domine pro filii tui Secreta. supplices quam prevenimus venerabili nunc ascensione deferimus. presta quesumus: ut et nos per ipsum his commerciis sacrosanctis ad celestia consurgamus. Per. Post communionem.

Tribue quesumus domine ut per hec sancta que sumpsimus illuc tendat nostre devotionis affectus. quo tecum est nostra substantia. ihesus christus dominus noster. Qui tecum vivit et regnat. Alia

Tribue quesumus omnipotens deus: ut munere festivitatis venture. illuc filiorum tuorum dirigatur intentio. quo in tuo unigenito tecum est nostra substantia. Qui tecum. Alia.

Da quesumus omnipotens deus: illuc subsequi tuorum membra fidelium. quo caput nostrum principiumque precessit ihesus christus dominus noster. Qui tecum. In die ad processionem

Cum venerit paraclitus.

Viri galilei quid. Versus. Cumque intuerentur. Secundum. Dominus. Introitus.

Concede quesumus omnipotens deus ut qui hodierna die unigenitum tuum redemptorem nostrum ad celos ascendisse credimus. ipsi quoque mente in celestibus habitemus. Per eundem. Collecta. Lectio actuum apostolorum.

Primum quidem sermonem feci de omnibus o theophile: que cepit ihesus facere et docere usque in diem qua precipiens apostolis per spiritum sanctum quos elegit assumptus est. Quibus et prebuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta apparens eis: et loquens de regno dei. Et convescens precepit eis ab iherosolimis ne discederent: sed expectarent promissionem patris. quam audistis inquid per os meum. Quia iohannes quidem baptizavit aqua: vos autem baptizabimini spiritu sancto. non post multos hos dies. Igitur qui cum venerant: interrogabant eum dicentes. Domine: si in tempore hoc restitues regnum israel: Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tempora et momenta que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem supervenientis spiritus sancti in vos. et eritis michi testes in iherusalem et in omni iudea et samaria. et usque ad ultimum terre. Et cum hoc dixisset: videntibus illis elevatus est. et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in celum euntem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis qui et dixerunt. Viri galilei: quid statis aspicientes in celum: Hic ihesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Secundum marcum.

In illo tempore: Recumbentibus undecim discipulis apparuit illis ihesus: et exprobravit incredulitatem illorum. et duritiam cordis. quia hiis qui viderant eum resurrexisse non crediderunt. Et dixit eis. Euntes in mundum universum: predicate evangelium omni creature. Qui crediderit et baptizatus fuerit: salvus erit. Qui vero non crediderit. condempnabitur. Signa autem eos qui crediderint: hec sequentur. In nomine meo demonia eicient: linguis loquentur

+

Dixit. Pater venit hora clarifica filium tuum ut filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis ut omne quod dedisti ei det eis vitam eternam. Hec est vita eterna ut cognoscant te solum verum deum et quem misisti ihesum christum. Ego te clarificavi super terram opus consummavi quod dedisti michi ut faciam. Et nunc clarifica me tu pater apud temet ipsum claritate quam habui priusquam mundus esset apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus quos dedisti michi de mundo. Tui erant et michi eos dedisti et sermonem tuum servaverunt. Nunc cognoverunt quia omnia que dedisti michi abs te sunt quia verba que dedisti michi dedi eis et ipsi acceperunt et cognoverunt vere quia a te exivi et crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo sed pro hiis quos quos dedisti michi quia tui sunt Et mea omnia tua sunt et tua mea sunt et clarificatus sum in eis Et iam non sum in mundo. et hii in mundo sunt et ego ad te venio ..

novis. Serpentes tollent. Et si mortiferum
quid biberint: non eis nocebit. Super
egros manus inponent: et bene habebunt.
Et dominus quidem ihesus postquam locu-
tus est eis assumptus est in celum: et
sedet a dextris dei. Illi autem profecti
predicaverunt ubique domino coope-
rante. et sermonem confirmante: se-
quentibus signis. *Secreta.*

Suscipe domine munera que pro
filii tui gloriosa ascensione defe-
rimus. et concede propitius: ut a presenti-
bus periculis liberemur. et ad vitam
perveniamus eternam. Per eundem.

Per christum dominum nostrum. *Prefatio*

Qui post resurrectionem suam
omnibus discipulis suis manifestus
apparuit. et ipsis cernentibus est eleva-
tus in celum ut nos divinitatis sue
tribueret esse participes. Et ideo. *Infra actionem*

Communicantes. et diem sacratissi-
mum celebrantes quo dominus
noster unigenitus filius tuus uni-
tam sibi fragilitatis nostre substan-
ciam in glorie tue dextera collocavit.
Sed et memoriam. *Post com.*

Presta nobis quesumus omnipotens et misericors
deus: ut que visibilibus misteriis
sumenda percepimus invisibili consequa-
mur effectu. Per. *Alia.*

Deus cuius filius in alta celorum
potenter ascendens. captivitatem
nostram sua duxit virtute captivam:
tribue quesumus ut dona que suis participibus
contulit largiatur et nobis ihesus christus
dominus noster. *In crastinum. Ad hebreos.*

Fratres. Deus qui dives est
in misericordia propter nimiam ca-
ritatem suam qua dilexit nos: cum
essemus mortui mortui peccatis convi-
vificavit nos christo. cuius gratia sumus
salvati. et conresuscitavit et consedere
fecit in celestibus in christo ihesu ut osten-
deret in seculis supervenientibus habun-
dantes divitias gratie sue in bonita-
te super nos. In christo ihesu domino nostro.

In illo tempore. Dixit *Secundum lucam.*
ihesus discipulis suis. Ego mitto promis-
sum patris mei in vos. Vos autem sede-
te in civitate quoadusque induamini
virtute ex alto. Eduxit autem eos
foras in bethaniam et elevatis ma-
nibus suis ihesus dixit eis. Et factum
est dum benediceret eis: recessit ab il-
lis et ferebatur in celum. Et ipsi ado-
rantes regressi sunt in iherusalem cum
gaudio magno. Et erant semper in
templo laudantes et benedicentes dominum.

Exaudi domine. *Of.* Dominus illuminatio. Co. Am.

Dominica infra octab.

Omnipotens sempiterne deus fac nos *Coll.*
tibi semper. et devotam gerere vo-
luntatem. et maiestati tue sincero cor-
de servire. Per. *Lectio epistole beati petri apostoli.*

Karissimi. Estote prudentes: et vigilate in
orationibus. Ante omnia autem
mutuam in vobismetipsis caritatem
continuam habentes: quia caritas ope-
rit multitudinem peccatorum. Hos-
pitales invicem sine murmuratione.
Unusquisque sicut accepit gratiam in alteru-
trum illam administrantes: sicut
boni dispensatores multiformis gra-
tie dei. Si quis loquitur: quasi sermo-
nes dei. Si quis ministrat tamquam
ex virtute quam administrat deus:
ut in omnibus honorificetur deus.
Per ihesum christum dominum nostrum.

In illo tempore. Dixit *Secundum iohannem.*
ihesus discipulis suis. Cum venerit
paraclitus quem ego mittam vobis

a patre spiritum ueritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et uos testimonium perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Hec locutus sum uobis: ut non scandalizemini. Absque sinagogis facient uos. Sed uenit hora: ut omnis qui interficit uos arbitretur obsequium se prestare deo. Et hec facient uobis: quia non nouerunt patrem neque me. Sed hec locutus sum uobis: ut cum uenerit hora eorum reminiscamini: quia ego dixi uobis.

Sacrificia nos domine Secreta immaculata purificent: et uirtutibus nostris superne gratie dent uigorem. Per.

Repleti domine muneribus Post sacris: da quesumus ut in gratiarum semper actione maneamus. Per. Feria iiii.

Ad hebreos

Fratres. Vidimus ihesum christum propter passionem mortis gloria et honore coronatum: ut gratia dei pro omnibus gustaret mortem. Decebat enim eum propter quem omnia et per quem omnia qui multos filios in gloriam adduxerat auctorem salutis eorum per passionem consummari. Qui enim sanctificat et qui sanctificantur: ex uno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos uocare dicens: narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te. Et iterum. Ego ero fidens in eum. Et iterum. Ecce ego et pueri mei quos dedit mihi dominus. Quia ergo pueri communicauerunt carni et sanguini et ipse similiter participauit hisdem ut per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium. id est diabolum: et liberaret eos qui timore mortis per totam uitam obnoxii erant seruituti. Nusquam enim angelos apprehendit: sed semen habrahe apprehendit. Unde debuit per omnia fratribus similari: ut misericors fieret et fidelis pontifex ad deum: ut repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse et temptatus: potens est et eis qui temptantur auxiliari. Unde fratres sancti uocationis celestis participes: consideratę apostolum et pontificem confessionis nostre: ihesum christum dominum nostrum.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Si manseritis in me et uerba mea in uobis manserint: quodcumque uolueritis petetis et fiet uobis. In hoc clarificatus est pater meus: ut fructum plurimum afferatis et efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me pater: et ego dilexi uos. Manete in dilectione mea. Si precepta mea seruaueritis manebitis in dilectione mea: sicut et ego patris mei precepta seruaui et maneo in eius dilectione. Hec locutus sum uobis ut gaudium meum in uobis sit: et gaudium uestrum impleatur. Feria vi. Secundum iohannem.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Qui credit in me non credit in me: sed in eum qui misit me. Et qui uidet me: uidet eum qui misit me. Ego lux in mundum ueni ut omnis qui credit in me in tenebris non maneat. Et siquis audierit uerba mea et non custodierit: ego non iudico eum. Non enim ueni ut iudicem mundum: sed ut saluificem mundum. Qui spernit me et non accipit uerba mea habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum ille iudicabit eum

in nouissimo die. quia ego ex me ipso
non sum locutus. sed qui misit me
pater ipse michi mandatum dedit.
quid dicam aut quid loquar. Et scio
quia mandatum eius uita eterna
est. Que ergo loquor. sicut dixit michi
pater. sic loquor.

Suscipe sancta trinitas hanc oblacio
nem quam tibi offero in memoriam
incarnacionis. natiuitatis. passionis.
resurreccionis. ascensionis que domini nostri
Jhesu Christi. et aduentu spiritus sancti
et in honore beatissime et gloriose
semper virginis marie. et omnium
sanctorum tuorum qui tibi placuerunt ab ini
cio mundi. ut illis sit ad honorem
michi autem et omnibus fidelibus
viuis et defunctis proficiat ad salutem
ut illi omnes pro nobis intercedere dig
nentur in celis quorum memoriam
facimus in terris. Per eundem Christum.

In spiritu humilitatis et in animo con
trito suscipiamur a te domine et
sic fiat sacrificium nostrum ut a te sus
cipiatur hodie et placeat tibi
domine deus. Qui viuis et regnas.

Orate pro me fratres et
sorores ad dominum nostrum
Jhesum Christum ut meum
pariter et vestrum in
conspectu dei sit accep
tum sacrificium

Et ideo cum angelis et ar
changelis: cum tronis et
dominationibus, Cumque
omni militia celestis exer
citus. hymnum glorie tue ca
nimus: sine fine dicentes.

Prefatio in natali.

Eterne deus. Quia per incarnati
uerbi misterium noua mentis
nostre oculis lux tue claritatis infulsit.
Et dum uisibiliter deum cognos
cimus per hunc in inuisibilium amo
rem rapiamur. Et ideo. cum angelis

Eterne deus. In apparitione
Quia cum unigenitus tuus in
substantia nostre mortalitatis apparuit.
in noua nos immortalitatis sue luce
reparauit. Et ideo. In quadrage

Eterne deus. Qui corporali sima
ieiunio uitia comprimis. mentem
eleuas. uirtutem largiris et premia
per Christum dominum nostrum.

Equum. In resurrectione
et salutare. Te quidem omni
tempore sed in hac potissimum die
gloriosius predicare. cum pascha no
strum immolatus est Christus. Ipse enim
uerus est agnus qui abstulit peccata
mundi. Qui mortem nostram mo
riendo destruxit. et uitam resurgen
do reparauit. Et ideo In ascensi

per Christum dominum nostrum one do
Qui post resurrectionem mi
suam omnibus discipulis suis ni
manifestus apparuit. et ipsis cernen
tibus est eleuatus in celum. ut nos
diuinitatis sue tribueret esse par
ticipes. Et ideo. In pentechosten.

per Christum dominum nostrum.
Qui ascendens super omnes celos
sedensque ad dexteram tuam promissum
spiritum sanctum hodierna die in filios
adoptionis effudit. Quapropter
profusis gaudiis totus in orbe terrarum
mundus exultat. et superne
uirtutes atque angelice potestates
hymnum glorie tue concinunt.

sine fine

sine fine dicentes. Scs. Scs. Scs.
V eterne deus. Qui In oct. pent.
cum unigenito filio tuo et
spiritu sancto unus es deus. unus
es dominus. Non in unius singula-
ritate persone. set in unius trini-
tate substantie. Quod enim de tua
gratia revelante te credimus hoc de
filio tuo. hoc de spu sancto sine dif-
ferentia discretionis sentimus. ut
in confessione vere sempiterneque dei-
tatis. et in personis proprietas et in
essentia unitas. et in maiestate ado-
retur equalitas. Quam laudant
angeli. atque archangeli. cherubin
quoque ac seraphin. qui non cessant
clamare cotidie una voce dicentes.
Scs. Scs. Scs. domini. In nati-
V eterne ds. vitate beate marie
Et te in veneratione beate
marie semper virginis exultantibus
animis collaudare benedicere et pre-
dicare. Que et unigenitum tuum
sancti spt obumbratione concepit et
virginitatis gloria permanente huic
mundo lumen eternum effudit
eundem ihm xpm dnm nrm. Per quem
V equum et salutare. De apostolis
Te domine suppliciter exorare ut
gregem tuum pastor eterne non dese-
ras. set per beatos apostolos tuos continua
protectione custodias. Ut eisdem recto-
ribus gubernetur. quos operis tui vica-
rios eisdem contulisti preesse pastores.
Et ideo cum ang. De cruce. sca.
V eterne deus. Qui salutem hu-
mani generis in ligno crucis constituisti.
ut unde mors oriebatur inde vita re-
surgeret. Et qui in ligno vincebat
in ligno quoque vinceretur per xpm

dominum nostrum. Per quem
maiestatem tuam laudant



Per omnia secula seculorum.
Amen. Dominus
vobiscum. Et cum
spiritu tuo. Sur-
sum corda. Habemus
ad dominum. Gra-
tias agamus domi-
no deo nro. Dignum et iustum est.
VERE
dignum et iustum est
equum et salutare.
Nos tibi semper et ubique
gratias agere domine sancte
pater omnipotens eterne deus per xpm
dnm nrm. Per quem maiestatem tuam
laudant angeli. adorant dominatio-
nes. tremunt potestates. Celi celorumque
virtutes ac beata seraphin socia exulta-
tione concelebrant. Cum quibus et
nostras voces ut admitti iubeas depre-
camur supplici confessione dicentes.
Scs. Scs. Scs. dominus deus sabaoth
pleni sunt celi et terra gloria tua

osanna in excelsis. Benedictus qui ue-
nit in nomine domini osanna in
excelsis. *hic inclinet se*

Te igitur
clementissime pater
per ihesum christum filium
tuum dominum
nostrum supplices
rogamus ac petimus
uti accepta habeas
et benedicas hec dona hec mune-
ra hec sancta sacrificia illibata
In primis que tibi offerimus pro ecclesia
tua sancta catholica quam pacificare
custodire adunare et regere digneris
toto orbe terrarum una cum famulo tuo
papa nostro N. et omnibus orthodoxis
atque catholice et apostolice fidei cultoribus.

et antistite nostro N. et rege nostro N.

et regi omnium fidelium christianorum

Memento domine famulorum
famularumque tuarum N. et
omnium circumstantium quorum
tibi fides cognita est et nota deuotio.
pro quibus tibi offerimus uel qui tibi
offerunt hoc sacrificium laudis pro
se suisque omnibus pro redemptione a-
nimarum suarum pro spe salutis et
incolumitatis sue tibique reddunt
uota sua eterno deo uiuo et uero.
Communicantes et memoriam
uenerantes in primis gloriose
semper uirginis marie genitricis dei
et domini nostri ihesu christi. Sed et beato-
rum apostolorum ac martirum tuo-
rum Petri Pauli Andree Iaco-
bi Iohannis Thome Iacobi
Philippi Bartholomei Mathei Sy-
monis et Thadei Lini Cleti
Clementis Sixti Cornelii Sypria-
ni Laurentii Grisogoni Iohan-
nis et Pauli Cosme et Damiani.

Et omnium sanctorum tuorum
quorum meritis precibusque concedas
ut in omnibus protectionis tue muni-
amur auxilio. Per eundem christum do-
minum nostrum. Amen.
Hanc igitur oblationem seruitu-
tis nostre sed et cuncte familie
tue quesumus domine ut placatus
accipias. diesque nostros in tua pace
disponas. atque ab eterna dampnatione
nos eripi et in electorum tuorum
iubeas grege numerari. Per christum. Amen.
Quam oblationem tu deus in om-
nibus quesumus benedictam
ascriptam ratam rationabilem
acceptabilemque facere digneris. ut
nobis corpus et sanguis fiat dilecti-
ssimi filii tui domini nostri ihesu christi. *hic capiat hostiam*
Qui pridie quam pateretur accepit
panem in sanctas ac uenerabiles
manus suas. et eleuatis oculis in
celum ad te deum patrem suum om-
nipotentem tibi gratias agens bene-
dixit fregit dedit discipulis suis di-
cens. Accipite et manducate ex hoc
omnes. hoc est enim corpus meum. *hic capiat calicem*
Simili modo postea quam cena-
tum est. accipiens et hunc pre-
clarum calicem in sanctas ac ue-
nerabiles manus suas. item tibi gra-
tias agens benedixit dedit discipulis
suis dicens. Accipite et bibite ex hoc
omnes. Hic est enim calix sanguinis
mei noui et eterni testamenti. myste-
rium fidei. qui pro uobis et multis
effundetur in remissionem peccatorum.
Hec quotienscumque feceritis in mei
memoriam facietis. *hic deponat calicem*
Unde et memores domine nos
tui serui sed et plebs tua sancta

eiusdem xpi filii tui domini dei nostri tam beate passionis. necnon et ab inferis resurrectionis set et in celos gloriose ascensionis offerimus preclare maiestati tue de tuis donis ac datis. hostiam puram. hostiam sanctam. hostiam immaculatam. panem sanctum vite eterne. et calicem salutis perpetue.

Supra que propitio ac sereno vultu respicere digneris. et accepta habere sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui iusti abel. et sacrificium patriarche nostri abrahe. et quod tibi optulit summus sacerdos tuus melchisedech. sanctum sacrificium. immaculatam hostiam. [hic inclinet se]

Supplices te rogamus omnipotens deus: iube hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime altare tuum in conspectu divine maiestatis tue. ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filii tui corpus. et sanguinem sumpserimus omni benedictione celesti. et gratia repleamur. Per eundem xpm dominum nostrum. amen.

Memento etiam domine famulorum famularumque tuarum. N. qui nos precesserunt cum signo fidei et dormiunt in sompno pacis. [hic] Ipsis domine et omnibus in xpo quiescentibus locum refrigerii lucis et pacis. ut indulgeas deprecamur. per eundem xpm dominum nostrum. amen. [hic percutiat pectus dicens]

Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam et societatem donare digneris. cum tuis sanctis apostolis et martiribus. Iohanne. Stephano. Mathia. Barnaba. Ignatio. Alexandro. Marcellino. Petro. Felicitate. Perpetua. Agatha. Lucia. Agnete. Cecilia. Anastasia. et cum omnibus sanctis tuis. Intra quorum nos consortium non estimator meriti set venie quesumus largitor admitte. per xpm dominum nostrum. amen.

Per quem hec omnia domine semper bona creas. sanctificas. vivificas. benedicis et prestas nobis. Per ipsum et cum ipso et in ipso. est tibi deo patri omnipotenti in unitate spiritus sancti omnis honor et gloria. [hic capiat hostiam]

Per omnia secula seculorum. Amen.

Oremus. Preceptis salutaribus moniti et divina institutione formati audemus dicere.

Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen tuum. adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptationem. Set libera nos a malo. Amen.

Libera nos quesumus domine ab omnibus malis preteritis. presentibus. et futuris. et intercedente pro nobis beata et gloriosa semper virgine dei genitrice Maria. et beatis apostolis tuis Petro. et Paulo. atque Andrea cum omnibus sanctis. da propitius pacem in diebus nostris. ut ope misericordie tue adiuti. et a peccato simus semper liberi et ab omni perturbatione securi. per eundem dominum nostrum ihesum xpm filium tuum. qui tecum

uiuit ꝛ regnat in unitate spiritus sancti
deus. Per omnia secula seculorum.
Amen. Pax domini sit semper
vobiscum. Et cum spiritu tuo. Ag-
nus dei qui tollis peccata mundi mi-
serere nobis. Agnus dei q. t. p. m. m.
n. Agnus dei qui tollis peccata mun-
di dona nobis pacem. *Quando mittit partem hostie in calicem*
Hec sacra sancta commixtio corporis et sanguinis
nis tui domine ihesu christe sit michi
et omnibus sumentibus salus men-
tis et corporis et ad vitam eternam ca-
piendam preparatio salutaris per eundem
christum. *Oratio ad filium*
Domine ihesu christe qui dixisti aposto-
lis tuis pacem meam do vobis pa-
cem relinquo vobis. ne respicias pec-
cata mea/ sed fidem ecclesie tue. ipsam-
que secundum voluntatem tuam custodire.
adunare. ꝛ regere digneris. Qui cum
deo. Pax christi habitet in cordibus
nostris. Amen. *Oratio ad patrem.*
Domine sancte pater omnipotens eter-
ne deus. da michi hoc corpus et sanguinem
nem [illegible] do-
mini nostri ihesu christi ita sumere ut
merear ex hoc remissionem omni-
um peccatorum accipere. et tuo sanc-
to spiritu repleri. quia tu es verus
deus. ꝛ preter te non est alius cuius
regnum permanet in secula secu-
lorum. Amen.
Domine non sum dignus ut in-
tres sub tectum meum. ut. sed
tu domine qui dixisti qui mandu-
cat carnem meam et bibit sangui-
nem meum in me manet. et ego i-
eo. fac me hoc corpus ꝛ sanguinem
tuum ita sumere ut veniam pec-
catorum merear optinere. et in te

[illegible]

manere. et tu in me secundum pro-
missionem tuam digneris habita-
re. Qui vivis ꝛ regnas.
Corpus domini nostri ihesu christi fiat
michi et propitiatio in vitam eter-
nam. Sanguis domini nostri ihesu
christi fiat michi et propitiatio in vitam
eternam *Amen*
Domine ihesu christe fili dei vivi qui
ex voluntate patris cooperan-
te spiritu sancto per mortem tuam mun-
dum vivificasti. libera me per hoc
sacrum corpus ꝛ sanguinem tuum
ab omnibus iniquitatibus et uni-
versis malis quibus coram te peccas-
se et deliquisse me confiteor. fac me
per hec sancta misteria tuis semper
obedire mandatis. ꝛ a te numquam
in perpetuum separari. *Qui vivis ꝛ regnas cum deo patre in unitate eiusdem spiritus sancti*
Corpus tuum domine quod ego
indignus accepi et sanguis tuus
quem potavi adhereat in visceribus
meis ad sanitatem anime ꝛ corporis
mei. et presta omnipotens pater ut ibi
nulla remaneat peccati macula. ubi
tam pura et sancta intraverunt sac-
ramenta. Per. *Qui cum patre ꝛ spiritu sancto vivis ꝛ regnas deus*
Quod ore sumpsimus quesumus domine
mente capiamus. ut corpus et
sanguis filii tui domini nostri ihesu
christi fiat nobis remedium sempiter-
num. Per eundem christum dominum nostrum. *Amen*
Placeat tibi domine *Eundo ad piscinam dicat Lavabo inter innocentes ꝛ c.*
ihesu christe obsequium servitutis
mee. et presta ut hoc tuum sacramen-
tum quod ego indignus oculis tue
maiestatis obtuli sit tibi acceptabi-
le michique et omnibus pro quibus
illud optuli sit te miserante et propi-
tiabile. Qui vivis ꝛ regnas.

Meritis et intercessionibus sancte dei genitricis marie et omnium sanctorum miseratur nostri omnipotens deus. Amen.

Trium puerorum. post pactum s.

Deus qui tribus pueris mitigasti flammas ignium et puerum tuum sanctum danielem liberasti de lacu leonum concede propitius ut nos famulos tuos non exurat flamma uitiorum. per xpm dominum nostrum.

In sabbato sancto pentecosten post horam nonam procedat epc et sacerdos cum sacris ordinibus ad altare et statim sine oratione legatur lectio sine titulo.

Temptauit deus abraham: et dixit ad eum. Abraham abraham. Et ille respondit. Adsum. Ait illi. Tolle filium tuum unigenitum quem diligis ysaac et uade in terram uisionis. atque offer eum ibi in holocaustum super unum montium quem monstrauero tibi. Igitur abraham de nocte surgens. strauit asinum suum ducens secum duos iuuenes. et ysaac filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum abiit in locum quem preceperat ei deus. Die autem tertio eleuatis oculis uidit locum procul. dixitque ad pueros suos. Expectate hic cum asino: ego et puer illuc usque properantes. postquam adorauerimus reuertemur ad uos. Tulit quoque ligna holocausti: et imposuit super ysaac filium suum. Ipse uero portabat in manibus: ignem et gladium. Cumque duo pergerent simul: dixit ysaac patri suo. Pater mi. At ille respondit. Quid uis fili? Ecce inquid ignis et ligna ubi est uictima holocausti. Dixit autem abraham. Deus prouidebit sibi uictimam holocausti fili mi. Pergebant ergo pariter ueneruntque ad locum quem ostenderat ei deus. In quo edificauit altare et desuper ligna composuit. Cumque colligasset ysaac filium suum. posuit eum in altari super struem lignorum. Extenditque manum et arripuit gladium ut immolaret filium suum. Et ecce angelus domini de celo clamauit dicens. Abraham abraham. Qui respondit. Adsum. Dixitque ei. Non extendas manum tuam super puerum: neque facias illi quicquam. Nunc cognoui quod timeas dominum: et non pepercisti filio tuo unigenito propter me. Leuauit abraham oculos: uiditque post tergum arietem inter uepres herentem cornibus. Quem assumens optulit holocaustum pro filio. Appellauitque nomen loci illius dominus uidet. Unde usque hodie dicitur in monte dominus uidebit. Vocauit autem angelus domini abraham secundo de celo dicens. Per memet ipsum iuraui dicit dominus: quia fecisti rem hanc. et non pepercisti filio tuo unigenito propter me. Benedicam tibi et multi-

plicabo semen tuum sicut stellas ce-
li. et uelut arenam que est i litto-
re maris. Possidebit semen tuum
portas inimicorum suorum: et be-
nedicentur in semine tuo omnes
gentes terre: quia obedisti uoci mee.
Reuersus est ergo abraham ad pue-
ros suos: abieruntque bersabee simul
7 habitauit ibi. coll.

Deus qui in abrahe famuli tui
opere humano generi obedientie
exempla prebuisti. concede nobis et
nostre uoluntatis prauitatem frange-
re. et tuorum preceptorum rectitu-
dinem in omnibus adimplere. Per.

Scripsit moyses lect. ij.
canticum et docuit filios israel.
precepitque iosue filio nun. et ait.
Confortare et esto robustus: tu enim
filios israel introduces in terram quam
pollicitus sum: et ego ero tecum.
Posquam autem scripsit moyses
uerba legis huius in uolumine,
atque compleuit. precepit leuitis qui
portabant archam federis domini
dicens. Tollite librum istum. 7 poni-
te illum in latere arche federis do-
mini dei uestri. ut sit ibi contra te
in testimonium. Ego enim scio con-
tentionem tuam: et ceruicem tuam
durissimam. Adhuc enim uiuen-
te me et ingrediente uobiscum:
semper contentiose egistis contra dominum.
quanto magis cum mortuus fuero:
Congregate ad me omnes maiores
natu per tribus uestras atque doctores
et loquar audientibus eis sermones
istos. et inuocabo contra eos celum
7 terram. Noui enim quod post mortem
meam inique agetis et declinabitis
cito de uia quam precepi uobis. Et
occurrent uobis mala in extremo
tempore: quando feceritis malum
in conspectu domini. ut irritetis eum
per opera manuum uestrarum. Loquutus
est ergo moyses audiente uniuer-
so cetu filiorum israel: uerba car-
minis huius. 7 ad finem usque con-
pleuit. tractus

Attende celum et loquar. oremus

Deus gloriatio humilium. et
uirtus iustorum. qui per moysen
famulum tuum nos quoque mo-
dulatione sacri carminis erudisti
in uniuersis gentibus misericor-
die tue munus operare tribuen-
do beatitudinem. auferendo terro-
rem. ut quod pronuntiatum est ad
supplicium in remedium transfe-
ratur eternum. Per. lect. iiij.

Apprehendent septem mulieres
Require in uigilia pasche.

Vinea facta est et cetera. Tractus

Omnipotens sempiterne orat.
Deus. qui per unicum filium
tuum ecclesie tue demonstrasti te
esse cultorem. ut omnem palmitem
fructum in eodem christo tuo qui uera
uitis est afferentem clementer exco-
lens fructus afferat ampliores fide-
libus tuis quos uelud uineam ex
egipto per fontem baptismi transtu-
listi. nulle spine peccatorum preualeant.
ut spiritus tui sanctificatione
muniti: perpetua fruge ditentur.
Per eundem. In unitate eiusdem. L.

Audi israel mandata. iiij.
uite: auribus percipe ut scias
prudentiam. Quid est israel quod i
terra inimicorum es: Inueterasti

in terra aliena. coinquinatus es cum mortuis. deputatus es cum hiis qui in inferno sunt. dereliquisti fontem sapientie. Nam si in via dei ambulasses. habitasses in pace utique super terram. Disce ubi sit sapientia. ubi sit virtus. ubi sit prudentia. ut scias simul ubi sit longiturnitas vite et victus. ubi sit lumen oculorum et pax. Quis invenit locum eius. aut quis intravit in thesauros eius? Ubi sunt principes gentium et qui dominantur super bestias que sunt in terra. Qui in avibus celi ludunt. qui argentum thesaurizant et aurum in quo confidunt homines. et non est finis possessionis eorum. Qui argentum fabricant et solliciti sunt. nec est inventio operum illorum. Et tamen exterminati sunt. et ad inferos descenderunt. et alii in locum illorum surrexerunt. Iuvenes viderunt lumen et habitaverunt super terram. Viam autem discipline nescierunt. neque intellexerunt semitas eius. neque susceperunt eam filii eorum. A facie eorum longe facta est. Non est audita in chanaan. neque visa est in theman. Filii quoque agar qui exquisierunt prudentiam que de terra est. negotiatores terre et theman. et fabulatores et exquisitores prudentie et intelligentie. Viam autem sapientie nescierunt. neque meminerunt semitarum eius. O israel quam magna domus dei. et ingens locus possessionis eius. Magnus et non habet consummationem. excelsus et immensus. Ibi fuerunt gigantes nominati. illi qui ab initio fuerunt statura magna scientes bellum. Non hos elegit dominus. neque disciplinae invenerunt. propterea perierunt. Et quoniam non habuerunt sapientiam. interierunt propter suam insipientiam. Quis ascendit in celos et accepit eam. et deduxit eam de nubibus. Quis transfretavit mare et invenit eam. et attulit eam super aurum electum. Non est qui sciat viam eius. nec qui exquirat semitas eius. Sed qui scit universa novit illam et invenit illam prudentia sua. Qui perfecit terram in sempiterno tempore et implevit eam pecudibus et quadrupedibus. Qui emittit lucem et vadit. et vocavit eam et audivit eam in tremore. Stelle autem dederunt lumen in custodiis suis et letate sunt. Vocate sunt et dixerunt. Adsumus. Et luxerunt ei cum iocunditate qui fecit illas. Hic est deus noster. et non estimabitur alius ad illum. Hic adinvenit omnem viam discipline. et dedit illam iacob puero suo. et israel dilecto suo. Post hec super terram visus est. et cum hominibus conversatus est. Oratio.

Deus qui nobis per prophetarum ora precepisti temporalia relinquere. et ad eterna festinare. Da famulis tuis. ut que a te iussa cognovimus. implere celesti inspiratione valeamus. Per.

~~Sicut cervus desiderat~~ R. Seq. orat.

Concede quesumus omnipotens deus ut qui solempnitatem doni sancti spiritus colimus. celestibus desideriis accensi fontem vite sitiamus dominum nostrum

Ihm̄ xp̄m. In unitate eiusdem. iii.
Kyrieleyson. letanie. c.
Xpeleyson. Xp̄e audi nos ~~sicut in vigilia pasche~~ ⁊ missa sic. sic

Presta quesumus omnipotens deus ut claritatis tue super nos splendor effulgeat et lux tue lucis corda eorum qui per gratiam tuam renati sunt sp̄c sc̄i illustratione confirmet. p. e. In unitate. *incipiatur. coll.*

In diebus illis. *L. actuum apostolorum*

Factum est cum apollo esset corinthi: ut paulus peragratis superioribus partibus veniret ephesum. et inveniret quosdam discipulos. dixitque ad eos. Si spm̄ sanctum accepistis credentes. At illi dixerunt ad eum. Sed neque si sp̄c sc̄s est audivimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis. Qui dixerunt. In iohannis baptismate. Dixit autem paulus. Iohs quidem baptizavit baptismo penitentie populum dicens. In eum qui venturus esset post ipsum ut crederent. hoc est in ihm̄. His auditis. baptizati sunt in nomine domini ihu. Et cum imposuisset illis manum paulus. venit sp̄c sc̄s super eos ⁊ loquebantur linguis et prophetabant. Erant autem omnes viri fere duodecim. Introgressus autem paulus synagogam cum fiducia loquebatur per tres menses. Disputans et suadens de regno dei. *Sec̄dm iohem.*

In illo tempore. Dixit ihus discipulis suis. Si diligitis me. mandata mea servate. Et ego rogabo patrem. ⁊ alium paraclitum dabit vobis. ut maneat vobiscum in eternum. spm̄ veritatis quem mundus non potest accipere. quia non videt eum nec scit eum. Vos autem cognoscetis eum. quia apud vos manebit et in vobis erit. Non relinquam vos orphanos. veniam ad vos. Adhuc modicum. et mundus me iam non videt. Vos autem videtis me. quia ego vivo et vos vivetis. In illo die vos cognoscetis. quia ego in patre meo. et vos in me. et ego in vobis. Qui habet mandata mea et servat ea. ille est qui diligit me. Qui autem diligit me. diligetur a patre meo. Et ego diligam eum. et manifestabo ei me ipsum. *Sec̄*

Munera quesumus domine oblata sanctifica ⁊ corda nostra sancti sp̄c illustratione emunda. p. In unitate eiusdem. *Prefatio.*

Eterne per xp̄m dominum nostrum. Qui ascendens super omnes celos sedensque ad dexteram tuam promissum spm̄ sanctum hodierna die in filios adoptionis effudit. Quapropter profusis gaudiis totus in orbe terrarum mundus exultat. sed et superne virtutes atque angelice potestates hymnum glorie tue concinunt sine fine dicentes. Sc̄s. *Infra.*

Communicantes et diem sacratissimum pentecosten prevenientes quo sp̄c s̄c. apostolis in variis linguis apparuit. Sed et mem.

Hanc igitur oblationem servitutis nostre. sed et cuncte familie tue quam tibi offerimus pro his quoque quos regenerare dignatus es ex aqua et spu sancto tribuens eis remissionem omnium peccatorum. quesumus domine. *post com.*

Sancti spiritus domine corda nostra mundet infusio et sui roris intima aspersione fecundet. p. In die.
Spiritus domini. ℟ Exurgat. & an.

Deus qui hodierna die corda oro fidelium sancti spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem spiritu recta sapere et de eius semper consolatione gaudere. p. d. In unitate eiusdem. Actuum apostolorum

In diebus illis. Cum complerentur dies pentecostes, erant omnes discipuli pariter in eodem loco. Et factus est repente de celo sonus tamquam advenientis spiritus vehementis, et replevit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite lingue tanquam ignis, seditque supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto et ceperunt loqui variis linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in ihrlm habitantes iudei viri religiosi ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac voce convenit multitudo et mente confusa est, quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes et mirabantur dicentes. Nonne ecce omnes isti qui loquuntur galilei sunt? Et quomodo nos audivimus unusquisque linguam nostram in qua nati sumus. Parthi et medi et elamite, et qui habitant mesopotamiam, iudeam et capadociam, pontum et asiam, phrigiam et pamphiliam, egiptum et partes libie que est circa cirenem, et advene romani, iudei quoque et proseliti, cretes et arabes. Audivimus loquentes nostris linguis magnalia dei.

In illo tempore. Dixit ihesus Secundum iohannem discipulis suis. Si quis diligit me, sermonem meum servabit. Et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris. Hec locutus sum vobis apud vos manens. Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia et suggeret vobis omnia quecumque dixero vobis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis: vado et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit credatis. Iam non multa loquar vobiscum. Venit enim princeps mundi huius et in me non habet quicquam. Sed ut cognoscat mundus quia diligo patrem, et sicut mandatum dedit michi pater sic facio. Secretum.

Munera domine quesumus. Require retro.

Qui ascendens super omnes. Prefatio.

Communicantes et diem Infra sacratissimum pentecosten celebrantes, quo spiritus sanctus apostolis in variis linguis apparuit. Sed et beatorum.

Hanc igitur oblationem servitutis nostre, sed et cuncte familie tue, quam tibi offerimus pro hiis quoque quos regenerare digna-

tus es. ex aqua et spiritu sancto tri
buens eis remissionem omnium pec-
catorum qs domine ut p. post com
Sci spc domine cord. fer. ii.
Sicibavit eos. Exultate deo. e. dni. coll
Deus qui apostolis tuis sanctum
dedisti spiritum concede plebi tue
pie petitionis effectum. ut quibus de
disti fidem largiaris et pacem. p.
In diebus illis. actuum apostolorum
Aperiens petrus os suum dixit. Viri fra
tres et patres. nobis precepit dominus
predicare pplo et testificari quia ipse est
qui constitutus est a deo iudex vivo-
rum et mortuorum. Huic omnes
prophete testimonium perhibent remissi
onem peccatorum accipere per nomen
eius omnes qui credunt in eum. Adhuc
loquente petro verba hec cecidit sps
scs super omnes qui audiebant verbum.
Et obstupuerunt ex circumcisione fi
deles qui venerant cum petro. quia
et in nationes gratia spc sci effusa e.
Audiebant enim illos loquentes ling.
et magnificantes dm. Tunc respondit
petrus. Numquid aquam quis prohi
bere potest ut non baptizentur hii
qui spm scm acceperunt sicut et
nos. Et iussit eos baptizari in nomi
ne domini nostri ihu xpi. Sedm
In illo tp. Dixit ihc iohem.
discipulis suis. Sic deus dilexit
mundum. ut filium suum unigeni
tum daret. ut omnis qui credit in
eum non pereat. set habeat vitam
eternam. Non enim misit deus fili
um suum in hunc mundum ut
iudicet mundum. set ut salvetur
mundus p ipsum. Qui credit i eum
non iudicatur. Qui autem non cre

dit. iam iudicatus est. quia non cre
dit in nomine unigeniti filii dei.
Hoc est autem iudicium quia lux
venit in mundum. et dilexerunt ho-
mines magis tenebras quam lucem.
Erant enim eorum mala opera. Om-
nis enim qui male agit odit lucem.
Et non venit ad lucem. ut non ar-
guantur opera eius. Qui autem fa
cit veritatem venit ad lucem ut
manifestentur opera eius. quia in deo
sunt facta. Secr.
Propitius domine qs hec dona
sanctifica et hostie spiritualis obla-
tione suscepta nosmet ipos tibi pfice.
munus eternum. p. post com.
Adesto domine qs pplo tuo. et
quem mysteriis celestibus imbu
isti ab hostium furore defende. p.
Adsit nobis qs domine fer. iii.
virtus spc sci que et corda
nostra clementer expurget et ab
omnibus tueatur adversis p eum.
In diebus illis. l. actuum apostolorum
Cum audissent apli qui erant ihero
solimis quia recepit samaria verbum
dei. miserunt ad eos petrum et ioha-
nem. Qui cum venissent. oraverunt
p ipsis ut acciperent spm scm. Non
dum enim in quemquam illorum vene-
rat. set baptizati tantum erant in
nomine domini ihu. Tunc impo-
nebant manus sup illos. et accipi
ebant spm scm. Sedm iohem
In illo tp. Dixit ihc turbis iudeorum
et principibus sacerdotum. Amen amen
dico vobis. qui non intrat p hosti
um in ovile ovium. set ascendit
aliunde. ille fur est et latro. Qui
autem intrat p hostium. pastor e

ouium. Huic ostiarius aperit et oves vocem eius audiunt. Et proprias oves vocat nominatim: et educit eas. Et cum proprias oves emiserit: ante eas vadit. Et oves illum sequuntur: quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur: sed fugiunt ab eo. quia non noverunt vocem alienorum. Hoc proverbium dixit eis ihs. Illi autem non cognoverunt: quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum ihs. Amen amen dico vobis: quia ego sum ostium ouium. Omnes enim quotquot venerunt: fures sunt et latrones. Sed non audierunt eos oves. Ego sum ostium. Per me siquis introierit salvabitur: et ingredietur et egredietur. et pascua inveniet. Fur non venit nisi ut furetur: et mactet et perdat. Ego veni ut vitam habeant: et habundantius habeant. secreta

Purificet nos qs domine muneris presentis oblatio et dignos nos sacra participatione perficiat. Per. post

Mentes nostras qs domine spiritus sanctus divinis reparet sacramentis. quia ipse est remissio omnium peccatorum. Per dominum nostrum. In v. e. fer. iiij.

Veniet dum egredietur. P Heurgar ds. S. Ann.

Mentes nostras qs domine oro. paraclitus qui a te procedit illuminet et inducat in omnem sicut tuus promisit filius veritatem. Qui tecum. In v. e. Lect. li. sapientie.

Diligite iusticiam qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate et in simplicitate cordis querite illum: quoniam invenitur ab his qui non temptant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum. Perverse enim cogitationes separant a deo: probata autem virtus corripit insipientes. Quoniam in malivolam animam non introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sanctus enim spiritus discipline effugiet fictum et auferet se a cogitationibus que sunt sine intellectu et corripietur a superveniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientie et non liberabit maledictum a labiis suis. Quoniam renum illius testis est deus: et cordis eius scrutator est verus. et lingue illius auditor. Quoniam spiritus domini replevit orbem terrarum: et hoc quod continet omnia: scientiam habet vocis. coll.

Presta qs omnipotens et misericors deus: ut spiritus sanctus adveniens templum nos glorie sue dignanter inhabitando perficiat. Per. In v. e. Actuum apostolorum

In diebus illis. Stans petrus cum undecim: elevavit vocem suam et loquutus est eis. Viri iudei et qui habitatis ihrlm universi. hoc vobis notum sit. et auribus percipite verba mea. Non enim sicut vos estimatis hii ebrii sunt: cum sit hora diei tertia. sed hoc est quod dictum est per prophetam ioel. Et erit in novissimis diebus dicit dominus: effundam de spiritu meo super omnem carnem. et prophetabunt filii vestri et filie vestre. Et iuvenes vestri visiones videbunt: et seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super servos meos. et super ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo et prophetabunt. Et dabo prodigia in celo sursum. et signa in terra deorsum.

sanguinem et ignem et uaporem fu
mi. Sol conuertetur in tenebras et
luna in sanguinem. antequam ue
niat dies domini magnus et mani
festus. Et omnis quicumque inuoca
uerit nomen domini saluus erit.
In illo t. Dixit secundum iohannem
ihc discipulis suis. Nemo potest
uenire ad me. nisi pater qui misit
me traxerit eum; in nouissimo die.
Est scriptum in prophetis. et erunt om
nes docibiles dei. Omnis qui audiuit
a patre et didicit. uenit ad me. Non
quia patrem uidit quisquam. ni
si is qui est a deo hic uidet patrem.
Amen amen dico uobis. qui credit in
me habet uitam eternam. Ego sum
panis uite. Patres uestri manducaue
runt manna in deserto. et mortui
sunt. Hic est panis de celo descen
dens. ut siquis ex ipso manduca
uerit non moriatur. Ego sum pa
nis uiuus. qui de celo descendi. Si
quis manducauerit ex hoc pane.
uiuet in eternum. Et panis quem
ego dabo caro mea est. pro mundi
uita. Secreta.

Accipe quesumus domine munus obla
tum et dignanter operare. ut
quod misteriis agimus piis effectibus
celebremus. Per. Post com.

Sumentes domine sacramenta
celestia quesumus clementiam tuam
ut quod temporaliter gerimus eter
nis gaudiis consequamur. Per. Fer. V.

Spiritus domini. Ps. Exurgat deus. Or. Adm.

Presta quesumus domine. ut a nostris
mentibus carnales amoueat
spiritus sanctus affectus et spiritualia nobis
dona potenter infundat. Per. In u. e.

In diebus illis. L. actuum apostolorum.
Philippus descendens in ciuitatem
samarie. predicabat illis xpistum. Inten
debant autem turbe hiis que a phi
lippo dicebantur. unanimiter audi
entes et uidentes signa. et prodigia que
faciebat. Multi enim eorum qui
habebant spiritus inmundos. clamantes
uoce magna exibant. Multi enim
paralitici et claudi curati sunt.
Factum est ergo magnum gaudium in
illa ciuitate. Secundum lucam.

In illo t. Conuocatis ihc duodecim
apostolis dedit illis uirtutem et potestatem
super omnia demonia. et ut lango
res curarent. Et misit illos predicare
regnum dei et sanare infirmos. Et
ait ad illos. Nichil tuleritis in uia.
neque uirgam neque peram. neque panem
neque pecuniam. neque duas tunicas
habeatis. Et in quamcumque domum
intraueritis. ibi manete. et inde ne
exeatis. Et quicumque non receperint uos.
exeuntes de ciuitate illa. etiam puluerem
pedum uestrorum excutite in
testimonium super illos. Egressi au
tem circuibant per castella euangeli
zantes. et curantes ubique. Secreta

Uirtute sancti spiritus domine mune
ra nostra contingue ut quod sollemp
nitate presenti tuo nomini dedica
uit. et intelligibile nobis faciat et
eternum. Per. In u. e. Post com.

Sacramentis celestibus domine
operante sancto spiritu uitia nostra
purgentur ut muneribus tuis
possimus semper aptari. Per. Fer. VI.

Repleatur os meum. Ps. In te d. speraui. Or. Adm.

Da quesumus ecclesie tue misericors deus.
ut spiritu sancto congregata hosti

[margin:] et ego resuscitabo eum

Alleluia. tenuis incursione turbetur.

P(er) eundem. L(ectio) actuum ap(osto)lor(um).

In diebus illis. Aperiens petrus os suum dixit. Viri isrelite. audite verba hec. Ih(esu)m nazarenum virum approbatum a deo in vobis virtutibus et prodigiis et signis. que fecit p(er) illum deus in medio v(est)ri. sicut vos scitis. Hunc definito consilio. et p(re)scientia dei traditum p(er) manus iniq(uorum) affligentes interemistis. Quem d(eu)s suscitavit solutis doloribus inferni. iuxta quod inpossibile erat teneri illum ab eo. David enim dicit in eum. p(ro)videbam dominum coram me semp(er). q(uonia)m a dextris michi ne commovear. p(ro)pter hoc letatum est cor meum et exultavit lingua mea. insuper et caro mea requiescet in spe. q(uonia)m non derelinques animam meam in inferno. neque dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas michi fecisti vias vite. replebis me iocunditate. cu(m) facie tua. Sec(undu)m lucam.

In illo t(empore). Factum est in una dierum. et ih(esu)s sedebat docens. Et erant pharisei sedentes et legis doctores qui venerant ex omni castello galilee et iudee et ih(erusa)l(e)m. et virtus erat d(omi)ni ad sanandum eos. Et ecce viri portantes hominem in lecto qui erat paraliticus. et querebant eum inferre et ponere ante eum. Et n(on) invenientes qua parte illum inferrent pre turba. ascenderunt supra tectum et per tegulas sub miserunt illum cum lecto in medium ante ih(esu)m. Quorum fidem ut vidit. dix(it). homo. remittuntur tibi p(ec)c(a)ta tua. Et ceperunt cogitare scribe et pharisei. dicentes. Quis est hic qui loquitur blasfemias. Quis potest p(ec)c(a)ta dimittere nisi solus deus. Ut cognovit autem ih(esu)s cogitationes eorum. respondens dixit ad illos. Quid cogitatis mala in cordibus v(est)ris. Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata. an dicere surge et ambula. Ut sciatis autem quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata. ait paralytico. Tibi dico surge. Tolle lectum tuum. et vade in domum tuam. Et confestim surgens coram illis. tulit lectum in quo iacebat. et abiit in domum suam magnificans d(eu)m. Et stupor apprehendit omnes. et magnificabant d(eu)m. Et repleti sunt timore dicentes. quia vidimus mirabilia hodie. Sec(reta).

Sacrificia domine tuis oblata co(n)spectibus ignis ille divinus absumat. qui discipulorum xp(ist)i tui p(er) sp(iritu)m sanctum corda succendit. P(er) eundem. In u(nitate) e(iusdem). Post co(mmunio).

Sumpsimus domine sacri dona misterii humiliter deprecantes. ut que in tui commemoratione nos facere precepisti. in nostre p(ro)ficiant infirmitatis auxilium. P(er). Q(uar)t(a) f(eria). Salvo

Caritas dei diffu. P(s). Bn(e)d(ic)tus es d(omi)ne. Sanctum. Gloria i(n) excelsis.

Mentibus n(ost)ris q(uesumu)s domine spiritum sanctum benignus infunde. cuius et sapientia conditi sumus et providentia gubernamur. P(er). In u(nitate) e(iusdem). L(ectio) Iohelis p(ro)phe(te).

Hec dicit dominus deus. Effundam sp(iritu)m meum sup(er) omnem carnem. et p(ro)phetabunt filii v(est)ri et filie v(est)re. Senes v(est)ri sompnia sompniabunt. et iuvenes v(est)ri visiones

uidebunt. Sed et sup servos meos
et super ancillas meas in diebus illis:
effundam spiritum meum et dabo prodigia
in celo et in terra. sanguinem et ig-
nem et vaporem fumi. Sol conu-
tetur in tenebras et luna in sagui-
nem. Antequam ueniat dies domini
magnus et manifestus. Et omnis
quicumque invocaverit nomen do-
mini salvus erit. Or.
Illo nos igne qs domine sps scs
inflammet quem dominus noster
ihs xps misit in terram et voluit
vehementer accendi. Qui tecum. In
diebus illis. C. ii. e. L. l. leuitici
Locutus est dominus ad moysen
dicens. Loquere filiis isrl. et dices ad
eos. Cum ingressi fueritis terram quam
ego dabo vobis: et messueritis segetem.
feretis manipulos spicarum primi-
tias messis vestre ad sacerdotem. Qui
elevabit fasciculum coram domino.
ut acceptabilis sit pro vobis altero
die sabati et sanctificabit illum. Nu-
merabitis ergo ab ipso die in quo optu-
listis manipulum primitiarum septem
ebdomodas plenas. usque ad alteram
diem expletionis ebdomade septime.
et sic offeretis sacrificium novum
domino ex omnibus habitaculis vestris
Panes igitur primitiarum duos
de duabus decimis simile. quos
elevabit sacerdos coram domino. et
vocabitis hunc diem celeberrimum
atque sanctissimum. Omne opus ser-
uile non facietis in eo. legitimum
sempiternum erit in cunctis habita-
culis. et generationibus vestris. Dicit
dominus omnipotens. Oro.
Deus qui ob animarum medelam
ieiuniis devotione castigari corpora
precepisti. concede nobis propitius et men-
te et corpore semper tibi esse devotos. Per.
In diebus illis. L. l. leuitici.
Dixit moyses. Audi isrl: que ego pre-
cipio tibi hodie. Cum intraueris terram
quam dominus deus tuus tibi datu-
rus est possidendam et obtinueris eam.
atque habitaveris in illa. tolles de cun-
ctis frugibus tuis primitias et pones in
cartallo. Pergesque ad locum quem do-
minus deus tuus elegerit. ut ibi invo-
cetur nomen eius. Accedesque ad sacer-
dotem qui fuerit in diebus illis: et
dices ad eum. Confiteor hodie coram
domino deo tuo qui exaudiuit nos:
et respexit humilitatem nostram. et
laborem atque angustias. et eduxit
nos de egipto in manu forti et bra-
chio extento. in ingenti pavore in
signis atque portentis. et introduxit
ad locum istum. et tradidit nobis terram
lacte et melle manantem. Et idcirco
nunc offero primitias frugum terre.
quam dominus dedit michi. Et di-
mittes eas in conspectu domini dei
tui. Et adorato domino deo tuo: epula-
beris in omnibus bonis: que dominus
deus tuus dederit tibi. Oro.
Presta qs omnipotens deus ut salutaribus
ieiuniis eruditi: ab omnibus
etiam vitiis abstinentes propitiatio-
nem tuam facilius impetremus. Per.
In diebus illis. L. l. leuitici.
Dixit dominus ad moysen. Si in preceptis
meis ambulaveritis et mandata
mea custodieritis et feceritis ea: dabo
vobis pluviam temporibus suis. et
terra gignet germen suum. et po-
mis arbores replebuntur. Apprehendet

messium tritura uindemiam. et
uindemia occupabit sementem. Et
comedetis panem uestrum in saturitate
et absque pauore habitabitis in terra
uestra. Dabo pacem in finibus uestris.
Dormietis. et non erit qui exterreat.
Auferam malas bestias. et gladius non
transibit terminos uestros. Persequimini
inimicos uestros et corruent coram
uobis. persequentur quinque de uestris cen-
tum alienos. et centum ex uobis dece-
milia. Cadent inimici uestri in conspec-
tu uestro gladio. Respiciam uos et cresce-
re faciam. multiplicabimini et fir-
mabo pactum meum uobiscum. et
comedetis uetustissima ueterum. et
uetera nouis superuenientibus proi-
cietis. Ponam tabernaculum meum in
medio uestri. et non abiciet uos anima
mea. Et ambulabo inter uos et ero
uester deus. uosque eritis populus me-
us. Dicit dominus omnipotens. Oratio.

Presta quesumus omnipotens deus. sic nos ab
epulis carnalibus abstinere. ut
a uitiis pariter ieiunemus. Per.

In diebus illis. Lectio danielis prophete.
Angelus domini descendit cum azaria
et sociis eius in fornacem. et excussit
flammam ignis de fornace et fecit me-
dium fornacis quasi uentum roris
flantem. Flamma autem diffusa est
super fornacem cubitis quadraginta no-
uem et incendit quos repperit iuxta
fornacem de chaldeis ministros regis
qui eam incendebant. Illos autem
omnino non tetigit ignis. neque con-
tristauit. nec quicquam molestie
intulit. Tunc hii tres quasi ex uno ore
hymnum dicebant. et magnificabant
dominum in fornace dicentes. Benedictus
es domine deus patrum nostrorum.
et laudabilis et super exaltatus in
secula. Et benedictum nomen glorie
tue sanctum. et laudabile et super
exaltatum in omnibus seculis. Be-
nedictus es in templo sancto glorie
tue. et super laudabilis. et super glori-
osus in secula. Benedictus es in thro-
no regni tui. et super laudabilis.
et super exaltatus in omnibus seculis.
Benedictus es in firmamento celi. et
laudabilis et gloriosus in secula. Be-
nedictus es qui intueris abyssos et
sedes super cherubin. et laudabilis et
super exaltatus in secula. Benedictus
es in firmamento celi. et laudabilis
et gloriosus in secula. Benedicite
omnia opera domini domino. bene-
dicite celi domino. benedicite angeli
domini domino hymnum dicite et
super exaltate eum in secula. Bene-
dicite aque que super celos sunt do-
mino. benedicite omnes uirtutes domini do-
mino. benedicite sol et luna domino.
hymnum dicite. Benedicite stelle ce-
li domino. benedicite imber et ros domino.
benedicite omnis spiritus dei domino.
hymnum dicite. Benedicite ignis
et estus domino. benedicite noctes et
dies domino. benedicite tenebre et
lumen domino hymnum dicite.
Benedicite frigus et cauma domi-
no. benedicite pruina et niues domino.
benedicite fulgura et nubes domino.
hymnum. Benedicat terra domino.
benedicite montes et colles domino. bene-
dicite omnia nascentia terre domino.
hymnum dicite. Benedicite maria
et flumina domino. benedicite fon-
tes domino. benedicite cete et omnia

que mouentur in aquis domino. hymnum dicite. Benedicite uolucres celi domino. benedicite bestie et uniuersa pecora domino. benedicite filii hominum domino hymnum dicite. Benedicat israel domino. benedicite sacerdotes domini domino. benedicite serui domini domino hymnum dicite. Benedicite spiritus et anime iustorum domino. benedicite sancti et humiles corde domino. hymnum dicite. Benedicite ananias azarias mysael domino. hymnum dicite et superexaltate eum in secula.

Deus qui tribus pueris. Oratio. Mitigasti flammas ignium concede propitius: ut nos famulos tuos non exurat flamma uitiorum. Per.

In diebus illis: Lectio actuum apostolorum. Conuenit uniuersa ciuitas: audire uerbum domini. Videntes autem turbas iudei repleti sunt zelo et contradicebant hiis que a paulo dicebant: blasphemantes. Tunc constanter paulus et barnabas dixerunt. Vobis oportebat primum loqui uerbum dei. sed quoniam repellitis illud et indignos uos iudicastis eterne uite ecce conuertimur ad gentes. Sic enim precepit nobis dominus. Posui te in lucem gentibus. ut sis in salutem usque ad extremum terre. Audientes autem gentes gauise sunt. et glorificabant uerbum domini. Et crediderunt quotquot erant preordinati ad uitam eternam. Disseminabatur autem uerbum domini per uniuersam regionem. Iudei autem concitauerunt religiosas mulieres et honestas. et primos ciuitatis: excitauerunt persecutionem in paulum et barnabam. et eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso puluere pedum in eos: uenerunt yconium. Discipuli quoque replebantur gaudio: et spiritu sancto. Secundum lucam.

In illo tempore. Surgens ihesus de sinagoga: introiuit in domum simonis. Socrus autem simonis: tenebatur magnis febribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam imperauit febri et dimisit illam. Et continuo surgens ministrabat illis. Cum sol autem occidisset: omnes qui habebant infirmos uariis langoribus ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens curabat eos. Exibant autem demonia a multis: clamantia et dicentia quia tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui quia sciebant ipsum esse christum. Facta autem die egressus ibat in desertum locum: et turbe requirebant eum. Et uenerunt usque ad ipsum: et detinebant eum ne discederet ab eis. Quibus ille ait. Quia et aliis ciuitatibus oportet me euangelizare: regnum dei. Secreta.

Ut accepta tibi sint domine nostra ieiunia. presta nobis quesumus huius munere sacramenti purificatum tibi pectus offerre. Per. Post communio.

Percipiant nobis domine diuina tua sancta feruorem. quo eorum pariter et actu delectemur et fructu. Per. De sancta trinitate

Benedicta sit sancta trinitas. Per. Benedicamus. Sequentia.

Omnipotens sempiterne deus qui dedisti nobis famulis tuis in confessione uere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere. et in potentia maiestatis tue adorare unitatem: quesumus

ut eiusdem fidei firmitate. ab om-
nibus semper muniamur adversis.
Per dominum. V. L. apocal. b. iohis. aplī
In diebus illis. Vidi hostium apertum
in celo. et vox prima quam audivi.
tamquam tube loquentis mecum
dicens. Ascende huc. et ostendam ti-
bi. que oportet fieri post hec. Statim
fui in spiritu. et ecce sedes posita e-
rat in celo. et supra sedem sedens. Et
qui sedebat. similis erat aspectu la-
pidis iaspidis et sardini. Et iris erat
in circuitu sedis. similis visioni sma-
ragdine. Et in circuitu sedis sedi-
lia viginti quatuor. et super thronos
viginti quatuor seniores sedentes.
circumamicti vestimentis albis. et
in capitibus eorum corone auree.
Et de throno procedunt fulgura. et voces
et tonitrua. et septem lampades ar-
dentes ante thronum. que sunt
septem spiritus dei. Et in conspectu sedis.
tamquam mare vitreum. simile cris-
tallo. Et in medio sedis et in circui-
tu sedis. quatuor animalia plena
oculis. ante et retro. Et animal
primum. simile leoni. Et secundum ani-
mal. simile vitulo. Et tertium ani-
mal. habens faciem quasi hominis.
Et quartum animal. simile aqui-
le volanti. Et quatuor animalia.
singula eorum habebant alas senas. Et
in circuitu et intus. plena sunt
oculis. Et requiem non habebant.
die ac nocte dicentia. Sanctus. Sanctus.
Sanctus dominus deus omnipotens. qui
erat et qui est. et qui venturus
est. Et cum darent illa anima-
lia gloriam et honorem. et bene-
dictionem sedenti super thronum.
viventi in secula seculorum. procidebant
viginti quatuor seniores.
ante sedentem in throno. Et ado-
rabant viventem in secula secu-
lorum. Ewangelium.
In illo tempore. Erat homo ex phariseis.
Require in annotino pasch. Secreta
Sanctifica quesumus domine deus noster
per tui nominis invocationem
huius oblationis hostiam et per eam
nosmet ipsos tibi perfice munus eter-
num. Per. prefat.
Eterne deus. Qui cum unige-
nito filio tuo [et spiritu sancto] unus es deus. unus
es dominus. Non in unius singula-
ritate persone. sed in unius trinita-
te substantie. Quod enim de tua
gloria revelante te credimus. hoc
de filio tuo. hoc de spiritu sancto.
sine differentia discretionis sen-
timus. ut in confessione vere sem-
piterneque deitatis. et in personis pro-
prietas. et in essentia unitas. et in
maiestate adoretur equalitas.
Quam laudant angeli atque archan-
geli cherubin quoque ac seraphin. qui
non cessant clamare cotidie una
voce dicentes. Sanctus. Sanctus. post com.
Proficiat nobis ad salutem cor-
poris et anime domine deus
huius sacramenti susceptio. et sem-
piterna sancte trinitatis eiusdemque
individue unitatis confessio. Per. Ad
Domine deus pater omnipotens vesperas
nos famulos tue maiestati
subiectos. per unicum filium in vir-
tute spiritus sancti benedic et protege. ut
ab omni adversitate vel hoste
securi in tua iugiter laude lete-
mur. Per. evangelium. In unit eiusdem.

Fr̄s. Si xp̄c ad corinthios. Fer. iiii.
predicatur quod resurrexit a
mortuis: quomodo quidam dicūt
in uobis qm̄ resurrectio mortuor
non est. Si autem resurrectio mor-
tuorum non est: neq; xp̄c resurrexit.
Si autem xp̄c non resurrexit ina-
nis ergo predicatio nr̄a. inanis est
et fides nostra. Inuenimur autem
7 falsi testes dei. qm̄ testimonium
diximus aduersus dm̄. quod susci-
tauit xp̄m quem non suscitauit.
Nam si mortui non resurgunt: ne-
q; xp̄c resurrexit. Q si xp̄c non resur-
rexit: uana est fides uestra. Adhuc e-
estis in peccatis uris. Ergo et qui
dormierunt in xp̄o perierunt. Si
in hac uita tantum sp̄antes sum̄:
miserabiliores sumus omnib; ho-
minib;. Nunc autem xp̄c resur-
rexit a mortuis. primitie dormienti-
um. qm̄ quidem p hominem mors.
et p hominem resurrectio mortuo-
rum. Et sic̄ in adam omnes moriūt.
ita et in xp̄o omnes uiuificabuntur.
Vnusquisq; autem in suo ordine.
P ihm̄ xp̄m dominum nostrum.
In illo tp̄. Secūm Lucam.
Accesserunt ad ihm̄ quidam sadu-
ceor. qui negant ēē resurrectionem
et interrogauerunt dicentes. Ma-
gister: moyses scripsit dicens. Si
frater alicuius mortuus fuerit
habens uxorem. et hic sine filiis
fuerit. ut accipiat eam frater eius
in uxorem. et suscitet semen fratri
suo. Septem ergo fratres erant: et
primus accepit uxorem 7 mortuus
est sine filiis. Et sequens accepit
eam 7 mortuus est sine filio. Et
tertius accepit illam. Similiter et
omnes septem. et nō reliquerunt
semen et mortui sunt. Nouissima
omnium: mortua est et mulier. In
resurrectione ergo cuius eorum erit
uxor. Siquidem septem habuerunt
eam uxorem. Et ait illis ihc. Filii se-
culi huius nubunt. et traduntur
ad nuptias. Illi uero qui digni ha-
bentur seculo illo et resurrectione
ex mortuis. neq; nubent neq; ducent
uxores. neq; enim ultra mori pote-
runt. Equales enim angelis sunt
et filii sunt dei cū sint filii resur-
rectionis. Quia uero resurgant
mortui. et moyses ostendit secus
rubum sic̄ dicit dominū dm̄ abra-
ham. et dm̄ ysaac et dm̄ iacob.
Deus autem nō est mortuorum sed
uiuor. Omnes enim uiuunt ei. Res-
pondentes quidam scribarum: dixe-
runt. Magister: bene dixisti. Et am-
plius non audebant eum: q̄quam
interrogare. Fer. vi. Secūm lucam.
In illo tp̄. Dixit ihc discipulis suis.
Cum inducent uos in synagogas
et ad magistratus et potestates: no-
lite solliciti esse qualiter aut quid
dicatis. Sp̄c enim sanctus docebit
uos in ipsa hora: que oporteat
dicere. Ait autem quidam de tur-
ba. Magister dic fratri meo ut di-
uidat mecum hereditatem. At ille
dixit ei. Homo quis me constituit
iudicem aut diuisorem sup uos.
Dixitq; ad illos. Uidete et cauete ab
omni auaritia: quia nō in habun-
dantia cuiusq; uita est eius ex his
q̄ possidet. Dixit autem ad illos
similitudinem hanc dicens. Ho-

minis cuiusdam diuitis uberes
fructus ager attulit et cogita
bat intra se dicens. Quid faciam
quia non habeo quo congregem fruct
us meos. Et dixit. Hoc faciam. Des
truam horrea mea et maiora faciam.
et illuc congregabo omnia que nata
sunt michi. et bona mea. et dicam
anime mee. Anima habet multa
bona. posita in annos plurimos. Requi
esce. comede. bibe. epulare. Dixit
autem illi deus. Stulte hac nocte
animam tuam repetunt a te. Que
autem parasti. cuius erunt. Sic est
qui sibi tesaurizat. et non est in
deum diues. Dominica prima post oct. pentec.
Domine in tua. Ps. Usquequo d. s. dom. coll.

Deus in te sperantium fortitudo
adesto propitius inuocationibus
nostris. et quia sine te nichil po-
test mortalis infirmitas. presta auxi-
lium gratie tue ut in exequendis
mandatis tuis et uoluntate tibi et
actione placeamus. per. Le. e. b. iohis
Karissimi. Deus caritas est. apost.
In hoc apparuit caritas dei in nobis. quoniam filium suum
unigenitum misit deus in mun
dum. ut uiuamus per eum. In hoc est
caritas non quasi nos dilexerimus
deum. sed quoniam ipse prior dilexit nos et
misit filium suum propitiationem
pro peccatis nostris. Karissimi. si deus dilexit
nos. et nos debemus alterutrum
diligere. Deum nemo uidit umquam.
Si diligamus inuicem. deus in nobis
manet. et caritas eius in nobis
perfecta est. In hoc intelligimus quoniam
in eo manemus et ipse in nobis.
quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et
nos uidimus et testificamur. quoniam
pater misit filium suum saluatorem
mundi. Quisquis confessus fuerit
quoniam ihesus est filius dei deus in eo ma-
net et ille in deo. Et nos cognoui
mus et credimus ueritati. quam
habet deus in nobis. Deus caritas
est. Et qui manet in caritate. in
deo manet et deus in eo. In hoc
perfecta est caritas nobiscum ut fidu-
ciam habeamus in die iudicii. quia
sicut ille est et nos sumus in hoc
mundo. Timor non est in caritate.
sed perfecta caritas foras mittit timo-
rem. quoniam timor penam habet. Qui
autem timet. non est perfectus in
caritate. Nos ergo diligamus deum.
quoniam ipse prior dilexit nos. Siquis
dixerit quoniam diligo deum et fratrem
suum oderit. mendax est. Qui enim
non diligit fratrem suum quem
uidet. deum quem non uidet quomodo
potest diligere. Et hoc mandatum
habemus a deo ut qui diligit deum.
diligat et fratrem suum.

In illo tempore. Secundum Lucam. In
Dixit ihesus discipulis suis.
Homo quidam erat diues et indu-
ebatur purpura et bisso. et epula-
batur cotidie splendide. Et erat
quidam mendicus nomine laza-
rus qui iacebat ad ianuam eius
ulceribus plenus cupiens saturari
de micis que cadebant de mensa di-
uitis. et nemo illi dabat. Set et
canes ueniebant. et lingebant
ulcera eius. Factum est autem
ut moreretur mendicus. et porta-
retur ab angelis in sinum abrahe.
Mortuus est autem et diues. et sepultus

est in infernum. Elevans autem ocu-
los oculos suos cum esset in tormentis:
uidit abraham a longe et lazarum
in sinu eius. Et ipse clamans dixit.
Pater abraham miserere mei: et
mitte lazarum ut intinguat
extremum digiti sui in aquam
ut refrigeret linguam meam quia
crucior in hac flamma. Et dixit il-
li abraham. Fili recordare quia
recepisti bona in uita tua: et lazarus
similiter mala. Nunc autem hic
consolatur: tu uero cruciaris. Et
in his omnibus inter nos et uos
chaos magnum firmatum est:
ut hii qui uolunt hinc transire
ad uos non possint. neque inde huc
transmeare. Et ait. Rogo te pater
ergo: ut mittas eum in domum
patris mei. Habeo enim quinque
fratres: ut testetur illis ne et ipsi
ueniant in hunc locum tormentorum.
Et ait illi abraham. Habent mo-
ysen et prophetas: audiant illos. At
ille dixit. Non pater abraham: sed
si quis ex mortuis ierit ad eos. peni-
tentiam agent. Ait autem illi.
Si moysen et prophetas non audiunt:
neque si quis ex mortuis resurrexerit.
credent. Secreta.

Hostias nostras domine tibi
dicatas placatus assume. et
ad perpetuum nobis tribue prouenire
subsidium. Per. Post communionem.

Tantis domine repleti mune-
ribus presta quesumus ut et salutaria
dona capiamus. et a tua num-
quam laude cessemus. Per. Feria. iiii.

Fratres. ad colosenses.
mortificate membra uestra
que sunt super terram. Fornicatio-
nem. Inmunditiam. libidinem. Et
concupiscentiam malam. Et auari-
tiam que est ydolorum seruitus. Propter
que uenit ira dei super filios incre-
dulitatis. in quibus et uos ambulas-
tis aliquando. cum uiueretis in
illis. Nunc autem et uos deponite
omnia. iram. indignationem. ma-
litiam. blasphemiam. turpem ser-
monem de ore uestro. Nolite mentiri
inuicem: expoliantes ueterem ho-
minem cum actibus suis. et indu-
entes nouum. eum qui renouatur
in agnitionem secundum ymaginem
eius qui creauit eum. Ubi non est
gentilis et iudeus. circumcisio et
preputium. barbarus et scitha. seruus
et liber. Sed omnia: et in omnibus
christus. Secundum matheum.

In illo tempore: Dixit ihesus discipulis
suis. Nolite putare quoniam ueni solue-
re legem aut prophetas. Non ueni
soluere. sed adimplere. Amen quippe
dico uobis: donec transeat celum
et terra. iota unum aut unus
apex non preteribit a lege. donec
omnia fiant. Qui ergo soluerit
unum de mandatis istis minimis. et
docuerit sic homines minimus uo-
cabitur in regno celorum. Qui au-
tem fecerit et docuerit: hic magnus
uocabitur in regno celorum. Feria. vi.

In illo tempore: Secundum lucam.
Dixit ihesus discipulis suis. Impossi-
bile est ut non ueniant scandala.
Ve autem illi per quem ueniunt. Uti-
lius est illi si lapis molaris imponatur
circa collum eius et proiciatur in mare.
quam ut scandalizet unum de pusillis

istis. Attendite vobis. Si peccaverit
in te frater tuus, increpa illum. Et
si penitentiam egerit, dimitte illi. Et
si septies in die peccaverit in te, et
septies in die conversus fuit ad te
dicens penitet me, dimitte illi. Et
dixerunt apostoli domino. Adauge
nobis fidem. Dixit autem dominus. Si
habueritis fidem sicut granum synapis,
diceretis huic arbori moro eradi-
care et transplantare in mare et
obediret vobis. Quis autem vestrum
habens servum arantem aut pas-
centem, qui regresso de agro dicit
illi statim transi recumbe, et non
dicit ei para quod cenem, et precin-
ge te et ministra michi donec man-
ducem et bibam, et post hec tu
manducabis et bibes? Numquid
gratiam habet servo illi quia fecit
que sibi imperaverat? Non puto. Sic
et vos cum feceritis omnia que
precepta sunt vobis, dicite. Servi
inutiles sumus, quod debuimus facere
fecimus. Dominica ij.

Factus est dominus. Ps. Diligam te domine. Sanctorum.

Sancti nominis tui domine coll.
timorem pariter et amorem
fac nos habere perpetuum, quia num-
quam tua gubernatione destituis
quos in soliditate tue dilectionis
instituis. Per. Lc. e. bi. Iohis apo.
Karissimi. Nolite mirari. Nolite.
si odit vos mundus. Nos
scimus quoniam translati sumus de
morte ad vitam, quoniam diligimus
fratres. Qui non diligit manet
in morte. Omnis qui odit fra-
trem suum homicida est. Et scitis
quoniam omnis homicida non habet
vitam eternam in se manentem.
In hoc cognovimus caritatem dei,
quoniam ille pro nobis animam suam
posuit, et nos debemus pro fratribus
animas ponere. Qui habuerit sub-
stantiam mundi huius et viderit
fratrem suum necessitatem patien-
tem et clauserit viscera sua ab eo,
quomodo caritas dei manet in eo? Fi-
lioli mei, non diligamus verbo neque
lingua, sed opere et veritate.
In illo tempore. Dixit secundum lucam.
Ihesus discipulis suis similitudinem
hanc. Homo quidam fecit cenam
magnam et vocavit multos. Et
misit servum suum hora cene di-
cere invitatis ut venirent, quia
iam parata sunt omnia. Et cepe-
runt omnes simul excusare. Primus
dixit illi. Villam emi et necesse
habeo exire et videre illam. Rogo
te habe me excusatum. Et alter
dixit. Juga boum emi quinque et
eo probare illa. Rogo te habe me ex-
cusatum. Et alius dixit. Uxorem
duxi et ideo non possum venire.
Et reversus servus nuntiavit
hec domino suo. Tunc iratus pater-
familias dixit servo suo. Exi cito
in plateas et vicos civitatis et pau-
peres ac debiles et cecos et claudos
introduc huc. Et ait servus. Do-
mine factum est ut imperasti et
adhuc locus est. Et ait dominus
servo. Exi in vias et sepes et com-
pelle intrare ut impleatur domus
mea. Dico autem vobis quod nemo
virorum illorum qui vocati sunt
gustabit cenam meam. Secre.
Oblatio nos domine tuo nomini

dicanda purificet. et de die in diem ad celestis vite transferat actionem. per dominum. post com.

Sumpsit muneribus domine quesumus ut cum frequentatione misterii crescat nostre salutis effectus. per.

Karissimi. Succincti lumbos mentis vestre Fer. iiii. beati petri apostoli. sobrii perfecte sperate in eam que offertur nobis gratiam in revelatione ihesu christi. quasi filii obedientie non configurati prioribus ignorantie vestre desideriis. sed secundum eum qui vocavit vos sanctum ut et ipsi sancti sitis in conversatione. quia scriptum est. Sancti eritis. quia ego sanctus sum.

In illo tempore. Cum secundum matheum. venisset ihesus in templum. accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum et seniores populi dicentes. In qua potestate hec facis. Et quis dedit tibi hanc potestatem. Respondit ihesus et dixit eis. Interrogabo vos et ego unum sermonem. quem si dixeritis michi et ego vobis dicam in qua potestate hec facio. Baptismum iohannis unde erat. e celo an ex hominibus. At illi cogitabant inter se dicentes. Si dixerimus e celo. dicet nobis. Quare ergo non credidistis illi. Si autem dixerimus ex hominibus timemus turbam. Omnes enim habebant iohannem sicut prophetam. Et respondentes ihesu dixerunt. Nescimus. Ait illis et ipse. Nec ego dico vobis in qua potestate hec facio. Fer. vi. secundum matheum

In illo tempore. Respondens ihesus dixit. Confiteor tibi pater domine celi et terre. quia abscondisti hec a sapientibus et prudentibus et revelasti ea parvulis. Ita pater. quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia michi tradita sunt a patre meo. Et nemo novit filium nisi pater. neque patrem quis novit nisi filius. et cui voluerit filius revelare. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis. et ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos et discite a me quia mitis sum et humilis corde. et invenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suave est. et onus meum leve. Dominica. iii.

Respice in me. ps. Ad te domine levavi. ps. Adv.

Deprecationem nostram oratio quesumus domine benignus exaudi. et quibus supplicandi prestas affectum. tribue defensionis auxilium. per.

Karissimi. Humiliamini beati petri sub potenti manu dei. apostoli ut vos exaltet in tempore visitationis. Omnem sollicitudinem vestram proicientes in eum. quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrii estote et vigilate. quia adversarius vester diabolus. tamquam leo rugiens circuit. querens quem devoret. Cui resistite fortes in fide. scientes eandem passionem ei que in mundo est. vestre fraternitati fieri. Deus autem omnis gratie. qui vocavit nos in eternam suam gloriam in christo iesu modicum passos. ipse perficiet. confirmabit. solidabitque. Ipsi gloria et imperium in secula seculorum amen. secundum lucam.

In illo tempore. Erant appropinquantes ad ihesum publicani et peccatores. ut audirent illum. Et mur-

murmurabant pharisei et scribe dicentes quia hic peccatores recipit et manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicens. Quis ex vobis homo qui habet centum oves et si perdiderit unam ex illis. nonne dimittit nonaginta novem in deserto. et vadit ad illam que perierat donec inveniat illam. Et cum invenerit eam. imponit in humeros suos gaudens. Et veniens domum. convocat amicos et vicinos dicens illis. Gratulamini michi quia inveni ovem meam que perierat. Dico vobis. quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente. quam super nonaginta novem iustis qui non indigent penitentia. Aut que mulier habens dragmas decem. si perdiderit dragmam unam. nonne accendit lucernam. et evertit domum. et querit diligenter donec inveniat. Et cum invenerit. convocat amicas et vicinas dicens. Gratulamini michi. quia inveni dragmam quam perdideram. Ita dico vobis gaudium erit coram angelis dei super uno peccatore penitentiam agente.

Munera domine oblata *Secreta* sanctifica. ut tui nobis unigeniti corpus et sanguis fiat per eundem. *post com.*

Hec nos communio domine purget a crimine. et celestis remedii faciat esse consortes. Per. *Fer. iiii. ad*

Rom. Omne quodcumque *Colocen* facitis in verbo aut in *ses* opere. omnia in nomine domini ihesu facite. gratias agentes deo et patri per ipsum. Mulieres subdite estote viris. sicut oportet in domino. Viri diligite uxores vestras et nolite amari esse ad illas. Filii obedite parentibus per omnia. hoc enim placitum est deo. Patres nolite ad indignationem provocare filios vestros. ut non pusillo animo fiant. Servi obedite per omnia dominis carnalibus. non ad oculum servientes. quasi hominibus placentes. sed in simplicitate cordis timentes deum. quodcumque facitis ex animo operamini. sicut domino et non hominibus. scientes quod a domino accipietis retributionem hereditatis. In christum ihesum dominum nostrum. *Secundum*

In illo tempore. Dixit ihesus. Esto *mathum.* consentiens adversario tuo cito dum es in via cum eo. ne forte adversarius tradat te iudici. et iudex tradat te ministro. et in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde donec reddas novissimum quadrantem. Audistis quia dictum est antiquis. non mechaberis. Ego autem dico vobis. quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam. iam mechatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te. erue eum et proice abs te. Expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum. quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua scandalizat te. abscide eam et proice abs te. Expedit enim ut pereat unum membrorum tuorum. quam totum corpus tuum eat in gehennam. *Fer. vi.*

In illo tempore. Secundum marchum.
Introiuit ihesus ierosolimam: in tem-
plum. Et circumspectis omnibus:
cum iam uespera esset hora exiit in
bethaniam cum duodecim. Et alia
die cum exiret de bethania esuriit.
Cumque uidisset a longe ficum haben-
tem folia uenit siquid forte inueni-
ret in ea. Et cum uenisset ad eam:
nichil inuenit preter folia. Non enim
erat tempus ficorum. Et respondens
dixit ei. Iam non amplius in eternum
quisquam ex te fructum mandu-
cet. Et audiebant discipuli eius:
et uenit iterum ierosolimam. Et
cum uenisset in templum cepit
eicere uendentes et ementes in tem-
plo. et mensas nummulariorum
et cathedras uendentium columbas
euertit. Et non sinebat ut quisquam
transferret uas per templum et
docebat dicens eis. Non ne scriptum
est quia domus mea domus oratio-
nis uocabitur dicit dominus. Vos
autem fecistis illam speluncam
latronum. Quo audito principes
sacerdotum et scribe. querebant quo-
modo illum perderent. Timebant enim
eum: quoniam uniuersa turba ammi-
rabatur super doctrina eius. Et
cum uespera facta esset: egrediebantur
de ciuitate. Et cum mane transi-
rent: uiderunt ficum aridam
factam a radicibus. Et recordatus
petrus dixit ei. Rabi. Ecce ficus
cui maledixisti aruit. Et respon-
dens ihesus ait illis. Habete fidem dei.
Amen dico uobis. quia quicumque
dixerit huic monti tollere et mit-
tere in mare et non hesitauerit in
corde suo. sed crediderit quia quodcumque
dixerit fiat. fiet ei. Dominica iiij.

Dominus illuminatio. Ps. Dum consistunt. Alleluia.

Protector in te sperantium. Collecta.
Deus. sine quo nichil est ualidum.
nichil sanctum. multiplica super
nos misericordiam tuam: ut te recto-
re te duce sic transeamus per bona tempo-
ralia ut non amittamus eterna. Per.

Fratres. Existimo. Ad romanos.
enim quod non sunt
condigne passiones huius temporis
ad futuram gloriam que reuela-
bitur in nobis. Nam expectatio cre-
ature: reuelationem filiorum dei
expectat. Vanitati enim creatura
subiecta est non uolens. sed propter eum
qui subiecit in spe quia et ipsa crea-
tura liberabitur a seruitute corrupti-
onis. in libertatem glorie filiorum
dei. Scimus enim quod omnis creatura
ingemescit et parturit usque adhuc.
Non solum autem illa. sed nos ipsi
primitias spiritus habentes. Et ipsi intra
nos gemimus. adoptionem filiorum
dei. expectantes redemptionem corporis
nostri. In christo ihesu domino nostro.

In illo tempore. Secundum lucam.
Dixit ihesus discipulis suis. Estote
misericordes. sicut et pater uester
misericors est. Nolite iudicare. et non
iudicabimini. Nolite condempnare.
et non condempnabimini. Dimitti-
te et dimittemini. Date. et dabitur
uobis. Mensuram bonam et con-
fertam et coagitatam et superefflu-
entem dabunt in sinum uestrum.
Eadem uero mensura qua mensi
fueritis: remetietur uobis. Dice-
bat autem illis et similitudinem

Numquid potest cecus cecum ducere?
Nonne ambo in foveam cadunt?
Non est discipulus super magistrum.
Perfectus autem omnis erit: si sit
sicut magister eius. Quid autem
vides festucam in oculo fratris tui:
trabem autem que in oculo tuo est
non consideras? Aut quomodo po-
tes dicere fratri tuo: Frater sine eici-
am festucam de oculo tuo, ipse in
oculo tuo trabem non vides? Hypo-
crite: eice primum trabem de oculo
et tunc perspicies ut educas festucam
de oculo fratris tui. Secreta.
Respice domine munera suppli-
cantis ecclesie et saluti credentium
perpetua sanctificatione sumenda
concede. Per. Post com.
Sancta tua nos domine sumpta
vivificent et misericordie sem-
piterne preparent expiatos. Per. Fer. iiii.
Romani. Nolite Lc. e. vi. petri apostoli
peregrinari in fervore qui
ad temptationem vobis fit, quasi
novi aliquid vobis contingat sed
communicantes Christi passionibus gau-
dete ut in revelatione glorie eius
gaudeatis exultantes. Si exprobra-
mini in nomine Christi beati eritis: quoniam
glorie dei spiritus in vobis requiescit. Ne-
mo enim vestrum patiatur quasi ho-
micida aut fur, aut maleficus,
aut alienorum appetitor. Si autem
ut christianus: non erubescat. Glori-
ficet autem deum in isto nomine:
quoniam tempus est ut incipiat iudici-
um de domo dei. Si autem primum
a nobis: quis finis eorum qui non
credunt dei evangelio? Et si iustus
vix salvabitur: impius et peccator
ubi parebunt? Itaque et hii qui
patiuntur voluntatem dei: fideli cre-
atori commendent animas suas in
benefactis. Secundum lucam.
In illo tempore: Accesserunt ad ihesum qui-
dam phariseorum: dicentes illi. Exi
et vade hinc: quia herodes vult te
occidere. Et ait illis: Ite et dicite vul-
pi illi. Ecce eicio demonia et sanita-
tes perficio hodie et cras, (7 tercia die consummor. Verumtamen oportet me hodie et cras) et sequenti
ambulare: quia non capit prophetam
perire extra iherusalem. Iherusalem iherusalem
que occidis prophetas et lapidas eos qui
mittuntur ad te. Quotiens vo-
lui congregare filios tuos quemadmo-
dum avis nidum suum sub pennis,
et noluisti? Ecce relinquetur vobis
domus vestra. Dico autem vobis:
quia non videbitis me donec ve-
niat cum dicetis. Benedictus qui
venit in nomine domini. Fer. vi.
In illo tempore: Secundum marcum.
Egressus ihesus venit in fines
iudee: ultra iordanem. Et conve-
niunt iterum turbe ad eum: et sicut
consueverat iterum docebat eos.
Et accedentes pharisei: interrogabant
eum, si licet viro uxorem dimit-
tere temptantes eum. At ille respon-
dens, dixit eis. Quid vobis precepit
moyses? Qui dixerunt. Moyses
permisit libellum repudii scri-
bere et dimittere. Quibus respondens
ihesus ait. Ad duritiam cordis vestri
scripsit vobis preceptum istud. Ab
initio autem creature: masculum
et feminam fecit eos deus. Propter hoc
relinquet homo patrem suum
et matrem suam et adherebit ad
uxorem suam et erunt duo in

carne una. Itaque iam non sunt
duo: sed una caro. Quod ergo deus
iunxit: homo non separet. Dñ. V.
Exaudi dñe uocem. ps. Dñs illuminatio. Alla.
Da nobis domine qs. coll.
ut et mundi cursus pacifice
nobis tuo ordine dirigatur: et eccle-
sia tranquilla deuotione letetur. p.
Karissimi. Omnes. lc. e. bi. petri apo.
unanimes in oratione stoli.
estote compatientes fraternitatis
amatores misericordes modesti hu-
miles. Non reddentes malum pro
malo. uel maledictum pro maledicto:
sed econtrario benedicentes. Quia
in hoc uocati estis ut benedictione
hereditate possideatis. Qui enim
uult uitam diligere: et uidere dies
bonos: coherceat linguam suam a
malo et labia eius ne loquantur
dolum. Declinet autem a malo et
faciat bonum: et inquirat pacem
et sequatur eam. Quia oculi dñi
super iustos: et aures eius ad preces
eorum. Vultus autem domini super
facientes mala. Et quis est qui uo-
bis noceat. si boni emulatores fue-
ritis: Sed et si quid patimini propter
iusticiam: beati eritis. Timorem
autem eorum ne timueritis ut
non conturbemini. Dominum
autem xpm sanctificate in cordibus
uestris. Secundum lucam
In illo tempore: Cum turbe irruerent
ad ihm ut audirent uerbum dei:
et ipse stabat secus stagnum gene-
sareth. Et uidit duas naues stan-
tes secus stagnum: piscatores autem
descenderant et lauabant retia.
Ascendens autem in unam nauim:
que erat simonis. rogauit eum
a terra reducere pusillum. Et se-
dens docebat de nauicula turbam.
Vt cessauit autem loqui: dixit ad
symonem. Duc in altum: et laxa-
te retia uestra in capturam. Et respon-
dens symon dixit illi. Preceptor
per totam noctem laborantes nichil
cepimus: in uerbo autem tuo laxa-
bo rete. Et cum hoc fecissent: conclu-
serunt piscium multitudinem co-
piosam. Rumpebatur autem rete
eorum: et annuerunt sociis qui erant
in alia naui. ut uenirent et adiu-
uarent eos. Et uenerunt et imple-
runt ambas nauiculas: ita ut
pene mergerentur. Quod cum
uidisset symon petrus: procidit ad
genua ihu dicens. Exi a me: quia
homo peccator sum domine. Stu-
por enim circumdederat eum: et
omnes qui cum illo erant in captura
piscium quam ceperant. Similiter
autem iacobum et iohm filios
zebedei qui erant socii symonis.
Et ait ad simonem ihc. Noli time-
re: ex hoc iam eris homines ca-
piens. Et subductis ad terram
nauibus: relictis omnibus secuti
sunt eum. Secret.
Oblationibus qs domine
placare susceptis. et ad te nostras
etiam rebelles compelle propitius
uoluntates. p. Post com.
Misteria nos domine sancta
purificent: et suo munere
tueantur. p. l. e. bi. iacobi apli.
Karissimi. Omne gaudium
existimate cum in temptatio-
nes uarias incideritis: scientes

quod probatio fidei vestre patientiam
operatur. Patientia autem opus
perfectum habeat ut sitis perfecti
et integri in nullo deficientes. Si
quis autem vestrum indiget sapien-
tia: postulet a deo qui dat omnibus
affluenter et non improperat et dabitur
ei. Postulet autem in fide nichil
hesitans. Qui enim hesitat: simi-
lis est fluctui maris qui a vento
movetur et circumfertur. Non ergo
estimet homo ille quod accipiat ali-
quid a domino. Vir duplex animo
inconstans est in omnibus viis
suis. Glorietur autem frater hu-
milis in exaltatione sua: dives
autem in humilitate sua. quoniam
sicut flos feni transibit. Exortus
est enim sol cum ardore: et aresfe-
cit fenum et flos eius decidit et decor
vultus eius deperiit. Ita et dives
in itineribus suis marcescit.
Beatus vir qui suffert temptationem
quoniam cum probatus fuerit accipiet
coronam vite: quam repromisit
deus diligentibus se. *Secundum ma-*
In illo tempore: Surgens ihesus *theum.*
abiit in fines tyri et sydonis.
Et ingressus domum neminem
voluit scire et non potuit latere.
Mulier enim statim ut audivit
de eo. cuius habebat filia spiritum
immundum: intravit et procidit
ad pedes eius; Et rogabat eum:
ut demonium eiceret a filia eius.
Qui dixit ei. Sine prius saturari
filios. Non est enim bonum
sumere panem filiorum: et mitte-
re canibus. At illa respondit et
dixit ei. Utique domine. Nam et

Feria ·ii· mu-
lier gentil· sy-
rophenissa ge-
nere.

catelli sub mensa comedunt de
micis puerorum. Et ait illi. Propter
hunc sermonem vade: exiit demo-
nium de filia tua. Et cum abisset
domum suam: invenit puellam
iacentem super lectum: et demo-
nium exisse. *Secundum lucam.*
In illo tempore: Dicebat ihesus turbis
iudeorum. Cum videritis nubem
orientem ab occasu: statim dicitis
nimbus venit et ita fiet. Et cum
austrum flantem dicitis quia estus
erit et fit. Ypocrite faciem celi
et terre nostis probare: hoc autem
tempus quomodo non probatis. Quid
autem et a vobis ipsis non iudica-
tis quod iustum est: Cum autem
vadis cum adversario tuo ad princi-
pem in via: da operam liberari
ab illo. ne forte trahat te apud
iudicem. et iudex tradat te exacto-
ri et exactor mittat te in carcerem.
Dico tibi non exies inde donec etiam
novissimum minutum reddas.
Aderant autem quidam ipso in
tempore nuntiantes eis de galile-
is quorum sanguinem pilatus
miscuit cum sacrificiis eorum.
Et respondens dixit illis. Putatis
quod hii galilei pre omnibus galileis
peccatores fuerunt quia talia pas-
si sunt: Non dico vobis. Sed nisi
penitentiam habueritis. omnes simi-
liter peribitis sicut illi decem et
octo supra quos cecidit turris in
syloam. et occidit eos. Putatis quia
et ipsi debitores fuerunt preter om-
nes homines habitantes in iherusalem:
Non dico vobis. Sed si non peniten-
tiam egeritis: omnes similiter peribi-

Ctis·

Dominus fortitudo. Dnica vi.

Ad te domine clamabo. ps. Ametica

Deus qui diligentibus coll.

te bona inuisibilia pparasti infunde cordib; nris tui amoris affectum. ut te in omnibus et super omnia diligentes. pmissiones tuas que omne desiderium superant consequamur. p.

Frs. L. e. bi. p. a. ad romanos

Quicumq; baptizati sumus in xpo ihu. in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo p baptismum in mortem. ut quomodo resurrexit xpc a mortuis p gloriam patris. ita et nos in nouitate uite ambulemus. Si autem complantati facti sumus i similitudine mortis eius. simul et resurrectionis erimus. Hoc scientes q uetus homo noster simul crucifixus est. ut destruatur corpus pcti ut ultra nō seruiamus pcto. Qui enim mortuus est. iustificatus est a peccato. Si autem mortui sumus cum xpo. credimus q simul etiam uiuemus cu xpo scientes qd xpc resurgens ex mortuis iam non moritur. mors illi ultra non dominabitur. Qd enim mortuus est pcto. mortuus est semel. Quod autem uiuit. uiuit deo. Ita et uos existimate uos mortuos quidem ee peccato. uiuentes autem deo. In xpo ihu. domino nostro. Sctm mathm.

In illo T. Dixit ihs discipulis suis. Amen am dico uobis. quia nisi habūdauerit iusticia urā plusquam scribarū et phariseorum. nō intrabitis in regnum celorum. Audistis q dictum est antiquis. nō occides. Qui autem occiderit. reus erit iudicio. Ego autem dico uobis. quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autē dixerit fratri suo racha. reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue. reus erit gehenne ignis. Si ergo offers munus tuū ad altare et ibi recordatus fuis quia frater tuus habet aliquid aduersum te. relinque ibi munus tuum ante altare et uade prius reconciliari fratri tuo. Et tunc ueniens offeres munus tuum. Secreta

Propitiare domine supplicationibus nostris. et hac oblationes famulorum famularum q tuarum benignus assume. ut q singuli obtulerunt ad honorem nominis tui cunctis pficiat ad salutem. p. Post communio

Quos celesti domine dono saciasti. pra qs. ut a nostris mundemur occultis. et ab hostiū liberemur insidiis. p. Fr. iiii. ad

Frs. Habemus Hebreos

gram p quā seruiamus placentes deo. cum metu et reuerentia. Etenim deus noster. ignis consumēs est. Karitas fraternitatis maneat in uobis. et hospitalitatem nolite obliuisci. Per hanc enim placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Mementote uinctorum tamquam simul uincti. et laborantium tamquam et ipsi in corpore

morantes. Honorabile conubium in omnibus: et thorus immaculatus. Fornicatores et adulteros: iudicabit deus. Sint mores sine auaritia contenti presentibus. Ipse enim dixit. Non te deseram: neque derelinquam. Ita confidenter dicamus. Dominus michi adiutor est: non timebo quid faciat michi homo. Mementote prepositorum uestrorum qui uobis locuti sunt uerbum dei: quorum intuentes exitum conuersationis imitamini fidem. Ihesus christus heri et hodie ipse et in secula seculorum amen. Secundum marcum.

In illo tempore: Cum egressus esset ihesus in uiam: procurrens quidam genu flexo ante eum rogabat eum dicens. Magister bone: quid faciam ut uitam eternam percipiam. Ihesus autem dixit ei. Quid me dicis bonum: Nemo bonus: nisi unus deus. Precepta nosti: non adulteres. ne occidas. ne fureris. ne falsum testimonium dixeris. ne fraudem feceris. honora patrem et matrem. At ille respondens: ait illi. Magister: omnia hec obseruaui: a iuuentute mea. Ihesus autem intuitus eum: dilexit eum et dixit illi. Unum tibi deest. Vade et quecumque habes uende: et da pauperibus. Et habebis thesaurum in celum: et ueni sequere me. Fer. vi. Secundum matheum.

In illo tempore. Interrogauerunt ihesum discipuli dicentes. Quid ergo scribe dicunt. quod helyam oportet primum uenire: At ille respondens ait illis. Helias quidem uenturus est: et restituet omnia. Dico autem uobis: quia helyas iam uenit. et non cognouerunt eum. sed fecerunt in eum quecumque uoluerunt. Sic et filius hominis passurus est ab eis. Et cum uenisset ad turbam: accessit ad eum homo genibus prouolutus ante eum dicens. Domine miserere filio meo quia lunaticus est: et male patitur. Nam sepe cadit in ignem: et crebro in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis et non potuerunt curare eum. Respondens ihesus ait. O generatio incredula et peruersa: quousque ero uobiscum: usquequo patiar uos. Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum ihesus. et exiuit ab eo demonium. Et curatus est puer ex illa hora. Dominica septima. Oratio: grates p. p Subiecit .S. an

Deus uirtutum cuius coll.

est totum quod est optimum insere pectoribus nostris amorem tui nominis. et presta in nobis religionis augmentum. ut que sunt bona nutrias et que sunt nutrita pietatis studio custodias. p. Ad romanos.

Fratres: Humanum dico: nos propter infirmitatem carnis uestre. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire inmunditie et iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitie in sanctificationem. Cum enim serui essetis peccati: liberi fuistis iustitie. Quem ergo fructum habuistis tunc in quibus nunc erubescitis: Nam finis illorum mors est. Nunc uero liberati a peccato: serui autem facti deo ha-

betis fructum vestrum in sanctifica
tionem. finem vero vitam eter
nam. Stipendia enim peccati.
mors. Gratia autem dei. vita
eterna. In xpo ihu domino nostro.
In illo tempore. Cum *Secundum marcum.*
multa turba esset cum ihu
nec haberent quod manducarent.
convocatis discipulis ait illis. Mi
sereor super turbam: quia ecce
iam triduo sustinent me nec
habent quod manducent. Et si di
misero eos ieiunos in domum
suam: deficient in via. Quidam
enim ex eis de longe venerunt.
Et responderunt ei discipuli sui.
Unde istos poterit quis hic satu
rare panibus in solitudine. Et
interrogavit eos. Quot panes
habetis. Qui dixerunt septem. Et
precepit turbe discumbere super
terram. Et accipiens septem panes
gratias agens fregit. et dabat disci
pulis suis ut apponerent. Et appo
suerunt turbe. Et habebat pisci
culos paucos et omnes benedixit.
et iussit apponi. Et manducave
runt et saturati sunt. Et sustu
lerunt que superaverant sep
tem sportas de fragmentis. Erant
autem qui manducaverunt
quasi quatuor milia. et dimi
sit eos. *Secreta.*

Propitiare domine supplicatio
nibus nostris. et has populi tui
oblationes benignus assume. et
ut nullius sit irritum votum.
nullius vacua postulatio. presta
ut que fideliter petimus. efficaciter con
sequamur. Per. *Post communio.*

Repleti domine muneribus
tuis. tribue quesumus. ut eorum et
mundemur effectu. et muniamur
auxilio. Per. *Feria iiij. Ad romanos.*

Fratres. Nunc nichil dampna
tionis est hiis qui sunt in
xpo ihu. qui non secundum car
nem ambulant. Lex enim spiritus
vite in xpo ihu. liberavit me
a lege peccati et mortis. Nam quod
impossibile erat legi in quo infir
mabatur per carnem. deus filium
suum mittens in similitudine
carnis peccati. et de peccato dampn
navit peccatum in carne. ut iusti
ficatio legis impleretur in nobis.
qui non secundum carnem ambulamus.
sed secundum spiritum. Qui enim secundum
carnem sunt. que carnis sunt
sapiunt. Qui vero secundum spiritum: que
sunt spiritus sentiunt. Nam pruden
tia carnis mors est. Prudentia autem
spiritus. vita et pax in xpo ihu domino
nostro. *Secundum matheum.*

In illo tempore. Accesserunt ad ihm
pharisei et saducei temptantes. et
rogaverunt eum ut signum de
celo ostenderet eis. At ille respon
dens. ait eis. Facto vespere dicitis
serenum erit. rubicundum est
enim celum. Et mane hodie tem
pestas. rutilat enim triste celum.
Faciem ergo celi diiudicare nostis.
signa autem temporum non po
testis. Generatio mala et adulte
ra signum querit. et signum
non dabitur ei nisi signum
ione prophete. Et relictis illis abiit.
Et cum venissent discipuli eius
transfretum. obliti sunt panes

accipere. Qui dixit illis. Intuemini et cavete a fermento phariseorum et saduceorum. At illi cogitabant inter se dicentes. quia panes non accepimus. Sciens autem ihesus dixit. Quid cogitatis inter vos modice fidei. quia panes non habetis. Nondum intelligitis neque recordamini quinque panum in quinque milia hominum. et quot cophinos sumpsistis. Neque septem panum et quatuor milia hominum. et quot sportas sumpsistis. Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis cavete a fermento phariseorum et saduceorum. Tunc intellexerunt quia non dixerit cavendum a fermento panum. sed a doctrina phariseorum et saduceorum.

In illo tempore. Lectio vi. secundum matheum.

Abiit ihesus sabato per sata. discipuli autem eius ceperunt vellere spicas et manducare. Pharisei autem videntes dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciunt quod non licet sabbatis facere. At ille dixit eis. Non legistis quid fecerit david quando esuriit et qui cum eo erant quomodo intravit in domum dei. et panes propositionis comedit. quos non licebat ei comedere. neque his qui cum eo erant. nisi solis sacerdotibus. Aut non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant et sine crimine sunt. Dico autem vobis. quia templo maior est hic. Si autem sciretis quid est misericordiam volo et non sacrificium. nunquam dampnassetis innocentes.

Dominica octava.

Suscepimus deus. ps. ℣ Magnus d. s. Alleluia.

Deus cuius providentia in sui dispositione non fallitur. Oratio. te supplices exoramus. ut noxia cuncta submoveas et omnia nobis profutura concedas. Per.

Epistola. Ad romanos.

Fratres. Debitores sumus non carni. ut secundum carnem vivamus. Si enim secundum carnem vixeritis. moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaveritis. vivetis. Quicumque enim spiritu dei aguntur. hii filii sunt dei. Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore. sed accepistis spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus abba pater. Ipse enim spiritus testimonium reddit spiritui nostro. quod sumus filii dei. Si autem filii et heredes. heredes quidem dei. coheredes autem christi.

In illo tempore. Dixit ihesus secundum matheum

discipulis suis. Attendite a falsis prophetis qui veniunt ad vos in vestimentis ovium. intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas. aut de tribulis ficus. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere. neque arbor mala fructus bonos facere. Omnis arbor que non facit fructum bonum. excidetur et in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit michi domine domine

intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse intrabit in regnum celorum. Secreta.

Deus qui legalium differentias hostiarum unius sacrificii perfectione sanxisti: accipe sacrificium a devotis tibi famulis oblatum. et pari benedictione sicut munera abel sanctifica. ut quod singuli obtulerunt ad maiestatis tue honorem cunctis proficiat ad salutem. p. Post com.

Tua nos domine medicinalis operatio. et a nostris perversitatibus clementer expediat. et ad ea que sunt recta perducat. p. Fer. iiij.

Rs: Ad romanos.

Fratres: Quoniam cum adhuc peccatores essemus: christus pro nobis mortuus est. multo magis ergo nunc iustificati in sanguine ipsius salui erimus ab ira per ipsum. Si enim cum inimici essemus reconciliati sumus per mortem filii eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Non solum autem: sed et gloriamur in deo. Per dominum nostrum ihesum christum. Sec. marcum.

In illo tempore. Dixit iohannes ad ihesum. Magister vidimus quendam in nomine tuo eicientem demonia: qui non sequitur nos et prohibuimus eum. Ihesus autem ait. Nolite prohibere eum. Nemo est enim qui facit virtutem in nomine meo. et possit cito male loqui de me. Qui enim non est adversum vos: pro vobis est. Quisquis enim potum dederit vobis calicem aque in nomine meo quia christi estis: amen dico vobis non perdet mercedem suam. Et quisquis scandalizaverit unum ex hiis pusillis credentibus in me: bonum est ei magis si circumdaretur mola asinaria in collo eius et in mare mitteretur. Et si scandalizaverit te manus tua: abscide illam. Bonum est tibi debilem introire in vitam: quam duas manus habentem ire in gehennam. in ignem inextinguibilem ubi vermis eorum non moritur. et ignis non extinguitur. Et si pes tuus scandalizat te: amputa illum. Bonum tibi est introire in vitam eternam claudum: quam duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis. Ubi vermis eorum non moritur et ignis non extinguitur. Quod si oculus tuus scandalizat te: eice eum. Bonum est tibi luscum introire in regnum dei: quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Ubi vermis eorum non moritur: et ignis non extinguitur. Fer. vi. Sec. mat.

In illo tempore. Dixit ihesus scribis et phariseis. Ve vobis scribe et pharisei ypocrite: qui circuitis mare et aridam ut faciatis unum proselitum. Et cum fuerit factus: facitis eum filium gehenne duplo quam vos. Ve vobis duces ceci: qui dicitis. Quicumque iuraverit per templum: nichil est. Qui autem iuraverit in auro templi: debitor est. Stulti et ceci: quid enim maius est aurum: an templum

quod sanctificat aurum. Et qui cumque iurauerit in altari nichil est. Quicumque autem iurauerit in dono quod est super illud: debet. Ceci. quid enim maius est donum uel an altare quod sanctificat donum. Qui ergo iurat in altari: iurat in eo et in omnibus que super illud sunt. Et quicumque iurauerit in templo: iurat in illo et in eo qui habitat in ipso. Et qui iurat in celo: iurat in throno dei et in eo qui sedet super eum. Ve autem uobis scribe et pharisei ypocrite qui decimatis mentam et anetum. et ciminum. et reliquistis que grauiora sunt legis. iudicium et misericordiam et fidem. Hec oportuit facere: et illa non omittere. Dominica .xviii.

Letare dixit domina me. Vs i noie s A

Largire nobis domine quesumus semper spiritum cogitandi que recta sunt propitius et agendi. ut qui sine te esse non possumus secundum te uiuere ualeamus. Per. In unitate eiusdem.

Fratres. Non simus. Ad corinth. concupiscentes malorum: sicut et illi concupierunt. Neque ydolatre efficiamini sicut quidam ex ipsis: sicut scriptum est. Sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere. Neque fornicemur sicut quidam ex ipsis fornicati sunt: et ceciderunt una die uiginti tria milia. Neque temptemus christum sicut quidam eorum temptauerunt: et a serpentibus perierunt. Neque murmuraueritis sicut quidam eorum murmurauerunt: et perierunt ab exterminatore.

Hec autem omnia: in figura contingebant illis. Scripta sunt autem ad correctionem nostram: in quos fines seculorum deuenerunt. Itaque qui se existimat stare uideat ne cadat. Temptatio uos non apprehendat: nisi humana. Fidelis autem deus est: qui non patietur uos temptari supra id quod potestis. sed faciet cum temptatione etiam prouentum: ut possitis sustinere. Secundum matheum.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis: parabolam hanc. Homo quidam erat diues qui habebat uillicum: et hic diffamatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius. Et uocauit illum: et ait illi. Quid hoc audio de te. Redde rationem uillicationis tue. Iam enim non poteris uillicare. Ait autem uillicus intra se. Quid faciam quia dominus meus aufert a me uillicationem. Fodere non ualeo: mendicare erubesco. Scio quid faciam ut cum amotus fuero a uillicatione: recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui: dicebat primo. Quantum debes domino meo. At ille dixit. Centum cados olei. Dixitque illi. Accipe cautionem tuam: et scribe quinquaginta. Deinde alio dixit. Tu uero quantum debes. Qui ait. Centum choros tritici. Ait illi. Accipe litteras tuas: et scribe octoginta. Et laudauit dominus uillicum iniquitatis quia prudenter fecisset: quia filii huius seculi prudentiores filiis lucis in gene-

ratione sua sunt. Et ego vobis
dico. Facite vobis amicos de mā-
mona iniquitatis: ut cum defe-
ceritis recipiant vos in eterna
tabernacula. Secr.
Suscipe domine q̄s munera
que tibi de tua largitate
deferimus. ut hec sacrosancta
misteria grē tue operante vir-
tute 7 p̄sentis vite nos conver-
satione sanctificent. 7 ad gaudia
sempiterna perducant. p. Post co.
Sit nobis domine reparatio
mentis et corporis celeste mi-
sterium: ut cuius exequimur
actionem sentiamus effectum.
p dominum. Fer. iiij. ad Roma
Nos. Nescitis quia nos
cui exhibuistis vos
servos ad obediendum servi
estis eius cui obedistis. sive pecca-
ti in mortem. sive obeditionis ad
iusticiam. Gratias autem deo.
quod fuistis servi peccati. obedi-
stis autem ex corde in eam for-
mam doctrine in qua traditi estis.
Liberati autem a pcc̄o. servi facti
estis iusticie. In xp̄o ihu domino
nostro. Secundum lucam.
In illo tp̄. dixit ihs discipulis
suis. Qui fidelis est in minimo:
et in maiore fidelis est. Et qui i
modico iniquus est. 7 in maio-
re iniquus est. Si ergo 7 i iniq̄
mammona fideles non fuistis.
quod verum est. quis credet vo-
bis. Et si in alieno fideles non
fuistis. quod verum est quis
dabit vobis. Nemo servus p̄
duobus dominis servire. Aut
enim unum odiet 7 alterū dili-
get. aut uni adherebit. 7 alterū
contempnet. Non potestis deo servi-
re 7 mammone. Audiebant au-
tem omnia hec pharisei q̄ erant
avari: et deridebant illum. Et ait
illis. Vos estis qui iustificatis vos
coram hominibꝫ. deus autē novit
corda vr̄a. quia q̄ hominibus
altum est abominatio est ante
dm̄. Fer. vj. Scdm̄ lucam.
In illo tp̄. Rogabat ihm̄ quidam
phariseus ut pranderet apud se.
Et ingressus recubuit. Phariseus
autem cepit intra se reputans dīce.
quare non baptizatus eēt ante prā-
dium. Et ait dominus ad illum.
Nunc vos pharisei quod deforis est
calicis 7 catini mundatis. Quod autē
intus est vr̄m. plenum est rapina.
7 iniquitate. Stulti nonne qui
fecit quod deforis est. etiam id quod
intus est fecit. Verumtamen quod
superest date elemosinam. et ecce
omnia munda sunt vobis. Sed
ve vobis pharisei: qui decimatis
mentam et rutam 7 omne olus.
7 p̄teritis iudicium et caritatem
dei. Hec autem oportuit facere 7
illa non omittere. Ve vobis pha-
risei qui diligitis primas cathedras
in sinagogis 7 salutationes in
foro. Ve vobis qui estis ut monu-
menta que non apparent. et ho-
mines ambulantes sup̄ nesciunt.
Respondens autem quidam ex legis
peritis. ait illi. Magister. hec
dicens etiam nobis contumeliam
facis. At ille ait. Et vobis legis
peritis ve. quia oneratis hoīes

oneribus que portari n̄ possunt. et ipsi uno digito uro. n̄ tangitis sarcinam. D̄ṅc. x.

Dum clamarem. Exaudi d̄s. & amen.

Pateant aures misericordie oratio. tue domine p̄cib; supplicātiū. & ut petentibus desiderata concedas fac eos q̄s que tibi sunt placita postulare. P. Ad corinthios.

Fratres. Scitis q̄m cum gentes essetis. ad simulacra muta prout ducebamini euntes. Ideo notum uobis facio. quod nemo in sp̄u d̄i loquens. dicit anathema ih̄u. Et nemo potest dicere dominus ih̄c. nisi in sp̄u sancto. Diuisiones uero gratiarum sunt. idem aūt sp̄c. Et diuisiones ministration̄ sunt. idem autem dominus. Et diuisiones operationum sunt. idem uo deus. qui op̄atur omnia in omnibus. Unicuiq; autem datur maīfestatio sp̄c. ad utilitatem. Alii q̄de p sp̄m datur sermo sapientie. Alij sermo scientie. sc̄d'm eundem sp̄m. Alteri fides. in eodem sp̄u. Alij gratia sanitatum. in uno sp̄u. Alij operatio uirtutum. Alij p̄ph̄ia. Alij discretio sp̄iuum. Alij genera linguarum. Alij int̄p̄tatio sermonū. Hec autem omnia. operatur unus atq; id' sp̄c. Diuidens singulis' prout uult. Secundum lucam

In illo t̄p. Cum appropinquaret ih̄c ih̄erl̄m. uidens ciuitatem fleuit sup̄ illam dicens. quia si cognouisses et tu. Et quidem in hac die tua que ad pacem tibi. nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. quia uenient dies ī te. et circumdabunt te inimici tui uallo. et circumdabunt te. et coangustabunt te undiq; et ad terram p̄sternent te. & filios tuos. qui in te sunt. Et non relinquent in te lapidem super lapidem. eo q̄d nō cognoueris tempus uisitationis tue. Et ingressus in templū cepit eicere uendentes in illo et ementes dicens illis. Scriptum ē. quia domus mea domus oratiōis ē. Uos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens. cotidie in templo. Secreta.

Concede nobis q̄s hec domine frequentare misteria. quia quotiens huius hostie cōmemoratio celebratur. opus nostre redemptionis exercetur. P. Post com̄.

Tui nobis domine communio sacramenti. et purificationē conferat et tribuat unitatem. P. Dn̄c. xi. Ad corinthios.

Fratres. Non omnis caro eadem caro. set alia hominum. alia pecorum. alia uolucrum. alia autem piscium. Et corpora celestia. et corpora terrestria. Sed alia quidem celestium gl'a. alia aute terrestrium. Alia claritas solis. Alia claritas lune. Alia claritas stellarum. Stella enim a. stella differt in claritate. Sic et resurrectio mortuorum. Seminatur ī corruptionem. surget in incorruptionem. Seminatur in ignobilitate. surget in gloria. Seminatur in infirmitate. surget ī uirtute. Seminat' corpus animale. surget corpus spirituale. Si ē corpus animale. est et sp̄iale sic̄

scriptum est. Factus est homo
primus adam in animam ui-
uentem. nouissimus adam in
spm̄ uiuificantem. Sed non pri
quod spiale est. sed quod anima-
le. deinde spiale. Secdm lucam.

In illo tp̄. Respondens ihc dixit
discipulis suis. Cum uideritis cir-
cumdari ab exercitu ierlm. tunc
scitote quia appropinquabit deso-
latio eius. Tunc qui in iudea st
fugiant in montes. et qui in me-
dio eius discedant. et qui in regio-
nibus non intrent in eam. quia
dies ultionis hij sunt. ut im-
pleantur omnia que scripta st.
Ve autem pgnantibz et nutrien-
tibus in illis diebus. Erit enim
pssura magna super terram et
ira populo huic. Et cadent in
ore gladii. et captiui ducentur
in omnes gentes. Et ierlm
calcabit a gentibus. donec imple-
antur tempora nationum. Et
erunt signa in sole et luna
et stellis. et in terris pssura gen-
tium p confusione sonitus ma-
ris et fluctuum arescentibus
hominibz p timore et expectatōe
que superuenient uniuerso
orbi. Secdm lucam.

In illo tp̄. Dixit ihc discipulis
suis. Attendite uobis ne grauē-
tur corda urā in crapula et ebri-
etate et curis huius uite. et su-
perueniat in uos repentina dies
illa. Tamquam enim laqueus
superueniet in omēs qui sedēt
super faciem omnis terre. Vigila-
te itaq; omni tempore orantes.
ut digni habeamini fugere ista
omnia que futura sunt. et
stare ante filium hominis. Dn̄c. xi.
Ds in loco sco suo. V. Exurgat ds. 9. am̄.

Deus qui omnipotentiam coll.
tuam parcendo maxime et
miserando manifestas. multipli-
ca super nos grām tuam. ut ad
tua pmissa currentes celestium
bonorum facias esse consortes. p. Ad

Fs. Notum uobis corinthi
facio euangelium qd os
predicaui uobis. quod et accepistis.
in quo et statis p quod et saluemi-
ni. Qua ratione pdicauerim uob
si tenetis. nisi frustra credidistis.
Tradidi enim uobis in primis qd
et accepi. qm̄ xpc mortuus est p
peccatis nris scdm scripturas. Et
qr sepultus est. et quia resurrexit
tertia die scdm scripturas. Et quia
uisus est cephe. et post hec undecim.
Deinde uisus est plusquam quin-
gentis fratribz simul. ex quibus
multi manent usq; adhuc. qui-
dam autem dormierunt. Deinde
uisus est iacobo. deinde apostolis
omnibus. Nouissime autem om-
nium tamquam abortiuo. uisus
est et michi. Ego enim sum mini-
mus apostolorum qui non sum
dignus uocari apostolus quoniā
psecutus sum ecclesiam dei. Gra-
tia autem dei sum. id quod sum.
Et gratia eius in me uacua non
fuit. Secdm lucam.

In illo tp̄. Dixit ihc ad quosdam
qui in se confidebant tamquam
iusti. et aspernabantur ceteros para-
bolam istam dicens. Duo hoies

ascenderunt in templum ut ora-
rent: unus phariseus et alter pub-
plicanus. Phariseus stans hec
apud se orabat. Deus gratias ago
tibi: quia non sum sicut ceteri
hominum. raptores. iniusti.
adulteri. uelut etiam hic pubpli-
canus. Ieiuno bis in sabato: de-
cimas do omnium que possideo. Et
pubplicanus a longe stans: nole-
bat nec oculos ad celum leuare.
sed percutiebat pectus suum dicens.
Deus propitius esto michi peccatori.
Amen dico uobis descendit hic iusti-
ficatus in domum suam ab illo.
Quia omnis qui se exaltat humi-
liabitur: et qui se humiliat exal-
tabitur. Secreta.

Tibi domine sacrificia dicata
reddantur. que sic ad honorem
nominis tui deferenda tribuisti.
ut eadem remedia fieri nostra
prestares. Per. Post communio.

Quesumus domine deus noster ut
quos diuinis non desinis
reparare sacramentis tuis non
destituat benignus auxilium. Per. Ex

Karissimi: subditi Iacobi apostoli .iiii.
estote deo: resistite stol. i.
autem diabolo et fugiet a uobis.
Appropinquate deo: et appropin-
quabit uobis. Emundate manus
peccatores: et purificate corda
duplices animo. Miseri estote
et lugete: et plorate. Risus uester
in luctum conuertatur: et
gaudium in merorem. Humi-
liamini in conspectu domini: et
exaltabit uos in tempore tribu-
lationis. Nolite detrahere alteru-
trum fratres mei. Qui detrahit
fratri. aut iudicat fratrem suum
detrahit legi et iudicat legem.
Si autem iudicas legem: non
es factor legis sed iudex. Unus est
legis lator et iudex: qui potest
perdere et liberare. Secundum lucam.

In illo tempore: Dicebat ihesus discipulis
suis parabolam hanc: quoniam oportet
semper orare et non deficere dicens.
Iudex quidam erat in quadam
ciuitate: qui deum non timebat
et hominem non reuerebatur. Uidua
autem erat in ciuitate illa quedam:
et ueniebat ad eum dicens. Uindi-
ca me: de aduersario meo. Et no-
lebat per multum tempus. Post
hec autem dixit intra se. Et si deum
non timeo nec hominem uereor:
tamen quia molesta est michi hec
uidua uindicabo illam. ne in no-
uissimo ueniens sugillet me. Ait
autem dominus. Audite quid
iudex iniquitatis dicit. Deus autem
non faciet uindictam electorum
suorum clamantium ad se die ac
nocte: et patientiam habebit in
illis. Dico uobis quia cito faciet
uindictam illorum. Fer. vi. secundum lucam.

In illo tempore: Dixit ihesus discipulis
suis. Omni cui multum datum
est: multum queretur ab eo. Et
cui commendauerunt multum:
plus petent ab eo. Ignem ueni
mittere in terram. Et quid uolo.
nisi ut accendatur. Baptisma
autem habeo baptizari. et quomo-
do coartor usque perficiatur. Putatis
quia ueni pacem dare in terram.
Non. Dico uobis: sed separationem.

Erunt enim ex hoc quinque ĩ domo
una diuisi. tres in duo et duo in
tres diuidentur. Pater in filiũ.
et filius in patrem suum. Mater
in filiam 7 filia in matrem. So-
crus in nurum suam. et nurus
in socrum suam. **D̃ñ. xi.**

Ps. in adiutorium. V. Auertantur retror. &c. añ.

Omnipotens sempiterne deus **coll.**
qui habundantia pietatis
tue 7 merita supplicum excedis et
uota. effunde super nos misericordiã
tuam ut dimittas que conscientia
metuit 7 adicias quod oratio nõ
presumit. p. **Ad corinthios.**

Fratres. Fiduciam talem
habemus per xpm ad deũ.
non quod sufficientes simus co-
gitare aliquid a nobis quasi ex
nobis. sed sufficientia nostra ex
deo est. Qui et idoneos nos fecit
ministros noui testamenti. non
littera sed spũ. Litera enim occi-
dit. sp̃c autem uiuificat. Quod
si ministratio mortis litteris de-
formata in lapidibus fuit in
gloria. ita ut non possent inten-
dere filii isrl' in faciem moysi.
ppr gloriam uultus eius que
euacuatur. quomodo non ma-
gis ministratio sp̃c erit ĩ glã.
Nam si ministratio dampnati-
onis gloria est. multomagis
habundat ministerium iusti-
cie in gloria. **Secdm marcũ.**

In illo tp̃. Exiens ihc de finibus
tyri uenit per sydonem ad mare
galilee. inter medios fines deca-
poleos. Et adducunt ei surdum
et mutum. et deprecabantur
eum ut imponat illi manum.
Et apprehendens eum de turba se-
orsum. misit digitos suos ĩ auri-
culas. et expuens tetigit linguã
eius. Et suspiciens in celum inge-
muit 7 ait illi. Effeta. quod est
adaperire. Et statim apte sunt
aures eius. Et solutum est uincu-
lum lingue eius et loquebatur
recte. Et precepit illis. ne cui dice-
rent. Quanto autem eis precipi-
ebat. tantomagis plus predicabãt.
7 eo amplius ammirabantur
dicentes. Bene omnia fecit. et
surdos fecit audire. 7 mutos lo-
qui. **Secr.**

Respice domine quesumus nostram
propitius seruitutem ut quod
offerimus sit tibi munus accep-
tum. sit nostre fragilitatis subsidiũ.
p dominum. **Post com.**

Sentiamus quesumus domine tui
perceptione sacramenti subsi-
dium mentis et corporis. ut in
utroque saluati celestis remediĩ
plenitudine gloriemur. p.

Fratres. Non predicamus nosmet
ipsos. **Fr. iiij. Ad corinthios**
sed ihm xpm dominum nrm
Nos autem seruos urõs per ihm.
quoniam deus. qui dixit de te-
nebris lucem splendescere illuxit
in cordibus nris ad illuminatio-
nem scientie claritatis dei ĩ faciẽ
xpi ihu. Habemus enim thesau-
rum istum in uasis fictilibus.
ut sublimitas sit uirtutis dei. 7
non ex nobis. In omnibus
tribulationem patimur. sed nõ
angustiamur. Aporiamur. sed nõ

destituimur. Persecutionem patimur: sed non derelinquimur. Deicimur: sed non perimus. Semper enim mortificationem ihesu circumferentes: ut et vita ihesu in corporibus nostris manifestetur.

In illo tempore. Secundum matheum.

Transeunte ihesu: secuti sunt eum duo ceci clamantes et dicentes. Miserere nostri fili david. Cum autem venisset domum accesserunt ad eum ceci. Et dicit eis ihesus. Creditis quia possum hoc facere vobis. Dicunt ei. Utique domine. Tunc tetigit oculos eorum dicens. Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi eorum. Et comminatus est eis ihesus dicens. Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes diffamaverunt illum in tota terra illa. Egressis autem illis: ecce obtulerunt ei hominem mutum demonium habentem. Et eiecto demonio: locutus est mutus. Et mirate sunt turbe dicentes. Numquam sic apparuit in israel. Pharisei autem dicebant. In principe demoniorum: eicit demones. Et circuibat ihesus civitates omnes et castella: docens in synagogis eorum. et predicans evangelium regni. Et curans omnem langorem et omnem infirmitatem. Feria VI.

In illo tempore: Secundum matheum.

Cepit ihesus exprobrare civitatibus in quibus facte sunt plurime virtutes eius: quia non egissent penitentiam. Ve tibi corozaym. ve tibi bethsaida: quia si in tyro et sydone facte essent virtutes que facte sunt in vobis. olim in cinere et cilitio penitentiam egissent. Verumtamen dico vobis. tyro et sidoni remissius erit in die iudicii quam vobis. Et tu capharnaum: numquid usque in celum exaltaberis. Usque in infernum descendes: quia si in sodomis facte fuissent virtutes que facte sunt in te: forte mansissent usque in hanc diem. Verumtamen dico tibi: quia terre sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi.

Dominica tercia decima

Respice domine. Versus. Ut quid deus repulisti. Gloria.

Omnipotens et misericors deus. Collecta. de cuius munere venit ut tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter serviatur tribue quesumus nobis. ut ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per. Ad galathas.

Fratres: Abrahe dicte sunt promissiones: et semini eius. Non dicit et seminibus quasi in multis: sed quasi in uno et semini tuo qui est christus. Hoc autem dico testamentum confirmatum a deo: que post quadringentos et triginta annos facta est lex. non irritum facit ad evacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas: iam non ex promissione. Abrahe autem per repromissionem donavit deus. Quid igitur lex: Propter transgressionem posita est: donec veniret semen cui promiserat ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem unius non est. deus autem unus est. Lex ergo adversus promissa

dei? Absit. Si ergo data eet lex
que posset uiuificare. uere ex
lege eet iusticia. Sed conclusit
scriptura omnia sub peccato:
ut pmissio ex fide ihu xpi. da-
retur credentibus. Sedm
In illo tp. Dixit ihc lucam
discipulis suis. Beati oculi qui
uident que uos uidetis. Dico eni
uobis. quod multi pphe 7 reges
uoluerunt uidere que uos uide-
tis. 7 non uiderunt. 7 audire q
auditis 7 non audierunt. Et
ecce quidam legis peritus surrex.
temptans eum 7 dicens. Magi-
ster. quid faciendo uitam eter-
nam possidebo. At ille dixit ad
eum. In lege quid scriptum est.
quomodo legis. Ille respondens
dixit. Diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo 7 ex tota
anima tua. et ex omnibus ui-
ribus tuis et ex omi mente tua.
et pximum tuum sicut te ipm.
Dixitq; illi. Recte respondisti. hoc
fac et uiues. Ille autem uolens
iustificare seipm. dixit ad ihm.
Et quis est meus proximus. Su-
spiciens autem ihc dixit. Homo
quidam descendebat ab ihrlm
in iericho. et incidit in latrones.
Qui etiam despoliauerunt eum.
et plagis impositis abierunt semi-
uiuo relicto. Accidit autem ut
sacerdos quidam descenderet ead
uia 7 uiso illo pteriit. Similr
et leuita cum eet secus locum
7 uideret eum. ptransiit. Sa-
maritanus autem quidam iter
faciens uenit secus eum. 7 uidens
eum misericordia motus est. Et appro-
pians alligauit uulnera eius.
infundens oleum 7 uinum. Et
imponens illum in iumentum
suum. duxit in stabulum et
curam eius egit. Et altera die
ptulit duos denarios. 7 dedit
stabulario 7 ait. Curam illius
habe. 7 quodcumq; supererogaue-
ris. ego cum rediero reddam tibi.
Quis horum trium uidetur tibi
proximus fuisse illi qui incidit i
latrones. At ille dixit. Qui fecit
misericordiam in illum. Et ait illi ihc.
Vade. et tu fac similiter. Secr.
Hostias qs domine ppitius
intende. quas sacris altaribus
exhibemus. ut nobis indulgentiā
largiendo tuo nomini dent hono-
rem. p. post co.
Viuificet nos qs domine huius
participatio sancta mysterii.
et pariter nobis expiationem tri-
buat et munimen. p. Feria iiij. ad
Fratres. Scimus qm si corinthi
terrestris domus nra os.
huius habitationis dissoluatur.
q edificationem ex deo habemus
domum non manu factam etnā
i celis. Nam et i hoc ingemiscim
habitationem nram que de celo
est superindui cupientes. si tam
uestiti 7 non nudi inueniamr.
Nam et qui sumus in hoc taber-
naculo ingemiscimus grauati.
eo quod nolumus expoliari. sed
superuestiri. ut absorbeatur quod
mortale est a uita. Qui autem
efficit nos in hoc ipm. deus qui
dedit nobis pignus spc. Audien-

tes igitur semper et scientes quoniam dum sumus in corpore peregrinamur a domino. Per fidem enim ambulamus et non per speciem. Audemus autem et bonam voluntatem habemus magis peregrinari a corpore et presentes esse ad deum. Et ideo contendimus sive absentes sive presentes placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal christi: ut referat unusquisque propria corporis prout gessit sive bonum sive malum. Scientes ergo timorem domini hominibus suademus: deo autem manifestati sumus. Spero autem et in conscientiis vestris manifestos nos esse: in christo ihesu domino nostro.

In illo tempore. Secundum matheum.

Exeuntes pharisei: consilium faciebant adversus ihesum quomodo illum perderent. Ihesus autem sciens recessit inde. Et secuti sunt eum multi et curavit eos omnes. Et precepit illis ne manifestum eum facerent: ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem. Ecce puer meus quem elegi: dilectus meus in quo bene complacuit anime mee. Ponam spiritum meum super eum: et iudicium gentibus nuntiabit. Non contendet neque clamabit: neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Harundinem quassatam non confringet: et linum fumigans non extinguet: donec eiciat ad victoriam iudicium. Et in nomine eius gentes sperabunt. Fer. vi. Secundum lucam.

In illo tempore. Ibat ihesus per civitates et castella docens: et iter faciens in iherusalem. Ait autem illi quidam. Domine si pauci sunt qui salvantur. Ipse autem dixit ad illos. Contendite intrare per angustam portam quia multi dico vobis querent intrare et non poterunt. Cum autem intraverit pater familias et clauserit ostium incipietis foris stare et pulsare ostium dicentes. Domine aperi nobis. Et respondens dicet vobis. Nescio vos unde sitis. Tunc incipietis dicere. Manducavimus coram te et bibimus: et in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis. Nescio vos unde sitis. Discedite a me omnes operarii iniquitatis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Cum videritis abraham et ysaac et iacob et omnes prophetas in regno dei: vos autem expelli foras. Et venient ab oriente et occidente et aquilone et austro et accumbent in regno dei. Et ecce sunt novissimi primi: et sunt primi qui erant novissimi. Dominica xiiii.

Protector noster. ℣ Quam dilecta. S. Am.

Omnipotens sempiterne deus oratio da nobis fidei spei et caritatis augmentum: et ut mereamur assequi quod promittis: fac nos amare quod precipis. Per. Ad galathas.

Fratres. Spiritu ambulate: et desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit adversus spiritum: spiritus autem adversus carnem. Hec enim sibi invicem adversantur: ut non quecumque vultis illa faciatis. Quod si spiritu ducimini: non estis sub lege. Ma-

nifesta autem sunt opera carnis: que sunt fornicationes. immundicie. luxuria. ydolorum servitus. veneficia. inimicitie. contentiones. emulationes. ire. rixe. dissensiones. secte. hereses. invidie. homicidia. ebrietates. commessationes. et his similia que predico vobis sicut predixi: quoniam qui talia agunt regnum dei non consequentur. Fructus autem spiritus est: karitas gaudium. pax patientia. longanimitas. bonitas. benignitas. mansuetudo. fides. modestia. continentia castitas. Adversus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt christi: carnem suam crucifixerunt: cum viciis et concupiscentiis.

Secundum lucam.

In illo tempore: Cum iret ihesus iherusalem: transibat per mediam samariam et galileam. Et cum ingrederetur quoddam castellum: occurrerunt ei decem viri leprosi. Qui steterunt a longe: et levaverunt vocem dicentes. Ihesu preceptor: miserere nostri. Quos ut vidit dixit. Ite ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent: mundati sunt. Unus autem ex illis ut vidit quia mundatus est: regressus est cum magna voce magnificans deum. Et cecidit in faciem ante pedes eius: gratias agens. Et hic erat samaritanus. Respondens autem ihesus: dixit. Nonne decem mundati sunt. et novem ubi sunt. Non est inventus qui rediret et daret gloriam deo: nisi hic alienigena. Et ait illi. Surge vade: quia fides tua te salvum fecit.

Secretum.

Propitiare domine populo tuo. propitiare muneribus: ut hac oblatione placatus et indulgentiam nobis tribuas. et postulata concedas. Per.

Post communionem.

Sumptis domine celestibus sacramentis: quesumus ad eterne redemptionis proficiamus augmentum. Per.

Feria iiii. Ad corinthios.

Fratres: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Que enim participatio iustitie cum iniquitate: Aut que societas luci ad tenebras: Que autem conventio christi cum belial: Aut que pars fideli cum infideli: Qui autem consensus templo dei cum ydolis: Vos enim estis templum dei vivi sicut dicit deus. quoniam inhabitabo in illis. et inambulabo. et ero illorum deus. et ipsi erunt michi populus. Propter quod exite de medio eorum: et separamini dicit dominus. vos qui portatis vasa domini. et immundum ne tetigeritis. et ego recipiam vos. Et ero vobis in patrem. et vos eritis michi in filios et filias. dicit dominus omnipotens. Has igitur promissiones habentes karissimi: mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus. perficientes sanctificationem: in timore dei.

In illo tempore: Secundum lucam.

Convenientes apostoli ad ihesum: renuntiaverunt ei omnia que egerant et docuerant. Et ait illis. Venite seorsum in desertum locum: et requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant et

venibant multi: et nec manducan-
di spatium habebant. Et ascenden-
tes in navim abierunt in desertum
locum seorsum. Et viderunt eos
abeuntes et cognoverunt multi:
et pedestres de omnibus civitatibus concurrerunt
illuc et prevenerunt eos. Et exiens
vidit multam turbam ihesus: et
misertus est super eos. quia erant
sicut oves non habentes pastorem.
Et cepit docere illos multa. Fer. vi.
In illo tempore. Secundum lucam.
Iter faciebat ihesus per civitates et castel-
la: predicans et evvangelizans regnum
dei. et duodecim cum illo. Et mulie-
res aliquae que erant curate a
spiritibus malignis et infirmitati-
bus. maria que vocatur magda-
lene de qua demonia septem exierant
et iohanna uxor cuze procuratoris
herodis et susanna. Et alie multe
que ministrabant eis de facultati-
bus suis. Dominica xv.
Inclina domine. P. Letifica animam ser. & Alla
Custodi domine quesumus coll.
ecclesiam tuam propitiatione
perpetua: et quia sine te labitur
humana mortalitas tuis semper
auxiliis et abstrahatur a noxiis et
ad salutaria dirigatur. Per. Ad
Fratres: Si vivimus galatas.
spiritu: spiritu et ambulemus.
Non efficiamur inanis glorie cupi-
di: invicem provocantes invicem
invidentes. Fratres: et si preoccupatus
fuerit homo in aliquo delicto: vos
qui spirituales estis huiusmodi instrui-
te in spiritu lenitatis. considerans te
ipsum ne et tu tempteris. Alter
alterius onera portate: et sic

adimplebitis legem christi. Nam si quis
existimat se aliquid esse cum nichil
sit: ipse se seducit. Opus autem
suum probet unusquisque: et sic in
semet ipso tantum gloriam habebit
et non in altero. Unusquisque enim
onus suum portabit. Communi-
cet autem his qui cathezizatur
verbo: ei qui se cathezizat in omnibus
bonis. Nolite errare. deus non
irridetur. Que enim seminaverit
homo hec et metet: quoniam qui semi-
nat in carne sua. de carne et me-
tet corruptionem. Qui autem se-
minat in spiritu: de spiritu metet vi-
tam eternam. Bonum autem fa-
cientes non deficiamus: tempore enim
suo metemus non deficientes. Ergo
dum tempus habemus operemur bo-
num ad omnes. Maxime autem ad
domesticos fidei. Secundum matheum.
In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis.
Nemo enim potest duobus dominis
servire. Aut enim unum odio ha-
bebit et alterum diliget. aut unum
sustinebit et alterum contempnet.
Non potestis deo servire et mam-
mone. Ideo dico vobis: ne solliciti si-
tis anime vestre quid manducetis:
neque corpori vestro quid induamini.
Nonne anima plus est quam esca
et corpus plusquam vestimentum?
Respicite volatilia celi: quoniam non
serunt neque metunt. neque congre-
gant in horrea: et pater vester ce-
lestis pascit illa. Nonne vos magis
pluris estis illis? Quis autem
vestrum cogitans potest adicere ad sta-
turam suam cubitum unum?
Et de vestimento quid solliciti estis?

Considerate lilia agri: quomodo
crescunt. Non laborant: neque nent.
Dico autem vobis: quoniam nec Salo
mon in omni gloria sua coopertus
est: sicut unum ex istis. Si autem
fenum agri quod hodie est et cras
in clibanum mittitur deus sic vestit:
quanto magis vos minime fidei.
Nolite ergo solliciti esse dicentes: quid
manducabimus. aut quid bibemus.
aut quo operiemur: Hec enim omnia
gentes inquirunt. Scit enim pater
vester: quia hiis omnibus indige
tis. Querite ergo primum regnum
dei et iusticiam eius: et hec omnia
adicientur vobis. Secreta.

Concede nobis domine quesumus ut
hec hostia salutaris et nostrorum
fiat purgatio delictorum. et tue propi
tiatio potestatis. Per. Post com.

Purificent semper et muniant
tua sacramenta nos deus.
et ad perpetue ducant salvationis
effectum. Per. Fer. iiii. Ad Colosenses.

Fratres. Gratias agimus deo
qui dignos nos fecit in partem
sortis sanctorum in lumine qui
eripuit nos de potestate tenebrarum
et transtulit in regnum filii dile
ctionis sue. In quo habemus re
demptionem et remissionem pec
catorum. qui est ymago dei invi
sibilis. primogenitus omnis creature.
quia in ipso condita sunt universa
in celis et in terra. visibilia et
invisibilia. Sive throni. sive
dominationes. sive principatus.
sive potestates. omnia per ipsum.
et in ipso creata sunt. Et ipse est
ante omnes et omnia in ipso constant.
Et ipse est caput corporis ecclesie: qui
est principium primogenitus ex mor
tuis. ut sit in omnibus ipse primatum
tenens: ihesus christus dominus noster.

In illo tempore. Dixit Sec. Matheum.
ihesus discipulis suis. Audistis
quia dictum est antiquis non
periurabis. Reddes autem domino
iuramenta tua. Ego autem dico
vobis: non iurare omnino. Neque
per celum: quia thronus dei est.
Neque per terram: quia scabellum
est pedum eius. Neque per iheroso
limam: quia civitas est magni
regis. Neque per caput tuum iura
veris: quia non potes unum ca
pillum album facere aut nigrum.
Sit autem sermo vester. est est.
non non. Quod autem his abun
dantius est: a malo est. Audistis
quia dictum est oculum pro ocu
lo. et dentem pro dente. Ego autem
dico vobis: non resistere malo.
Sed si quis te percusserit in dextram
maxillam tuam: prebe illi et alte
ram. Et ei qui vult tecum iudi
cio contendere. et tunicam tuam
tollere dimitte ei et pallium. Et
quicumque te angariaverit mille
passus. vade cum illo alia duo.
Qui petit a te: da ei. Et volenti
mutuari a te: ne avertaris.

In illo tempore. Feria vi. Sec. Lucam.
Factum est in una dierum:
docente ihesu populum in templo et
evangelizante convenerunt
principes sacerdotum et scribe cum
senioribus et aiunt ad illum
dicentes. Dic nobis in qua pote
state hec facis. Aut quis est qui

dedit tibi hanc potestatem. Respondens autem dixit ad illos. Interrogabo vos et ego unum verbum: respondete michi. Baptismum iohannis de celo erat an ex hominibus. At illi cogitabant inter se dicentes. Quia si dixerimus e celo. dicet. Quare ergo non credidistis illi. Si autem dixerimus ex hominibus plebs universa lapidabit nos. Certi sunt enim iohannem prophetam esse. Et responderunt se nescire unde esset. Et ihesus ait illis. Neque ego dico vobis in qua potestate hec facio. Dominica .xvi.

Miserere michi domine. Psalmus Inclina domine aurem. Alleluia

Ecclesiam tuam domine collecta. miseratio continua mundet et muniat. et quia sine te non potest salva consistere. tuo semper munere gubernetur. Per. Ad ephesios

Fratres. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis. que est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri ihesu christi. ex quo omnis paternitas in celis et in terra nominatur. ut det vobis secundum divitias glorie sue virtutem corroborari per spiritum eius in interiorem hominem habitare christum per fidem in cordibus vestris. In caritate radicati et fundati. ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo. longitudo. et sublimitas. et profundum. Scire enim supereminentem scientie caritatem christi. ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autem qui potens est omnia facere superhabundanter quam petimus aut intelligimus. secundum virtutem que operatur in nobis. ipsi gloria in ecclesia et in christo ihesu in omnes generationes seculi seculorum amen. Secundum lucam.

In illo tempore. Ibat ihesus in civitatem que vocatur naim. et ibant cum illo discipuli eius et turba copiosa. Cum autem appropinquaret porte civitatis. ecce defunctus efferebatur filius unicus matris sue. Et hec vidua erat. et turba civitatis multa cum illa. Quam cum vidisset dominus misericordia motus super eam dixit illi. Noli flere. Et accessit et tetigit loculum. Hii autem qui portabant steterunt. Et ait. Adolescens tibi dico surge. Et resedit qui erat mortuus. et cepit loqui. Et dedit illum matri sue. Accepit autem omnes timor. et magnificabant deum dicentes. Quia propheta magnus surrexit in nobis. et quia deus visitavit plebem suam. Secreta

Tua nos domine sacramenta custodiant. et contra diabolicos tueantur incursus. Per. Post communionem.

Mentes nostras et corpora possideat quesumus domine doni celestis operatio. ut non noster sensus in nobis sed iugiter eius preveniat effectus. Per.

Fratres. Feria .iiii. Ad collosenses

Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam. secundum traditionem hominum. secundum elementa mundi et non secundum christum. quia in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter et estis in illo repleti. qui est caput omnis principatus et potestatis. In quo et circumcisi estis circumcisione non manu facta. in expoliatione corporis carnis. in circumcisione christi.

Consepulti enim ei estis in baptis-
mo in quo et resurrexistis per fidem
operationis dei qui suscitavit illum
a mortuis. Et vos cum mortui essetis
in delictis et preputio carnis vestre: con-
vivificavit cum illo donans vobis
omnia delicta. Secundum lucam.

In illo tempore. Dixit ihesus turbis iudeorum.
Maior inter natos mulierum propheta
iohanne nemo est. Qui autem mi-
nor est in regno dei: maior est illo.
Et omnis populus audiens et pu-
blicani iustificaverunt deum. baptiza-
ti baptismo iohannis. Cui ergo similes
dicam homines generationis huius?
Et cui similes sunt? Similes sunt
pueris sedentibus in foro. et loquen-
tibus ad invicem et dicentibus. Can-
tavimus vobis tibiis et non sal-
tastis. Lamentavimus: et non
plorastis. Venit enim iohannes bapti-
sta. neque manducans panem neque
bibens vinum. et dicitis demoni-
um habet. Venit filius hominis
manducans et bibens. et dicitis. Ecce
homo vorator et bibens vinum
amicus publicanorum et peccatorum.
Et iustificata est sapientia ab om-
nibus filiis suis. Feria vi. Secundum marcum.

In illo tempore. Venit ihesus
bethsaida: et adducunt ei cecum.
et rogabant eum ut illum tange-
ret. Et apprehensa manu ceci eduxit
eum extra vicum. Et expuens in
oculos eius: impositis manibus suis
interrogavit eum si aliquid vi-
deret. Et aspiciens ait. Video homi-
nes velud arbores ambulantes.
Deinde iterum imposuit manus
super oculos eius et cepit videre. Et
restitutus est ita ut videret clare
omnia: et misit illum in domum
suam dicens. Vade in domum tuam.
Et si in vicum introieris: nemini
dixeris. Dominica xvii.

Iustus es domine et rectum. Psalmus Beati immaculati.

Tua nos quesumus domine Collecta.
gratia semper et preveniat et
sequatur: ac bonis operibus iugiter
prestet esse intentos. Per. Lectio epistole beati pauli
apostoli. Obsecro ad ephesios.

Fratres. Vos ego vinctus in domino:
ut digne ambuletis vocatione qua
vocati estis. cum omni humilitate
et mansuetudine. cum patientia
subportantes invicem et in caritate
solliciti servare unitatem spiritus in
vinculo pacis. Unum corpus et
unus spiritus: sicut vocati estis in una
spe vocationis vestre. Unus dominus:
una fides. unum baptisma. Unus
deus et pater omnium: qui super om-
nes et per omnia et in omnibus nobis.
Qui est benedictus in secula seculorum
amen. Secundum lucam.

In illo tempore. Cum intraret ihesus in
domum cuiusdam principis pha-
riseorum sabbato manducare panem:
et ipsi observabant eum. Et ecce homo
quidam ydropicus erat ante illum.
Et respondens ihesus: dixit ad legis peri-
tos et phariseos. Si licet sabbato
curare? At illi tacuerunt. Ipse vero
apprehensum: sanavit eum ac
dimisit. Et respondens ad illos
dixit. Cuius vestrum asinus aut
bos in puteum cadet et non conti-
nuo extrahet illum die sabbati?
Et non poterant ad hec respondere
illi. Dicebat autem et ad invitatos

parabolam: intendens quomodo pri-
mos accubitus eligerent dicens ad il-
los. Cum invitatus fueris ad nupti-
as: non discumbas in primo loco. ne
forte honoratior te sit invitatus ab eo.
et veniens is qui te et illum invitavit
dicat tibi. Da huic locum. Et tunc
incipias cum rubore: novissimum
locum tenere. Sed cum vocatus fue-
ris vade recumbe in novissimo loco.
ut cum venerit qui te invitavit
dicat tibi. Amice: ascende superius.
Tunc erit tibi gloria: coram simul
discumbentibus. quia omnis qui
se exaltat humiliabitur: et qui se hu-
miliat: exaltabitur. Secr.

Munda nos domine sacrificii
presentis effectu. et perfice miseratus
in nobis ut eius mereamur esse par-
ticipes. p. Post co.

Purifica domine quesumus mentes
nostras benignus et renova celes-
tibus sacramentis ut consequenter
et corporum presens pariter et futurum
capiamus auxilium. p. Fer. iiij. In
[margin: Ieiunium sept.] Initiatio do. ps. Testimonium posuit. ... Coll.
Misericordie tue remedium
quesumus domine fragilitas nostra
subsistat. ut que sua conditione
atteritur tua clementia reparetur.
p. Lc. Amos prophe.

Hec dicit dominus deus. Ecce
dies veniunt et comprehen-
det arator messorem. et calcator uve
mittentem semen. Et stillabunt
montes dulcedinem. et omnes col-
les culti erunt. Et convertam cap-
tivitatem populi mei in israel. et edi-
ficabunt civitates desertas et habi-
tabunt in eis. Et plantabunt
vineas et bibent vinum earum.
Et facient hortos. et comedent fructus
eorum. Et plantabo eos super humum
suam et non evellam eos ultra
de terra sua quam dedi eis. Dicit
dominus omnipotens. Coll.

Presta quesumus domine familie suppli-
canti: ut dum a cibis corpo-
ralibus se abstinent: a vitiis mente
ieiunent. p. Lc. Esdre prophe.

In diebus illis: Congregatus est omnis
populus quasi vir unus ad plateam
que est ante portam aquarum: et
dixerunt esdre scribe ut afferret
librum legis moysi. quem preceperat
dominus israeli. Attulit ergo esdras
sacerdos legem coram multitudine
virorum ac mulierum: cunctisque qui
poterant intelligere in die prima men-
sis septimi. et legit in ea aperte in
platea que erat ante portam aquarum.
a mane usque ad mediam diem. in
conspectu virorum ac mulierum
et sapientium. Et aures omnis populi
erant erecte ad librum. Stetit autem
esdras scriba super gradum ligneum.
quem fecerat ad loquendum: et stete-
runt iuxta eum. Et aperuit esdras
librum coram omni populo: et benedixit
esdras domino deo magno. Et respondit
omnis populus amen. Elevans omnis
populus manus suas: incurvati
sunt et adoraverunt proni in terram.
Porro levite silentium faciebant in
populo: ad audiendam legem. Populus
autem stabat in gradu suo. et legit
in libro legis dei distincte et aperte
ad intelligendum. Dixit autem
neemias sacerdos. scribe et levite.
dies sanctificatus est domino deo nostro.

nolite lugere 7 nolite flere. Et
dixit eis. Ite comedite pinguia
et bibite mulsum 7 mittite par-
tes eis qui non preparauerunt
sibi quia sanctus dies domini est.
et nolite contristari. Gaudium 7
enim domini est: fortitudo nostra.
In illo tempore: Respondens. Secundum marcum.
unus de turba dixit ad ihesum.
Magister: attuli filium meum
ad te: habentem spiritum mutum. Qui
ubicumque eum apprehenderit: alli-
dit eum 7 spumat. 7 stridet den-
tibus et arescit. Et dixi discipulis
tuis ut eicerent eum 7 non potu-
erunt. Qui respondens eis dixit.
O. generatio incredula: quamdiu
apud uos ero: Quamdiu uos pa-
tiar: Afferte illum ad me. Et cum
uidisset illum statim spiritus conturba-
uit illum et elisus in terram uolu-
tabatur spumans. Et interroga-
uit patrem eius. Quantum tem-
poris est. ex quo hoc ei accidit: At
ille ait. Ab infantia. Et frequen-
ter eum 7 in ignem 7 in aquam
misit: ut eum perderet. Sed si
quid potes: adiuua nos misertus
nostri. Ihesus autem ait illi. Si potes
credere: omnia possibilia sunt
credenti. Et continuo exclamans
pater pueri cum lacrimis aiebat.
Credo domine adiuua incredduli-
tatem meam. Et cum uideret ihesus
concurrentem turbam comminatus
est spiritui inmundo dicens illi. Surde
7 mute spiritus: ego tibi precipio exi ab
eo. 7 amplius ne introeas in eum.
Et clamans 7 multum discerpens
eum: exiit ab eo. Et factus est sicut

Et attulerunt eum

mortuus: ita ut multi dicerent.
quia mortuus est. Ihesus autem te-
nens manum eius: eleuauit eum
7 surrexit. Et cum introisset do-
mum: discipuli eius secreto inter-
rogabant eum. Quare nos non
potuimus eum eicere. Et dixit
eis. Hoc genus in nullo potest
exire: nisi in oratione 7 ieiunio.
Hec hostia domine quesumus Secreta.
emundet nostra delicta. 7 ad
sacrificium celebrandum subdi-
torum tibi corpora mentesque sanc-
tificet per dominum. post com.
Sumentes domine dona celestia suppli-
citer deprecamur ut que se-
dula seruitute te donante geri-
mus dignis sensibus tuo munere
capiamus. per dominum. Fer. vi.
Letetur cor. q. ps. Confitemini d. 7 inuo. d. am.
Presta quesumus omnipotens deus ut colla.
obseruationes sacras annua
deuotione recolentes. 7 corpore tibi
placeamus 7 mente. per. le. osee
Hec dicit dominus deus. prophe.
Conuertere israel ad dominum
deum tuum: quia corruisti iniquita-
te tua. Tollite uobiscum uerba.
et conuertimini ad dominum. Dici-
te ei. Omnem aufer iniquitatem
7 accipe bonum: 7 reddemus ui-
tulos labiorum nostrorum. Assur non
saluabit nos: super equos non
ascendemus nec dicemus ultra
dii nostri opera manuum nostrarum.
quia eius qui in te est misere-
ris pupilli. Sanabo contritiones
eorum: diligam eos spontanee
quia auersus furor meus ab eis.
Ego quasi ros. israel germinabit

quasi lilium. Erumpet radix
eius: ut libani erunt rami eius.
Et erit quasi oliua gloria eius:
& odor eius ut libani. Conuertentur
sedentes in umbra eius. uiuent tri-
tico & germinabunt quasi uinea. Me-
moriale eius sicut uinum libani.
Ego exaudiam & dirigam eum. Ego
ut abietem uirentem: ex me fructus
eius inuentus est. Quis sapiens et
intelliget ista: intelligens & sciet hec.
Quia recte uie domini: et iusti am-
bulabunt in eis. Sec. lucam.
In illo tempore: Rogabat ihesum
quidam phariseus: ut manduca-
ret cum illo. Et ingressus domum
pharisei: discubuit. Et ecce mulier
que erat in ciuitate peccatrix. ut
cognouit quod accubuit in domo pha-
risei: attulit alabastrum unguenti.
Et stans retro secus pedes eius lacri-
mis cepit rigare pedes eius: et ca-
pillis capitis sui tergebat. et oscu-
labatur pedes eius. & unguento
ungebat. Videns autem phariseus
qui uocauerat eum: ait intra se
dicens. Hic si esset propheta: sciret utique
que & qualis mulier esset. que tan-
git eum: quia peccatrix est. Et res-
pondens ihesus: dixit ad illum. Symon:
habeo tibi aliquid dicere. At ille
ait. Magister dic. Duo debitores
erant cuidam feneratori: unus
debebat denarios quingentos. et
alius quinquaginta. Non haben-
tibus illis unde redderent: dona-
uit utrisque. Quis ergo eum plus
diligit: Respondens symon dixit.
Estimo: quia is cui plus donauit.
At ille dixit ei. Recte iudicasti.

Et conuersus ad mulierem: dixit
Symoni. Vides hanc mulierem: Intra-
ui in domum tuam: aquam pedi-
bus meis non dedisti. Hec autem
lacrimis rigauit pedes meos: et ca-
pillis suis tersit. Osculum michi
non dedisti. Hec autem ex quo intra-
uit non cessauit osculari pedes meos.
Oleo caput meum non unxisti:
hec autem unguento unxit pedes
meos. Propter quod dico tibi: remittun-
tur ei peccata multa: quoniam dilexit mul-
tum. Cui autem minus dimittitur:
minus diligit. Dixit autem ad il-
lam. Remittuntur tibi peccata tua.
Et ceperunt qui simul accumbebant:
dicere intra se. Quis est hic qui &
peccata dimittit: Dixit autem ad
mulierem. Fides tua te saluam fecit.
uade in pace. Secr.

Accepta tibi sint domine quesumus
nostri dona ieiunii. que et expi-
ando nos tua gratia dignos efficiant
& ad sempiterna promissa perducant.
per dominum. Post com.

Quesumus omnipotens deus: ut de perceptis
muneribus gratias exhibentes.
beneficia potiora sumamus. per Christum.
Venite adoremus. ps. Venite exultemus. S. an. Sabbato.

Omnipotens sempiterne deus qui coll.
per continentiam salutarem et
corporibus mederis & mentibus ma-
iestatem tuam: supplices exoramus:
ut pia ieiunantium deprecatione
et presentia nobis subsidia prestet et
futura. per. Lc. li. leuitici.
In diebus illis: Locutus est dominus
ad moysen dicens. Decima die mensis
huius septimi dies expiationum
erit celeberrimus: et uocabitur

sanctus. Affligetisque animas vestras
in eo: et offeretis holocaustum domino.
Omne opus servile non facietis in
tempore diei huius quia dies propi-
tiationis est: ut propitietur vobis
dominus deus vester. Omnis ani-
ma que afflicta non fuerit die hoc:
peribit de populis suis. Et que operis
quippiam fecerit: delebo eam de
populo suo. Nichil ergo operis facie-
tis in eo. Legitimum sempiternum
erit vobis in cunctis generationi-
bus et habitationibus vestris. Sab-
batum requietionis est: affligetis
animas vestras. Die nono mensis
ad vesperum celebrabitis sabbata vestra.
Dicit dominus omnipotens. *Coll.*

Da nobis quesumus omnipotens deus. ut
ieiunando tua gratia satiemur:
et abstinendo cunctis efficiamur
hostibus fortiores. Per. *Lectio libri levi-
tici.*

In diebus illis: Locutus
est dominus ad moysen dicens. Quinta-
decima die mensis septimi. quando
congregaveritis omnes fructus terre
vestre. celebrabitis ferias domini:
septem diebus. Die primo et die oc-
tavo erit sabbatum. id est requies.
Sumetisque vobis die primo fructus
arboris pulcherrime spatulasque
palmarum. et ramos ligni densarum
frondium. et salices de torrente.
Et letabimini coram domino deo
vestro. celebrabitisque solempnitatem
septem diebus per annum. Legi-
timum sempiternum erit in ge-
nerationibus vestris. Mense septi-
mo festa celebrabitis: et habitabi-
tis in umbraculis septem diebus.
Omnis qui de genere est israel: ma-
nebit in tabernaculis. ut discant
posteri vestri. quod in tabernaculis
habitare fecerim filios israel. cum
educerem eos de terra egypti. ego
dominus deus vester. *Coll.*

Tuere domine quesumus familiam
tuam ut salutis eterne reme-
dia. que te inspirante requirimus:
te largiente consequamur. Per.

Domine deus *Lectio michee*
noster pasce populum tuum *prophete.*
in virga tua. gregem hereditatis
tue. habitantes terram in saltu
iuxta dies antiquos. Videbunt
gentes et confundentur super omni
fortitudine sua. Quis quis deus
similis tui qui aufers iniquitatem
et transfers peccatum reliquiarum heredi-
tatis tue. Non immittet ultra fu-
rorem suum: quoniam volens
misericordiam est. et revertetur et mise-
rebitur nostri. Deponet omnes iniqui-
tates nostras: et proiciet in profundum
maris peccata nostra. Dabis veritatem
iacob: misericordiam abraham que
iurasti patribus nostris. a diebus an-
tiquis: domine deus noster. *Coll.*

Presta quesumus domine sic nos
ab epulis carnalibus absti-
nere: ut a viciis irruentibus
pariter ieiunemus. Per. *Lectio zacha-
rie prophete.*

In diebus illis:
Factum est verbum domini ad
me dicens. Hec dicit dominus deus
exercituum. Sicut cogitavi ut
affligerem vos cum ad iracundiam
me provocassent patres vestri et non
sum misertus: sic conversus cogi-
tavi in diebus istis ut benefaciam
ierusalem et domui iuda. Nolite

timere. Hec sunt uerba que facietis.
Loquimini ueritatem unusquis-
que cum proximo suo. Veritatem et
iudicium pacis iudicate in portis
uestris. et unusquisque malum contra
proximum suum ne cogitet in cordi-
bus uestris. et iuramentum mendax
ne diligatis. Omnia enim hec sunt:
que odi dicit dominus. Et factum
est uerbum domini exercituum
ad me dicens. Hec dicit dominus
exercituum. Ieiunium quarti et
ieiunium quinti. et ieiunium sep-
timi. et ieiunium decimi erit domui
iude in gaudium et leticiam. et in
solempnitates preclaras. Veritatem
tantum et pacem diligite. dicit dominus
exercituum. Colla.

Et nos domine tribuis sollemp-
ne tibi deferre ieiunium sic
nobis quesumus indulgentie prebe subsidium.

Ad Euangelium

Angelus domini. Require in
sabbato post pentecosten.

Deus qui tribus pueris Oratio
mitigasti flammas igni-
um. concede propitius ut nos fa-
mulos tuos non exurat flamma
uiciorum. Per. Ad ebreos

Fratres. Tabernaculum factum
est primum in quo erant
candelabra et mensa. et propositio pa-
num quod dicitur sancta. Post
uelamentum autem secundum
tabernaculum quod dicitur sancta sanctorum
aureum habens turibulum et
archam testamenti circumtectam
ex omni parte auro in qua urna
aurea habens manna. et uirga
aaron. que fronduerat. et tabu-
le testamenti. Super que erant cheru-
bin glorie obumbrantia propitiatorium.
de quibus non est modo dicendum
per singula. Horum uero ita compositis:
in priori quidem tabernaculo. semper
introibant sacerdotes sacrificiorum
officia consummantes. In secundo
autem semel in anno solus pon-
tifex: non sine sanguine quem
offert pro sua et populi ignorantia.
Hoc significante spiritu sancto: non-
dum propalatam esse sanctorum uiam
adhuc priori tabernaculo habente
statum. que parabola est temporis
instantis. Iuxta quam munera et
hostie offeruntur. que non possunt
iuxta conscientiam perfectum facere
seruientem. solummodo in cibis et
in potibus et uariis baptismatibus
et iustitiis carnis usque ad tempus
correctionis impositis. Christus autem
assistens pontifex futurorum bono-
rum per amplius et perfectius ta-
bernaculum non manu factum.
id est non huius creationis. neque
per sanguinem hyrcorum aut ui-
tulorum: sed per proprium sangui-
nem introiuit semel in sancta eter-
na redemptione inuenta.

In illo tempore. Secundum lucam.

Dicebat ihesus turbis similitudinem
hanc. Arborem fici habebat quidam
plantatam in uineam suam. et
uenit querens fructum in ea. et
non inuenit. Dixit autem ad cul-
torem uinee. Ecce anni tres sunt
ex quo uenio querens fructum
in ficulnea hac: et non inuenio.
Succide ergo illam. Vt quid etiam
terram occupat. At ille respondens

dixit illi. Domine dimitte eam
ex hoc anno usq; dum fodiam cir-
cillam 7 mittam stercora. Et si qd̃e
fecerit fructum: sin autem in
futurum succides eam. Erat aut̃
docens in sinagoga eorum sabbato.
Et ecce mulier que habebat spm̃
infirmitatis annis decem et octo:
et erat inclinata. nec omnino pote-
rat sursum respicere. Quam cum
videret ihc. vocavit ad se 7 ait
illi. Mulier dimissa es ab infir-
mitate tua. Et imposuit illi ma-
nus: et confestim erecta est 7 glifi-
cabat dm̃. Respondens autem ar-
chisinagogus indignans quia sab-
bato curasset ihc. dicebat turbe.
Sex dies sunt in quibus oportet
operari. In his ergo venite et
curamini 7 non in die sabbati.
Respondit autem ad illum domi-
nus: 7 dixit. Ypocrite unusqsq;
q; vrm̃ non solvit bovem suum
aut asinum a presepio. 7 ducit
adaquare. Hanc autem filiam
Abrahe quam alligavit satha-
nas ecce decem 7 octo annis non
oportuit solvi a vinculo isto die
sabbati. Et cum hec diceret: erubesce-
bant omnes adversarii eius. Et
omnis pplš gaudebat in universis:
que gloriose fiebant ab eo.

Concede qs omps̃ Secr.
deus: ut oculis tue maiesta-
tis munus oblatum: et gram̃
nobis devotionis obtineat 7 et
effectum beate perhennitatis adq̃-
rat per dominum. Post com.

Perficiant in nobis domine
qs tua sacramenta qd̃ continent:
ut que nunc spetie gerimus re-
rum veritate capiamus. p. Dñc. xviii.
Da pacem dñe. p. Letatus sum. S. Am̃. Coll.

Da qs domine pplo tuo dia-
bolica vitare contagia. et
te solum dominum pura mente
sectari. p. Ad corinthios.

Fratres. Gratias ago deo meo
semper p vobis, in xpo ihu:
quia in omnibus divites facti
estis in illo, in omni verbo et i
omni scientia. sicut testimonium
xpi confirmatum est in vobis:
ita ut nichil vobis desit in illa
gratia. expectantibus revelationẽ
domini nostri ihu xpi. Qui et
confirmabit vos usq; in finem
sine crimine. In die adventus
domini nri ihu xpi. Sec. mathe.

In illo tps. Accesserunt ad ihm̃
sadducei qui dicunt non ẽẽ
resurrectionem 7 interrogaverũt
eum dicentes. Magister: moyses
dixit si quis mortuus fuerit nõ
habens filium. ut ducat frater
eius uxorem illius. et suscitet
semen fratri suo. Erant autem
apud nos septem fratres: et primus
uxore ducta defunctus est. Et nõ
habens semen: reliquit uxorem
suam fratri suo. Similiter scd̃s
et tertius usq; ad septimum. No-
vissime autem omnium: et mu-
lier defuncta est. In resurrectione
ergo cuius erit de septem uxor:
Omnes enim habuerunt eam. Re-
spondens autem ihc. ait illis. Er-
ratis nescientes scripturas. neq;
virtutem dei. In resurrectione enim
neq; nubent neq; nubentur. sed

i gr̃a dĩ q̃ data ẽ vob.

ua

sunt sicut angeli dei in celo. De
resurrectione enim mortuorum
non legistis quod dictum est a
deo dicente vobis. Ego sum deus
abraham. et deus ysaac. et deus ia
cob. Non est deus mortuorum.
sed viventium. Et audientes turbe
mirabantur in doctrina eius.
pharisei autem audientes quod
silentium imposuisset ihesus sadu
ceis convenerunt in unum. Et
interrogavit eum unus ex eis
legis doctor. temptans eum. Ma
gister. quod est mandatum mag
num in lege. Ait illi ihesus. Dilige
dominum deum tuum ex toto
corde tuo et in tota anima tua. et
in tota mente tua. hoc est maxi
mum et primum mandatum.
Secundum autem simile est huic. Di
liges proximum tuum sicut te ip
sum. In hiis duobus mandatis
universa lex pendet et prophete. Con
gregatis autem phariseis. interro
gavit eos ihesus dicens. Quid vobis
videtur de christo cuius filius est.
Dicunt ei. David. Ait illis. Quo
modo ergo david in spiritu vocat eum
dominum dicens. Dixit dominus
domino meo sede a dextris meis
donec ponam inimicos tuos sca
bellum pedum tuorum. Si ergo
david vocat eum dominum
dicens quomodo filius eius est. Et ne
mo poterat respondere ei verbum.
neque ausus fuit quisquam ex
illa die eum amplius interrogare.

Maiestatem tuam *Secreta*
domine suppliciter deprecamur
ut hec sancta que gerimus. et a

preteritis nos delictis exuant et futuris

Sanctificationibus *Post* C. P.
Potens omnipotens deus et vitia nostra
curentur. et remedia nobis eterna
proveniant. P. *Fer. iiii. Ad ephe-*
sios.

Fratres. Non cesso gratias
agens pro vobis memoriam
vestri faciens in orationibus meis
ut deus domini nostri ihesu christi et
pater glorie det vobis spiritum sapien
tie et revelationis in agnitionem
eius. illuminatos oculos cordis
vestri. ut sciatis que sit spes vocati
onis eius. et divitie glorie heredi
tatis eius in sanctis. Et que sit
supereminens magnitudo virtu
tis eius in nos. qui credimus se
cundum operationem potentie vir
tutis eius quam operatus est in
christo suscitans illum a mortuis.
et constituens ad dexteram suam in
celestibus supra omnem principa
tum et potestatem et virtutem et
dominationem et omne nomen quod
nominatur non solum in hoc seculo.
sed etiam in futuro. Et omnia
subiecit sub pedibus eius. et ipsum
dedit caput super omnem ecclesiam
que est corpus ipsius plenitudo eius.
qui omnia in omnibus adimple
tur. *Secundum matheum.*

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis.
Simile factum est regnum celorum
homini qui seminavit bonum
semen in agro suo. Cum autem
dormirent homines venit inimi
cus eius. et superseminavit ziza
nia in medio tritici et abiit. Cum
autem crevisset herba et fructum
fecisset. tunc apparuerunt et zizania.

Accedentes autem servi patrisfa
milias: dixerunt ei. Domine: n
ne bonum semen seminasti i agro
tuo? Unde ergo habet zizania?
Et ait illis. Inimicus homo hoc
fecit. Servi autem dixerunt
ei. Vis imus et colligimus ea.
Et ait non. Ne forte colligentes
zizania eradicetis cum eis simul
et triticum. Sinite utraque cresce
re usque ad messem et in tempore
messis dicam messoribus. Colli
gite primum zizania et alliga
te ea fasciculos ad comburendum.
Triticum autem: congregate in
horreum meum. Fer. vi. Secundum
In illo tempore. Dixit ihesus matheum.
discipulis suis. Simile est
regnum celorum grano sinapis:
quod accipiens homo seminavit
in agro suo quod minimum qui
dem est omnibus seminibus.
Cum autem creverit maius est
omnibus holeribus et fit arbor ita
ut volucres celi veniant et ha
bitent in ramis eius. Aliam pa
rabolam locutus est eis. Si
mile est regnum celorum fermen
to. quod acceptum mulier abscon
dit in farine satis tribus. donec
fermentaretur totum. Hec om
nia locutus est ihesus in parabolis
ad turbas: et sine parabolis non
loquebatur eis. ut adimpleretur
quod dictum est per prophetam dicentem.
Aperiam in parabolis os meum.
eructuabo abscondita: a constitu
tione mundi. Dominica. xix.
Salus populi. p. Attendite popule. S. Am.
Dirigat corda nostra domine oratio
quesumus tue virtutis operatio. quia
tibi sine te placere non possumus. per.
Ad ephesios.
Fratres: Renovamini spiritu mentis
vestre: et induite novum homi
nem. qui secundum deum creatus est in
iustitia et sanctitate veritatis.
Propter quod deponentes mendacium
loquimini veritatem unusquisque
cum proximo suo. quoniam sumus invi
cem membra. Irascimini et no
lite peccare. Sol non occidat super
iracundiam vestram. Nolite locum
dare diabolo. Qui furabatur: iam
non furetur. Magis autem labo
ret operando manibus suis quod
bonum est: ut habeat unde tribu
at necessitatem necessitatem patienti.
In illo tempore: Ascendens Secundum matheum.
ihesus ierosolimam: transfretavit
et venit in civitatem suam. Et
ecce offerebant ei paraliticum ia
centem in lecto. Et videns ihesus fi
dem illorum: dixit paralitico. Con
fide fili: remittuntur tibi peccata tua.
Et ecce quidam de scribis dixerunt
intra se. Hic blasphemat. Et
cum vidisset ihesus cogitationes eorum
dixit. Ut quid cogitatis mala in
cordibus vestris? Quid est facilius
dicere. dimittuntur tibi peccata.
an dicere surge et ambula? Ut
sciatis autem quoniam filius hominis
habet potestatem in terra dimittendi
peccata: tunc ait paralitico. Surge
tolle lectum tuum: et vade in
domum tuam. Et surrexit et
abiit in domum suam. Videntes
autem turbe: timuerunt et
glorificaverunt deum qui dedit

potestatem talem hominibus.
Deus qui nos per huius. Secr.
sacrificii ueneranda commer-
cia unius summique diuinitatis
participes efficis presta quesumus ut sicut
tuam cognoscimus ueritatem sic
eam dignis mentibus et moribus
assequamur. Per. Post com.
Gratias tibi referimus domine
sacro munere uegetati tuam
misericordiam deprecantes ut dignos
nos eius participatione perficias. Per.
Ad Ps. Fer. iiij. Ad thessalonicenses.
Fratres. State et tenete traditiones
quas didicistis siue per sermonem
siue per epistolam nostram. Ipse autem
dominus noster ihesus christus et deus pater
noster. qui dilexit nos et dedit con-
solationem eternam et spem bonam
in gratia: exortetur corda uestra et
confirmet in omni opere et ser-
mone bono. De cetero fratres orate pro
nobis ut sermo domini currat
et clarificetur sicut et apud uos. Et ut
et liberemur ab importunis et
malis hominibus. Non enim
omnium est fides. Fidelis autem
dominus est: qui confirma-
bit uos et custodiet a malo. Con-
fidimus autem de uobis in domino:
quoniam que precipimus et facitis et
facietis. Dominus autem dirigat
corda uestra in caritate dei: et pati-
entia christi. Secundum matheum.
In illo tempore. Accesserunt ad ihesum
discipuli eius dicentes. Edissere
nobis parabolam zizaniorum agri.
Qui respondens ait. Qui seminat
bonum semen: est filius hominis.
Ager autem est mundus. Bonum
uero semen: hii sunt filii regni.
Zizania autem: filii sunt nequam.
Inimicus autem qui seminauit
ea: est diabolus. Messis uero con-
summatio seculi est. Messores autem
angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania et igni com-
buruntur: sic erit in consummatione
seculi. Mittet filius hominis
angelos suos: et colligent de regno
eius omnia scandala et eos qui
faciunt iniquitatem et mittent
eos in caminum ignis ibi erit
fletus et stridor dentium. Tunc iusti
fulgebunt sicut sol in regno patris
eorum. Qui habet aures audiendi:
audiat. Fer. vj. Secundum marcum.
In illo tempore. Interrogatus ihesus a
discipulis suis de consummatione
seculi: dixit eis. Cum uideritis abo-
minationem desolationis stantem
ubi non debet: qui legit intelligat.
Tunc qui in iudea sunt fugiant
in montes et qui super tectum ne
descendant in domum suam. nec
introeat ut tollat quid de domo
sua. Et qui in agro erit non reuer-
tatur retro tollere uestimentum
suum. Ve autem pregnantibus
et nutrientibus: in illis diebus.
Orate uero ut hyeme non fiant.
Erunt enim dies illi tribulationis
tales: quales non fuerunt ab ini-
tio creature quam condidit deus
usque nunc neque fient. Et nisi
breuiasset dominus deus: non
fuisset salua omnis caro. Sed
propter electos quos elegit: breuiauit
dies. Et tunc si quis uobis dixerit.
ecce hic est christus. ecce illic non credideritis.
Exurgent autem pseudo christi et

pseudo pphe. ⁊ dabunt signa et portenta ad seducendos si fi͞ri potest etiā electos. Vos ergo uidete. ecce uob p̄dixi oīa.

Omnia quecumque fecisti ℣ Magnū d. s. Aus. Dn̄c. xx.

Omnip͞c et misericors d͞s. colla. Uniuersa nobis aduersantia ppitiatus exclude. ut mente et corpore pariter expediti. que tua sunt liberis mentibus exequamur. p.

Ꝛs. Uidete ad ephesios.

Fratres. quomodo caute ambuletis. non quasi insipientes sed ut sapientes. Redimentes tempus. quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri inprudentes. sed intelligentes que sit uoluntas dei. Et nolite inebriari uino in quo est luxuria. sed impleamini spiritu sancto loquentes uobismet ipsis in psalmis ⁊ hymnis. ⁊ canticis spiritalibus cantantes ⁊ psallentes in cordibus uestris domino. Gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri ihesu christi deo et patri. Subiecti inuicem. in timore dei. Secundum mathm.

In illo tempore. Loquebatur ihesus cum discipulis suis in parabolis dicens. Simile factum est regnum celorum homini regi. qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos uocare inuitatos ad nuptias. ⁊ nolebant uenire. Iterum misit alios seruos dicens. Dicite inuitatis. Ecce prandium meum paraui. tauri mei et altilia occisa. ⁊ omnia parata uenite ad nuptias. Illi autem neglexerunt. Et abierunt alius in uillam suam. alius uero in negotiationem suam. Reliqui uero tenuerunt seruos eius. ⁊ contumelia affectos occiderunt. Rex autem cum audisset. iratus est. Et missis exercitibus suis. perdidit homicidas illos. ⁊ ciuitatem illorum succendit. Tunc ait seruis suis. Nuptie quidem parate sunt. sed qui inuitati erant non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus uiarum. et quoscumque inueneritis uocate ad nuptias. Et egressi serui eius in uias. congregauerunt omnes quos inuenerunt malos ⁊ bonos. ⁊ implete sunt nuptie discumbentium. Intrauit autem rex. ut uideret discumbentes. Et uidit ibi hominem non uestitum ueste nuptiali. ⁊ ait illi. Amice. quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem. At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris. Ligatis manibus eius et pedibus. mittite eum in tenebras exteriores. Ibi erit fletus. ⁊ stridor dentium. Multi autem sunt uocati. pauci uero electi. Secr.

Hec munera domine quesumus que oculis tue maiestatis offerimus. salutaria nobis esse concede. p.

Tua nos domine post medicinalis operatio ⁊. a. nostris peruersitatibus clementer expediat. et tuis faciat semper inherere mandatis. p. fer. iiij.

Ꝛs. ad thessalonisenses.

Fratres. Denuntiamus uobis in nomine domini nostri ihesu christi. ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate. ⁊ non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. Ipsi enim

scitis quemadmodum oportet imi-
tari nos. quoniam non inquieti fuimus
inter vos. neque gratis panem man-
ducavimus ab aliquo. sed in labore
et fatigatione. nocte et die operantes.
ne quem vestrum gravaremus. non
quasi non habuerimus potestatem.
sed ut nosmet ipsos formam daremus
ad imitandum nos. Nam et cum
essemus apud vos. Hec denuntia-
bamus vobis. quoniam siquis
non vult operari. nec manducet.
Audivimus enim inter vos quos-
dam ambulantes in quiete. nichil
operantes sed curiose agentes. Hiis
autem qui huiusmodi sunt denun-
tiamus et obsecramus in domino
ihesu christo. ut cum silentio operantes
suum panem manducent. Vos autem
fratres. nolite deficere benefacientes.
In christo ihesu domino nostro. Secundum
In illo tempore. Dicebat Lucam.
ihesus cuidam principi phariseorum
Cum facis prandium aut cenam.
noli vocare amicos tuos. neque fra-
tres tuos. neque cognatos. neque divi-
tes. ne forte et ipsi te reinvitent.
et fiat tibi retributio. Sed cum
facis convivium. voca pauperes.
debiles. claudos. cecos. Et beatus
eris. quia non habent retribue-
re tibi. Retribuetur tibi. in resur-
rectione iustorum. Hec cum audis-
set quidam de simul discumben-
tibus. dixit illi. Beatus qui man-
ducabit panem. in regno dei. Fer. vi.
In illo tempore. Secundum lucam.
Dixit ihesus discipulis suis. Beati
eritis cum vos oderint homines
et cum separaverint vos et exprobra-
verint. et eiecerint nomen vestrum
tamquam malum propter filium ho-
minis. Gaudete in illa die et exul-
tate. ecce enim merces vestra mul-
ta est in celo. Secundum hec enim facie-
bant prophetis patres eorum. Verumtamen
ve vobis divitibus. qui habetis
consolationem vestram. Ve vobis
qui saturati estis. quia esurietis.
Ve vobis qui ridetis nunc. quia
lugebitis et flebitis. Ve cum bene-
dixerint vobis omnes homines. secundum
hec faciebant pseudoprophetis patres eorum.
Sed vobis dico qui auditis. Dili-
gite inimicos vestros. hiis qui vos
oderunt. Benefacite maledicentibus
vos. orate pro calumpniantibus
vos. Et qui te percutit in dextram
maxillam. prebe ei et alteram. Et
ab eo qui aufert tibi vestimentum.
etiam tunicam noli prohibere. Om-
ni autem petenti te tribue. et qui
aufert que tua sunt. ne repetas.
Et prout vultis ut faciant vobis
homines. et vos facite illis similiter.
Et si diligitis eos qui vos diligunt.
que vobis est gratia. Nam et
peccatores diligentes se diligunt.
Et si benefeceritis hiis qui vobis
benefaciunt. que vobis est gratia.
Siquidem et peccatores hoc faciunt.
Et si mutuum dederitis hiis a
quibus speratis recipere. que vobis
est gratia. Nam et peccatores
peccatoribus fenerantur. ut re-
cipiant equalia. Verumtamen
diligite inimicos vestros et benefa-
cite et mutuum date nichil inde
sperantes. Et erit merces vestra
multa. et eritis filii altissimi.

L quia ipse benignus est super ingratos ⁊ malos. Dñc. xxi. Coll.

Largire quesumus domine fidelibus tuis indulgentiam placatus et pacem ut pariter ab omnibus mundentur offensis. ⁊ secura tibi mente deseruiant. P. Ad ephesios.

Fratres. Confortamini in domino. ⁊ in potentia uirtutis eius. Induite uos armaturam dei. ut possitis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem ⁊ sanguinem. sed aduersus principes. ⁊ potestates. aduersus mundi rectores tenebrarum harum. contra spiritualia nequitie in celestibus. Propterea accipite armaturam dei. ut possitis resistere in die malo. ⁊ in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate. induti loricam iustitie. et calciati pedes in preparatione euangelii pacis. In omnibus sumentes scutum fidei. in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite. et gladium spiritus quod est uerbum dei.

In illo tempore. Secundum iohannem.

Erat quidam regulus. cuius filius infirmabatur capharnaum. Hic cum audisset quia ihc adueniret a iudea in galileam. abiit ad eum. ⁊ rogabat eum ut descenderet ⁊ sanaret filium eius. Incipiebat enim mori. Dixit ergo ihc ad eum. Nisi signa ⁊ prodigia uideritis. non creditis. Dixit autem regulus. Domine descende priusquam moriatur filius meus. Dixit ei ihc. Uade. filius tuus uiuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei ihc. ⁊ ibat. Iam autem eo descendente. serui occurrerunt ei ⁊ nuntiauerunt dicentes quia filius eius uiueret. Interrogabat ergo horam ab eis. in qua melius habuerat. Et dixerunt ei. quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognouit autem pater quia illa hora erat. in qua dixit ei ihc uade filius tuus uiuit. Et credidit ipse ⁊ domus eius tota. Secr.

Celestem nobis prebeant hec misteria quesumus domine medicinam. et uitia cordis nostri expurgent. P.

Ut sacris domine reddamur digni muneribus fac nos quesumus tuis obedire mandatis. P. Post. Fer. iiii. Ad thymoteum.

Karissime. Finis precepti est caritas. de corde puro ⁊ conscientia bona. ⁊ fide non ficta. A quibus quidam aberrantes. conuersi sunt in uaniloquium uolentes esse legis doctores non intelligentes neque que loquuntur. neque de quibus affirmant. Scimus autem quoniam bona est lex. si quis ea legitime utatur. sciens hoc quia iusto non est lex posita. sed iniustis et non subditis. impiis ⁊ peccatoribus. sceleratis. et contaminatis. patricidis. ⁊ matricidis. fornicatoribus. masculorum concubitoribus. plagiariis. mendacibus. ⁊ periuris. ⁊ si quid aliud sane doctrine aduersatur. que est secundum

euangelium glorie beati dei: quod creditum est michi. Gratias ago ei: qui me confortauit. In christo ihesu domino nostro. Secundum lucam.
In illo tempore. Factum est ut intraret ihesus in synagogam et doceret. et erat ibi homo. et manus eius dextera erat arida. Obseruabant autem scribe et pharisei: si in sabato curaret ut inuenirent unde accusarent eum. Ipse autem sciebat cogitationes eorum. Et ait homini qui habebat manum aridam. Surge et sta in medium. Et surgens stetit. Ait autem ad illos ihesus. Interrogo uos. si licet sabbatis bene facere an male: Animam saluam facere an perdere: Et circumspectis omnibus: dixit homini. Extende manum tuam. Et extendit: et restituta est manus eius. Ipsi autem repleti sunt insipientia: et colloquebantur adinuicem quidnam facerent de ihesu. Feria .vi. Secundum matheum.
In illo tempore. Cum uenisset ihesus in domum petri: uidit socrum eius iacentem et febricitantem. Et tetigit manum eius: et dimisit eam febris. Et surrexit et ministrabat eis. Vespere autem facto: obtulerunt ei multos demonia habentes: et eiciebat spiritus uerbo. Et omnes male habentes curauit: ut adimpleretur quod dictum est per ysaiam prophetam dicentem. Ipse infirmitates nostras accepit: et egrotationes portauit. Dominica .xxii. Si iniquitates. Psalmus De profundis. Oratio.
Familiam tuam quesumus domine continua pietate custodi: ut a cunctis aduersitatibus te protegente sit libera et in bonis actibus tuo nomini sit deuota. Per. Versus. Confidimus. Ad philippenses.
Fratres. Confidimus in domino ihesu. quia qui cepit in uobis opus bonum perficiet usque in diem christi ihesu. Sicut est michi iustum hoc sentire pro omnibus uobis: eo quod habeam uos in corde et in uinculis meis et in defensione et confirmatione euangelii. socios gaudii mei omnes uos esse. Testis enim michi est deus: quomodo cupiam uos in uisceribus ihesu christi. Et hoc oro: ut caritas uestra magis ac magis habundet in omni scientia et omni sensu. ut probetis potiora. ut sitis sinceres et sine offensa in die christi repleti fructu iustitie. Per ihesum christum: in gloriam et laudem dei.
In illo tempore. Dixit Secundum matheum. ihesus discipulis suis: parabolam hanc. Simile est regnum celorum homini regi qui uoluit rationem ponere cum seruis suis. Et cum cepisset rationem ponere: oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta. Cum autem non haberet unde redderet: iussit eum dominus uenundari et uxorem eius et filios et omnia que habebat et reddi. Procidens autem seruus ille orabat eum dicens. Patientiam habe in me et omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius: dimisit eum et debitum dimisit illi. Egressus autem seruus ille: inuenit unum de conseruis suis qui debebat ei centum

denarios. Et tenens suffocabat eũ
dicens. Redde quod debes. Et pci-
dens conseruus ille: rogabat eum
dicens. Patientiam habe in me et
omnia reddam tibi. Ille autem no-
luit: sed abiit & misit eum in car-
cerem. donec redderet debitum. Vi-
dentes autem conserui eius que fiebãt:
contristati sunt ualde. Et uenerũt
& narrauerunt domino suo: om-
nia que facta fuerant. Tunc uo-
cauit illum dominus suus: et
ait illi. Serue nequam: omne
debitum dimisi tibi. qm̃ rogasti me.
Nonne ergo oportuit & te misereri
conserui tui sicut & ego tui miser-
tus sum: Et iratus dominus eius tra-
didit eum tortoribus quoadusque red-
deret uniuersum debitum. Sic et
pater meus celestis faciet uobis: si
non remiseritis unusquisque fratri
suo: de cordibus uestris. Secr.

Suscipe domine ppitius hostias
quibus et te placari uoluisti
& nobis salutem potenti pietate res-
titui. p dominum. post com.

Sumpsimus mortalitatis alimoniam conse-
quuti q̃s domine. ut quod ore per-
cepimus. mente sectemur. p. Ep. iiij.
Rd. lect. e. b. p. a. ad romanos.

Fratres. Spe salui facti sumus. Spes
autem que uidetur non est spes. Nã
quod uidet quis quid sperat: Si
autem quod non uidemus speramus:
p patientiam expectamus. Simi-
liter autem & spiritus adiuuat
infirmitatem nostram. Nam quid
oremus sicut oportet nescimus. sed
ipse spiritus postulat p nobis ge-
mitibus inenarrabilibus. Qui
autem scrutatur corda scit quid
desideret sps: quia secundum deum postu-
lat pro sanctis. Euuangelium

Amen dico uobis quia quicũ-
que dixerit. ~~Require retro.~~ Ev. vi.

In illo tempore: Secundum marcum.

Dixit ihc discipulis suis. Videte quid
audiatis. In qua mensura mensi
fueritis: remetietur uobis & adicie-
tur uobis. Qui enim habet dabitur
ei: & qui non habet etiam quod ha-
bet auferetur ab eo. Et dicebat.
Sic est regnum dei: quemadmodum
si homo iaciat semen in terra et
dormiat et exurgat nocte ac die et
semen germinet & increscat dum
nescit ille. Ultro enim terra fructi-
ficat: primum herbam. deinde spi-
cam. deinde plenum frumentum
in spica. Et cum se produxerit fructus:
statim mittit falcem: quoniam adest
messis. Dñica. xxiij.

Dicit dominus ego. p. Benedixisti. e. ãn.

Deus refugium nostrum colla
et uirtus adesto piis ecclesie tue
precibus actor ipse pietatis. & presta
ut quod fideliter petimus efficaciter
consequamur. p. ad philipenses

Fratres. Imitatores mei
estote: et obseruate eos qui
ita ambulant sicut habetis formã
nostram. Multi enim ambulant
quos sepe dicebam uobis: nunc autem
& flens dico inimicos crucis xpi.
Quorum finis interitus. quorum
deus uenter est: & gloria in confu-
sione ipsorum qui terrena sapiunt.
Nostra autem conuersatio in celis
est. Unde saluatorem expectamus
dominum nostrum ihm xpm: qui

reformabit corpus humilitatis nostre
configuratum corpori claritatis sue
secundum operationem qua possit etiam
subicere sibi omnia. Itaque fratres mei
karissimi et desideratissimi gaudium meum
et corona mea. sic state in domino
karissimi. Euchodiam rogo et sinticem
deprecor. id ipsum sapere in domino.
Etiam rogo et te germane compar.
adiuva illas que mecum laborave-
runt in evangelio cum clemente
et ceteris coadiutoribus meis. Quo-
rum nomina sunt in libro vite.
In illo tempore. Abeuntes Secundum math.
pharisei consilium inierunt. iiii.
ut caperent ihesum in sermone. Et
mittunt ei discipulos suos cum
herodianis dicentes. Magister scimus
quia verax es. et viam dei in veri-
tate doces. et non est tibi cura de ali-
quo. Non enim respicis personam
hominum. Dic ergo nobis. quid
tibi videtur. Licet censum dari
cesari an non. Cognita autem ihesus
nequitia eorum. ait. Quid me
temptatis ypocrite. Ostendite mi-
chi nummisma census. At illi
obtulerunt ei denarium. Et ait
illis ihesus. Cuius est imago hec et
superscriptio. Dicunt ei. Cesaris.
Tunc ait illis ihesus. Reddite ergo que
sunt cesaris cesari. et que sunt
dei deo. Secreta.

Da misericors deus ut hec salu-
taris oblatio. et a propriis nos
reatibus indesinenter expediat. et
ab omnibus tueatur adversis. per.
Sumpsimus domine post-
sacri dona misterii humili-
ter deprecantes. ut que in tua

commemoratione nos facere pre-
cepisti. in nostre proficiant infirmita-
tis auxilium. per. Feria iiii. Ad
Rom. Noli thimoteum.
erubescere testimonium domini
nostri ihesu christi. neque me vinctum
eius. sed collabora evangelium
secundum virtutem dei qui nos libera-
vit et vocavit vocatione sua
sancta. non secundum opera nostra. sed
secundum propositum suum et gratiam
que data est nobis in christo ihesu. an-
te tempora secularia. Manifesta-
ta est autem nunc. per illumina-
tionem salvatoris nostri ihesu christi.
qui destruxit quidem mortem. illu-
minavit autem vitam et incorrup-
tionem per evangelium in quo
positus sum ego predicator et apostolus et
magister gentium. Ob quam
causam etiam hoc patior. sed non
confundor. Scio enim cui credidi
et certus sum. quia potens est depo-
situm meum servare in illum
diem. Formam habens sanorum
verborum que a me audisti in fide
et dilectione in christo ihesu domino nostro.
In illo tempore. Feria vi. Secundum mathm.
Convenerunt ad ihesum pharisei
et quidam de scribis. venientes ab
iherosolima. Et cum vidissent quosdam
ex discipulis eius communibus ma-
nibus. id est non lotis manibus man-
ducare panes. vituperaverunt
eos. Pharisei enim et omnes iudei nisi
crebro laverint manus non mandu-
cant tenentes traditiones seniorum.
Et cum a foro venerint nisi bapti-
zentur non comedunt. Et alia
multa que tradita sunt illis

Feria iiii. Evangelium.
Cum venisset ihesus.

seruare. baptismata calicum 7 urceorum. 7 eramentorum. 7 lectorum. Et interrogauerunt eum pharisei 7 scribe. Quare discipuli tui n̄ ambulant iuxta traditionem seniorum. sed communibus manibus manducant panem. At ille respondens: dixit eis. Bene prophetauit ysaias de uobis ypocrite: sicut scriptum est. Populus labiis me honorat: cor autem eorum longe est a me. In uanum autem me colunt docentes doctrinas et precepta hominum. Relinquentes enim mandatum dei: tenetis traditionem hominum. Dñica .xxiiii.

Excita domine quesumus tuorum fidelium uoluntates ut diuini operis fructum propensius exequentes pietatis tue remedia maiora percipiant. Per. Ad colosenses.

Fratres: Non cessamus pro uobis orantes. 7 postulantes. ut impleamini in agnitione uoluntatis dei: et in omni sapientia et intellectu spirituali: ut ambuletis digne deo per omnia placentes in omni opere bono fructificantes. 7 crescentes in scientia dei. In omni uirtute confortati secundum potentiam claritatis eius in omni patientia. 7 longanimitate cum gaudio. In christo iesu domino nostro. Secundum matheum.

In illo tempore: Loquente ihesu ad turbas: ecce princeps unus accessit. 7 adorauit eum dicens. Domine: filia mea modo defuncta est: sed ueni impone manum tuam super eam 7 uiuet. Et surgens ihesus sequebatur eum: 7 discipuli eius. Et ecce mulier que sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis. accessit retro et tetigit fimbriam uestimenti eius. Dicebat enim intra se. Si tetigero uestimentum eius: salua ero. At ihesus conuersus: et uidens eam dixit. Confide filia fides tua te saluam fecit. Et saluata est mulier: ex illa hora.

Propitius esto Secreta.
domine supplicationibus nostris: 7 populi tui oblationibus precibusque susceptis. omnium nostrorum ad te corda conuerte. ut a terrenis cupiditatibus liberi ad celestia desideria transeamus. Per. Post.

Concede nobis domine quesumus ut per sacramenta que sumpsimus quicquid in nostra mente uitiosum est pietatis tue dono curetur. Per.

Fratres. Nolo uos Ad romanos ignorare misterium hoc. ut non sitis uobisimet ipsis sapientes: quia cecitas ex parte contigit in israel. donec plenitudo gentium subintraret. 7 sic omnis israel saluus fieret sicut scriptum est. Veniet ex syon qui eripiat 7 auertat impietates ab iacob. 7 hoc a illis a me testamentum cum abstulero peccata eorum. Secundum euangelium quidem inimici propter uos: secundum electionem autem karissimi propter patres. Sine penitentia autem sunt dona: 7 uocatio dei. Sicut enim aliquando 7 uos non credidistis deo. nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatem: ita 7 isti nunc crediderunt in uestram misericordiam ut 7 ipsi misericordiam consequantur.

Conclusit enim deus omnia in incredulitate ut omnium misereatur. O altitudo divitiarum sapientie et scientie dei. quam incomprehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles vie eius. Quis enim cognovit sensum domini. Aut quis consiliarius eius fuit. Aut quis prior dedit illi et retribuetur ei. Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in secula seculorum amen.

In illo tempore. Feria vi. secundum matheum.

Dixit ihesus turbis iudeorum. Homo quidam habuit duos filios. et accedens ad primum dixit. Fili vade operari in vineam meam. Ille autem respondens ait. Nolo. Postea autem penitentia motus abiit. Accedens autem ad alterum. dixit similiter. At ille respondens ait. Eo domine. Et non ivit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris. Dicunt primus. Dicit illis ihesus. Amen dico vobis. quia publicani et meretrices precedent vos in regno dei. Venit enim iohannes ad vos in via iustitie et non credidistis ei. Publicani autem et meretrices crediderunt ei. Vos autem videntes nec penitentiam habuistis postea ut crederetis ei. Qui habet aures audiendi audiat.

Dominica i ante adventum.

Excita domine quesumus potentiam tuam et veni et quod ecclesie tue promisisti usque in finem seculi clementer operare. Qui cum patre.

Ecce dies. Lectio ieremie prophete.

Ecce dies veniunt dicit dominus. et suscitabo david germen iustum et regnabit rex et sapiens erit et faciet iudicium et iustitiam in terram. In diebus illis salvabitur iuda et israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabunt eum: dominus iustus noster. Propter hoc ecce dies veniunt dicit dominus. Et non dicent ultra vivit dominus qui eduxit filios israel de terra egypti. sed vivit dominus qui eduxit et adduxit semen domus israel de terra aquilonis et de cunctis terris ad quas eieceram eos illuc. Et habitabunt in terra sua. Dicit dominus omnipotens.

Evangelium.

In illo tempore. Cum sublevasset ihesus oculos et vidit. ~~Require in medio quadragesime.~~

Secreta.

Sacrificium tibi domine celebrandum placatus intende. quod et nos a vitiis nostre conditionis emundet et tuo nomini reddat acceptos. Per.

Post communionem.

Animae nostre divino munere satiate quesumus omnipotens deus hoc potiantur desiderio. et a tuo spiritu inflammentur. ut ante conspectum venientis christi filii tui velut clara luminaria fulgeamus. Per eundem.

Rs. Feria iiii. ad thessalonicenses.

Fratres. Gratias agere debemus deo semper pro vobis ita ut dignum est. quoniam supercrescit fides vestra et habundat caritas uniuscuiusque vestrum in invicem. ita ut nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis dei pro patientia vestra et fide et persecutionibus vestris et tribulationibus quas sustinetis in exemplum iusti iudicii dei. ut digni habeamini regno dei pro quo et patimini–

in. Si tamen iustum est apud
dm̄. retribuere tribulationem
hiis qui nos tribulant. 7 uos
qui tribulabimini requiem no
biscum in reuelatione domini
ihū de celo. cum angelis uirtutis
eius. in flamma ignis dantis ui
dictam. de hiis qui non nouerūt
dm̄ 7 non obediunt euuangelio
domini nostri ihū xp̄i. Qui penas
dabunt in interitum eternas. a
facie domini. 7 a gloria uirtutis
eius. Cum uenerit glari in sanctis suis.
7 admirabilis fieri in omnibus q̄
crediderunt dominum nostrum
ihm̄ xp̄m. *Sc̄dm lucam.*
In illo tempore. Dixit ihc̄ discipulis
suis. Ite. Ecce ego mitto uos. sic
agnos inter lupos. Nolite portare
sacculum. neq; peram. neq; calcia
menta. 7 neminem p uiam salu
taueritis. In quamcumq; domū
intraueritis. primum dicite. pax
huic domui. Et si ibi fuerit filius
pacis. requiescet super illam pax
ura. Sin autem ad uos reuerte
t. In eadem aūt domo manete. edentes
7 bibentes que apud illos sunt.
Dignus enim operarius. mercede
sua. Nolite transire de domo in
domum. 7 in quamcumq; ciuita
tem intraueritis. 7 susceperint uos.
manducate que apponunt uobis
7 curate infirmos qui in illa sūt
7 dicite. Appropinquauit in
uos regnum dei. In quamcumq;
ciuitatem intraueritis 7 non
receperint uos. exeuntes in pla
teās eius dicite. Etiam puluē
rem qui adesit nobis de ciuitate

ura extergimus i uos. Tamē h' scito
te. quia appropinquauit regnū
dī.

Ordo sanctorum
Sc̄i saturnini mar-
tiris. *colla*

Deus qui nos saturnini
martiris tui concedis natali
tio pfrui eius nos tribue meritis
adiuuari. p. *Secr.*
Munera tibi domine dicata san
ctifica. 7 intercedente beato sa
turnino martire tuo p eadem nos
placatus intende. p. *Post co.*
Sanctificet nos domine eṡs tui
pceptio sacramenti. 7 intercces
sione sanctorum tibi reddat accep
tos. p. *In uigilia sc̄i andree.*
Dominus secus mare galilee. Ad te lx. S. am̄
Q's omps̄ ds̄. ut beatus *colla.*
andreas apostolus tuum pro
nobis imploret auxilium. ut a
nr̄is reatibus absoluti. a cunctis
etiam periculis eruamur. p. d.
Benedictio *Lect̄ lib sapien-*
domini super caput *tie*
iusti. ideo dedit illi hereditatem et
diuisit ei partem in tribubus duo
decim. 7 inuenit grām in conspec-
tu omnis carnis. Et magnificauit
eum in conspectu inimicorum. 7
in uerbis suis monstra placauit.
Glorificauit eum in conspectu re
gum. 7 dedit illi gloriam suam. In
fide 7 lenitate ipsius sanctum fe
cit illum. 7 elegit eum de omni
carne. Dedit illi precepta 7 legē
uite 7 discipline. 7 excelsum fecit
illum. Statuit ei testamentum
eternum. et circumcinxit eum

Zona iiii

zona iusticie. Et induit eum dominus corona glorie. Secundum iohannem

In illo tempore. Stabat iohannes: et ex discipulis eius duo. Et aspiciens ihesum ambulantem dicit: Ecce agnus dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem et secuti sunt ihesum. Conversus autem ihesus. et videns eos sequentes se: dicit eis. Quid queritis? Qui dixerunt ei. Rabbi: quod dicitur interpretatum magister. Ubi habitas? Dicit eis. Venite et videte. Venerunt et viderunt ubi maneret: et apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem andreas frater symonis petri: unus ex duobus qui audierant ab iohanne et secuti fuerant eum. Invenit hic primum symonem fratrem suum et dicit ei. Invenimus messyam: quod est interpretatum christus. Et adduxit eum ad ihesum. Intuens autem eum ihesus: dixit. Tu es symon filius iohanna: tu vocaberis cephas. quod interpretatur petrus. In crastinum autem voluit exire in galileam: et invenit philippum et dicit ei ihesus. Sequere me. Erat autem philipus a bethsaida civitate andree et petri. Invenit philippus nathanael: et dicit ei. Quem scripsit moyses in lege et prophete: invenimus ihesum filium ioseph a nazareth. Et dicit ei nathanael. A nazareth potest aliquid boni esse. Dicit ei philipus. Veni et vide. Vidit ihesus nathanael venientem ad se: et dicit de eo. Ecce vere israelita: in quo dolus non est. Dicit ei nathanaehel. Unde me nosti? Respondit ihesus et dixit ei. Priusquam te philipus vocaret cum esses sub ficu: vidi te. Respondit ei nathanahel et ait. Rabbi: tu es filius dei tu es rex israel. Respondit ihesus et dixit ei. Quia dixi tibi vidi te sub ficu credis: maius his videbis. Et dicit eis. Amen amen dico vobis: videbitis celum apertum et angelos dei ascendentes et descendentes: super filium hominis.

Sacrandum tibi domine. Secreta munus offerimus quo beati andree solempnia recolentes purificationem quoque nostris mentibus imploramus. Per. Post communio

Perceptis domine sacramentis suppliciter exoramus ut intercedente beato andrea apostolo tuo que pro illius veneranda gerimus passione. nobis proficiant ad medelam. Per.

Michi autem. Domine probasti. S. Amen.

Maiestatem tuam domine. In die collecta suppliciter exoramus ut sicut ecclesie tue beatus andreas apostolus extitit predicator et rector: ita apud te sit pro nobis perpetuus intercessor. Per.

Rs. Corde. lectio e. b. p. ad ro.

Fratres. Corde creditur ad iustitiam: manifesto ore autem confessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura. Omnis qui credit in illum: non confundetur. Non enim distinctio iudei et greci. Nam idem dominus omnium: dives in omnes qui invocant illum. Omnis enim quicumque invocaverit nomen domini: salvus erit. Quomodo ergo invocabunt in quem non crediderunt? Quomodo autem audient sine predicante? Quomodo vero predicabunt nisi

·mittantur. Sicut scriptum est. Quam
speciosi pedes evvangelizantium pacem.
evuangelium bona. Sed non omnes
obediunt euuangelio. Ysaias enim
dicit. Domine quis credidit auditui
nostro? Ergo fides ex auditu. auditus
autem per uerbum christi. Sed dico.
Numquid non audierunt? Et quidem
in omnem terram exiuit sonus eorum.
et in fines orbis terre uerba eorum.
In illo tempore: Ambulans Sec. mathm.
ihesus iuxta mare galilee. uidit duos
fratres simonem qui uocatur petrus
et andream fratrem eius mittentes
rete in mare. Erant enim piscato-
res. Et ait illis. Venite post me. et
faciam uos fieri piscatores hominum.
At illi continuo relictis retibus et
naui secuti sunt eum. Et procedens
inde uidit alios duos fratres iacobum
zebedei et iohannem fratrem eius in
naui cum zebedeo patre eorum.
reficientes retia sua. et uocauit eos
Illi autem statim relictis retibus
et patre secuti sunt eum. Sec.
Sacrificium nostrum tibi domine
quesumus beati andree precatio sancta con-
ciliet. ut cuius honore solempniter
exhibetur meritis efficiatur acceptum. Per.
Te domine suppliciter exorare Pref.
Sumpsimus domine diuina Post co.
misteria beati andree festiuitate
letantes. que sicut tuis sanctis ad
gloriam. ita nobis quesumus ad ueniam
prodesse perficias. Per. Statuit. Sci eligii
Da quesumus omnipotens deus epi et conf. oro
ut beati eligii. Epla Ecce sa-
cerdos magnus. Evangl. Homo
quidam peregre proficiscens. S. nicholai. Statuit.
Deus qui beatum coll.

nicholaum pontificem tuum innu-
meris decorasti miraculis. tribue no-
bis quesumus: ut eius meritis et precibus
a gehenne incendiis liberemur. Per.
Epla. Ecce sacerdos magnus
Euangl. Homo quidam nobilis.
Sanctifica quesumus domine Sec.
oblata munera que in uenera-
tione sancti antistitis tui nicholai
offeruntur ut per ea uita nostra
inter aduersa et prospera ubique diri-
gatur. Per. Post com.
Sacramenta que sumpsimus
domine pro solempnitate sancti
pontificis tui nicholai sempiterna
protectione nos confirment. Per. In octa-
Protegat nos bis bi andree apli
domine sepius beati oratio.
andree apostoli repetita solempnitas.
ut cuius patrocinia sine intermis-
sione recolimus. perpetuam defensio-
nem sentiamus. Per. Sec.
Indulgentiam nobis prebeant hec
munera quesumus domine largiorem. que
uenerabilis andree suffragiis offe-
runtur. Per. Post co.
Adiuuet familiam tuam tibi
domine supplicando uenerandus
andreas apostolus. et pius interuentor
efficiatur qui tui nominis extitit predi-
cator. Per. Sancte lucie uirginis.
Dilexisti iustitiam. coll.
Exaudi nos deus salutaris noster.
ut sicut de beate lucie uirgi-
nis tue festiuitate gaudemus. ita
pie deuotionis erudiamur affectu. Per.
Epla Qui gloriatur in domino.
Euangl Simile est regnum celorum thes.
Accepta tibi sit domine Sec.
sacrate plebis oblatio pro tuorum

honore sanctorum. quorum se meri-
tis percepisse de tribulatione cognos-
cit auxilium. p. post co.

Satiasti domine familiam tuam
muneribus sacris. eius semper
qs interventione nos refove cuius
solempnia celebramus. p. Sci thome

Michi autem nimis. Domine pb. apli

Da nobis domine qs beati coll.
apostoli tui thome solempnita-
tibz gloriari. ut eius semper patrociniis
sublevemur. et fidem congrua devo-
tione sectemur. p. Epla. Iam
n estis hospites. Quere in scop. Ewngl.
Thomas gr d. usq; beati qui non
viderunt. Require i prima dnica p pasch.

Debitum domine nostre secr.
reddimus servitutis suppliciter
exorantes. ut suffragiis beati thome
apostoli in nobis tua munera tuea-
ris cuius honorando confessionem
laudis tibi hostias immolamus. p.

Adesto nobis misericors post co
deus. ut intercedente pro nobis
beato thoma apostolo tuo. tua circa
nos propitiatus dona custodi. p. Sci

Sacerdotes tui dne. Meminto d. silvestri.

Da qs omps deus. ut beati coll.
silvestri confessoris tui atq; pon-
tificis veneranda solempnitas et
devotionem nobis augeat et salutem p.

Frs. Doctrinis variis ad eb
et peregrinis. nolite abduci. os

Optimum est enim gratia stabilire
cor non escis que non profuerunt
ambulantibus in eis. Habemus
altare de quo edere non habent po-
testatem. qui tabernaculo deservi-
unt. Quorum enim animaliu
infertur sanguis pro pcco i sca per
pontificem. horum corpora cremantur
extra castra. Propter quod et ihc ut
sanctificaret per suum sanguinem po-
pulum. extra portam passus est. Exe-
amus igitur ad eum extra castra.
improperium eius portantes. Non enim
habemus hic manentem civitatem.
sed futuram inquirimus. Per ipsum
ergo offeramus hostiam semper laudis
deo. id est fructum labiorum confitenti-
um nomini eius. Beneficientie autem
et communionis nolite oblivisci. Ta-
libus enim hostiis promeretur deus.
Ewangeliu. Qui nos odit me odit.

Sancti tui domine qs nos secr.
ubiq; letificent. ut dum eorum
merita recolimus. patrocinia sentiamus.
p dominum nostrum. post co.

Pra qs omps deus ut de percep-
tis muneribus gratias exhiben-
tes. intercedente beato silvestro con-
fessore tuo atq; pontifice beneficia
potiora sumamus. p. Felicis cofesso

Os iusti meditabit. Noli emulari. ris

Concede qs omps deus coll.
ut ad meliorem vitam scorum
tuorum exempla nos provocent quatinus
quorum solempnia agimus etiam
actus imitemur. p. Epla. Ecce
sacerdos magnus. Ewngl. Homo qui-
dam peregre. secr.

Hostias tibi domine beati felicis
confessoris tui dicatas meritis
benignus assume. et ad perpetuum
nobis tribue provenire subsidium p.

qs domine salutaribus p co
repleti mysteriis ut cuius solep-
nia celebramus. eius orationibus
adiuvemur. p. Sci marcelli mar

Statuit ei dominus test tiris.

preces populi tui qs domine coll.
clementer exaudi ut beati marcelli
martiris tui atque pontificis meritis
adiuvemur. cuius passione letamur.
p. Epla. Plures facti sunt sacerd.
Evangelium. Homo quidam nobilis
Suscipe domine qs munera Secr.
dignanter oblata. et beati mar-
celli suffragantibus meritis ad nostre salutis
auxilium provenire concede. p. p co.
Saciasti domine familiam tuam
muneribus sacris. eius qs sem-
per interventione nos refove. cuius
solempnia celebramus. p. Prisce vir.
Loquebar de testim. Gaudeamus mar. coll.
Da qs omps deus. ut qui beate
prisce martiris tue natalitia
colimus. et annua solempnitate le-
temur. et tante fidei proficiamus exem-
plo. p. epla. Qui gl[...] i dno
Evangl. Simile est regnum c. th.
Hostia domine qs quam Secr.
sanctorum tuorum natalitia re-
censentes offerimus. et vincula nos-
tre pravitatis absolvat. et tue nobis
misericordie dona conciliet. p. p co.
Qs domine salutaribus repleti
misteriis ut cuius solempnia
celebramus. eius orationibus adiu-
vemur. p. Scorum fabiani et sebastiani.
Intret i conspectu. Ps venerunt. ni mar.
Infirmitatem nostram respice coll.
omps deus. et quia pondus proprie ac-
tionis gravat beati fabiani marti-
ris tui atque pontificis intercessio nos
gloriosa protegat. p. alia.
Deus qui beatum sebastianum
martirem tuum virtute con-
stantie in passione roborasti. ex eius
nobis imitatione tribue pro amore
tuo prospera mundi despicere. et
nulla eius adversa formidare. p.
Epla. Sci per fidem vicerunt.
Evan. Descendens ihc de monte.
Hostias tibi domine beati Secr.
fabiani martiris tui dicatas.
meritis benignus assume et ad per-
petuum nobis tribue provenire subsi-
dium. p. post co. Secr.
Accepta sit in conspectu tuo dne
nostra devotio. eius nobis fiat
supplicatione salutaris. pro cuius
solempnitate defertur. p. post co.
Refecti participatione muneris
sacri qs domine deus noster. ut
cuius exequimur cultum sentia-
mus effectum. p. post. co.
Sacro munere saciati supplices
te domine deprecamur. ut quod
debite servitutis celebramus officio
intercedente sebastiano beato mar-
tire tuo salvationis tue sentiamus
augmentum. p. Agnetis virg.
Me expectaverunt pec. Beati imac.
Omps sempiterne deus coll.
qui infirma mundi eligis
ut fortia queque confundas. conce-
de propitius. ut cuius beate agnetis
martiris tue solempnia colimus.
eius apud te patrocinia sentiamus.
p. epla. Qui gloriatur in domino
Evang. Simile est regnum c. decem.
Hostias domine quas tibi Secr.
offerimus propitius suscipe. et
intercedente beata agnete martire
tua vincula peccatorum nostrorum
absolve. p. dominum post co.
Refecti cibo potuque celesti deus
noster. te supplices exoramus.
ut in cuius hec commemoratione

percepimus: eius muniamur et
precibus. per dominum. Sancti uincentii
Letabitur iustus. tercij martiris ~~Sec.~~ coll.
Adesto quesumus domine supplicatio-
nibus nostris. ut qui ex iniqui-
tate nostra reos nos esse cognoscimus.
beati uincentii martiris tui inter-
cessione liberemur. per. epistola.
Memor esto domini i. Euang. Nisi
granum frumenti. ~~post co.~~ Secreta
Muneribus nostris quesumus domine
precibusque susceptis. et celestibus
nos munda mysteriis. et clementer
exaudi. per dominum. post co.
Quesumus omnipotens deus: ut qui celestia
alimenta percepimus. intercedente
te beato uincentio martire tuo per
hec contra omnia aduersa muni-
amur. per. In conuersione sancti pauli
Letemur omnes. De illustratione. li.
Deus qui uniuersum coll.
mundum beati pauli apostoli pre-
dicatione docuisti: da nobis quesumus:
ut qui eius conuersionem ho-
die colimus per eius ad te exempla
gradiamur. per. Lectio actuum
In diebus illis: Saulus apostolorum
adhuc spirans minarum et cedis
in discipulos domini. accessit ad
principem sacerdotum. et peciit ab
eo epistolas in damascum ad sy-
nagogas. ut siquos inuenisset hu-
ius uie uiros ac mulieres: uinctos
perduceret iherusalem. Et cum iter
faceret: contigit ut appropinqua-
ret damasco. Et subito circum-
fulsit eum lux de celo: et cadens
in terram audiuit uocem dicen-
tem sibi. Saule saule quid me
persequeris. Qui dixit. Quis es
domine: Et ille. Ego sum ihesus:
quem tu persequeris. Durum est
tibi contra stimulum calcitrare.
Et tremens ac stupens ait. Domi-
ne: quid me uis facere: Et dominus
ad eum. Surge et ingredere ciui-
tatem: et dicetur tibi quid te o-
porteat facere. Viri autem illi
qui comitabantur cum eo stabant
stupefacti: audientes quidem uo-
cem. neminem autem uidentes.
Surrexit autem saulus de terra
apertisque oculis nichil uidebat.
Ad manus autem illum trahen-
tes. introduxerunt damascum. et
erat tribus diebus non uidens. et
non manducauit neque bibit.
Erat autem quidam discipulus
damasci: nomine ananias. Et
dixit ad illum in uisu dominus
Anania. At ille dixit. Ecce ego
domine. Et dominus ad illum.
Surgens uade in uicum qui uo-
catur rectus: et quere in domum
iude saulum nomine tharsensem.
ecce enim orat ut uideat uirum
ananiam nomine introeuntem
et imponentem sibi manus ut
uisum recipiat. Respondit autem
ananias. Domine audiui a mul-
tis de uiro hoc quanta mala sanc-
tis fecerit in iherusalem et hic habet
potestatem a principibus sacerdotum
alligandi omnes qui inuocant no-
men tuum. Dixit autem ad eum
dominus. Vade: quoniam uas electionis
est michi iste. ut portet nomen me-
um coram gentibus et regibus et
filiis israel. Ego enim ostendam
illi: quanta oporteat eum pro nomi-

ne meo pati. Abiit autem ananias
et introivit in domum: et imponens
ei manum dixit. Saule frater:
dominus misit me ihc. qui appa-
ruit tibi in via qua veniebas:
ut videas et implearis spu sancto.
Et confestim ceciderunt ab oculis
eius tamquam squame: et visum
recepit. Et surgens baptizatus est.
Et cum accepisset cibum: confor-
tatus est. Fuit autem cum discipulis
qui erant damasci: per dies aliquot.
Et continuo ingressus paulus in
synagogis: predicabat ihm
quoniam hic est filius dei. Stupebant
autem omnes qui eum audiebant:
et dicebant. Nonne hic est qui ex-
pugnabat in ihrlm eos qui invo-
cabant nomen istud? Et nunc
ad hoc venit: ut vinctos illos perdu-
ceret ad principes sacerdotum. Sau-
lus autem multo magis convalesce-
bat. et confundebat iudeos qui ha-
bitabant damasci. Affirmans:
quoniam hic est xpc. Secundum mathm.

In illo tempore: Dixit simon petrus
ad ihm. Ecce nos relinquimus
omnia: et secuti sumus te. Quid
ergo erit nobis. Ihc autem dixit
illis. Amen dico vobis: quod
vos qui secuti estis me in regene-
ratione cum sederit filius hominis
in sede maiestatis sue sedebitis et
vos super sedes duodecim iudican-
tes duodecim tribus isrl. Et om-
nis qui reliquerit domum vel
fratres. aut sorores. aut patrem.
aut matrem. aut uxorem. aut
filios. aut agros propter nomen
meum: centuplum accipiet et
vitam eternam possidebit.

Apostoli tui pauli Secreta
Apprecibus domine plebis tue do-
na sanctifica. ut que tibi tuo grata
sunt instituto. gratiora fiant pa-
trocinio supplicantis. Per. Post co.

Sanctificati domine salutari
misterio. qs ut pro nobis eius
non desit oratio cuius nos donasti
patrocinio gubernari. Per.

Agnetis secundo. Oro.
Deus qui nos annua beate ag-
netis martiris tue solempni-
tate letificas da qs ut quam vene-
ramur officio. etiam pie conversationis
sequamur exemplo. Per. Epla.
Confitebor tibi domine rex.
Simile est regnum c. t. Ewangelium
Super has qs domine hostias Secreta
benedictio copiosa descendat.
que et sanctificationem nobis cle-
menter operetur. et de beate agne-
tis martiris tue solempnitate leti-
ficet. Per. post co.

Sumpsimus domine celebrita-
tis annue votiva sacramenta:
presta qs ut et temporalis nobis vi-
te remedia prebeant et eterne. Per. In

purificatione beate marie bndictio candelarum
Domine ihu xpe
creator celi et terre
rex regum. et dominus do-
minantium. exaudi nos indignos
famulos tuos clamantes et orantes
ad te. Precamur te domine deus
omnipotens eterne qui omnia ex nichi-
lo creasti et iussu tuo per opera apum
hunc liquorem ad perfectionem cere-
orum venire fecisti. et qui hodier-
na die petitionem iusti simeonis
implesti. te humiliter deprecamur

ut has candelas ad usus hominum
et animarum factas. sive in terra
sive in aquis per invocationem
tui sancti nominis. ~~et per intercessionem tui sancti nominis.~~ et per inter-
cessionem sancte marie genitricis
tue cuius hodie festa percolimus. et
per preces omnium sanctorum tuorum
benedicere et sanctificare digneris.
ut hec plebs tua illas honorifice
portet in manibus. cantando. teque
laudando. et tu exaudias voces il-
lius de celo sancto tuo. et de sede ma-
iestatis tue. propiciusque sis omnibus
ad te clamantibus quos redemisti
precioso sanguine tuo. Qui cum deo

Omnipotens sempiterne *alia oratio.*
deus qui hodierna die uni-
genitum tuum ulnis sancti Syme-
onis in templo sancto tuo suscipi-
endum presentari voluisti. tuam
supplices deprecamur clementiam.
ut hos cereos quos nos tui fa-
muli in tui nominis magni-
ficentia suscipientes gestare cu-
pimus. luce accensos benedicere
et sanctificare atque lumine superne
benedictionis accendere digneris.
quatinus tibi domino deo nostro of-
ferendo digni. et sancto igne tuo dul-
cissime caritatis succensi. in tem-
plo sancto glorie tue representari
mereamur. per eundem. *Benedictio ig-*
nis.

Domine sancte pater
eterne deus. benedicere et
sanctificare digneris ignem istum
quem nos indigni suscipimus per
invocationem unigeniti filii tui
domini nostri ihesu christi. quem ho-
die in templo representatum iustus

Symeonem diu expectantem in
ulnas suscepisse novimus. et sa-
lutare tuum ante faciem om-
nium populorum esse lumen sci-
licet gentibus. et gloriam plebis
tue israel prophetico spiritu docuisti.
te quesumus domine benedicere digne-
ris lumen istud. et omnibus
illud manu gestantibus. hoc ve-
rum lumen tue maiestatis conce-
de. ut te agnoscentes per viam vir-
tutum ad te valeant pervenire
per eundem. *Oratio.*

Quesumus omnipotens deus. tua nos protec-
tione custodi. et castimoni-
am mentibus nostris atque corporibus
intercedente beata maria propiciatus
indulge ut veniente sponso filio
tuo unigenito domino nostro ac-
censis lampadibus eius digno
presolemniter occursu. per eundem.

Erudi quesumus domine plebem tu- *Ad process. alia*
am. et que extrinsecus an-
nua tribuis devotione venerari
interius assequi gratie tue luce
concede. per dominum. *Ad missam.*
Suscepimus deus. Magnus dominus. *Versus.* *am.*

Omnipotens sempiterne deus *Collecta.*
maiestatem tuam supplices
exoramus ut sicut unigenitus filius
tuus hodierna die cum nostre
carnis substantia in templo est
presentatus ita et nos facias purifi-
catis tibi mentibus presentari. per
eundem. *Lectio malachie prophete.*

Hec dicit dominus. Ecce ego
mitto angelum meum. et
preparabit viam ante faciem tu-
am. Et statim veniet ad templum
sanctum suum dominator quem

uos queritis: et angelus testamen
ti quem quem uos uos uultis.
Ecce uenit dicit dominus exerci-
tuum. Et quis poterit cogita-
re diem aduentus eius. Et q̄s
poterit cogitare diem aduent⁹
eius. Et quis stabit ad uidendū
eum. Ipse enim quasi ignis ꝯ
flans et quasi herba fullonū
Et sedebit conflans ⁊ emun-
dans argentum ⁊ purgabit fili
os leui. Et conflabit eos quasi
aurum et quasi argentum et
erunt domino offerentes sacrificia
in iusticia. Et placebit dn̄o
sacrificium iuda ⁊ ihrl̄m. sic
dies seculi ⁊ sicut anni antiqui.
Dicit dominus op̄c. Secd̄m lucā
In illo tp̄: Postquam impleti
sunt dies purgationis marie se-
cundum legem moysi: tulerūt
ihm̄ in ihrl̄m ut sisterent eum
domino sicut scriptum est ī lege
domini. quia omne masculinū
adaperiens uuluam scm̄ domi-
no uocabitur. Et ut darent hos
tiam sc̄dm quod dictum est in
lege domini: par turturum an
duos pullos columbarum. Et
ecce homo erat in ierl̄m cui no-
men symeon ⁊ homo iste iust⁹
⁊ timoratus expectans ꝯsolationē
isrl̄. Et sp̄c sc̄s erat in eo. Et
responsum acceperat acceperat a
sp̄u sc̄o non uisurum se mortem
nisi prius uideret xp̄m domini.
Et uenit in sp̄u in templum. Et
cum inducerent puerum ihm
parentes eius ut facerent sc̄dm
ꝯsuetudinem legis p̄ eo: et ipse

accepit eum in ulnas suas et
benedixit dn̄m ⁊ dixit. Nunc di-
mittis seruum tuum domine se-
cundum uerbum tuum ī pace.
Quia uiderunt oculi mei saluta-
re tuum. Quod parasti ante fa-
ciem omnium pp̄lorum. Lumen ad
reuelationem gentium et gl̄iam
plebis tue israel. Sec̄.
Exaudi domine preces nr̄as
ut digna sint munera que
oculis tue maiestatis offerimus
subsidium nobis tue pietatis īpen
de. p̄ dominum. Post co.
Q̄s domine deus nr̄. ut sacro
sancta misteria que p̄ repa-
rationis nostre munimine ꝯtu-
listi intercedente beata semp̄ uir-
gine dei genitrice maria. ⁊ p̄sens
nobis remedium esse facias ⁊ futu-
rum. p̄ eundem. Ad u̅s.
Perfice in nobis q̄s domine
grām tuam qui iusti syme-
onis expectationem implesti ut
sicut ille mortem non uidit pri-
usquam xp̄m dominum uidere
mereretur ita ⁊ nos uitam opti-
neamus eternam. p̄ eundem.
Gaudeamus. Agathe uirginis ⁊ mar.
Deus qui inter cetera coll.
potentie tue miracula etiā
in sexu fragili uictoriam marti-
rii contulisti concede p̄pitius ut
cuius natalitia colimus. p̄ eius
ad te exempla gradiamur. p̄. d.
Epla. Confitebor tibi dn̄e R.
Euug. Simile est R. C. decem.
Sit tibi domine mu. Sec̄.
Suscipe domine munera que ī beate agathe
martiris tue solempnitate deferi-

nius. cuius nos confidimus patro
cinio liberari. per dominum. post co.

Auxilientur nobis domine
sumpta misteria. et interce
dente beata agatha martire tua
sempiterna protectione confirment. per.

Deus qui nos devota *Vedasti*
beati vedasti confessoris *confesso*
tui atque pontificis instantia *ris*
ad agnitionem tui sancti nominis
vocare dignatus es. concede propicius
ut cuius solempnia colimus eti
am patrocinia sentiamus. per.

Hostias domine laudis *secre*
ta tuis altaribus adhibemus
quas eius tibi patrocinio credimus
commendandas. cuius nos volui
sti votis ad tue pietatis pervenire
noticiam. per dominum. post co.

Beati vedasti confessoris tui
atque pontificis domine precibus
bus confidentes. quesumus clementiam
tuam ut per ea que sumpsimus
eterna remedia capiamus. per. *Va*
In virtute tua. *lentini mar. coll.*

Presta quesumus omnipotens deus ut qui
beati valentini martiris
tui natalitia colimus a cunctis
malis imminentibus eius intercessione
sione liberemur. per. *Epistola.*
Beatus vir qui in sapientia. *Evangelium.*
Siquis vult post me venire. *un.*

Oblatis quesumus domine placare *secre*
muneribus. et intercedente
beato valentino martire tuo. a
cunctis nos defende periculis. per.

Sit nobis domine *post co.*
reparatio mentis et corporis
celeste misterium. ut cuius exequi
mur actionem sentiamus effectum. per.

Constituit eum dominum. *In chathedra sancti petri. coll.*

Deus qui beato apostolo tuo
petro collatis clavibus regni
celestis ligandi atque solvendi ponti
ficium tradidisti. concede ut inter
cessionis eius auxilio a peccatorum
nostrorum nexibus liberemur. per.

Petrus *Lectio epistole beati petri apostoli.*
apostolus ihesu christi electis
advenis dispersionis ponti galatie.
capadotie. asye. et bythinie. secundum
presentiam dei patris in sanctifica
tionem spiritus in obedientiam et
aspersionem sanguinis ihesu christi.
gratia vobis et pax multiplicetur.
Benedictus deus et pater domini
nostri ihesu christi. qui secundum magnam
misericordiam suam regeneravit
nos in spem vite. per resurrecti
onem ihesu christi ex mortuis. In
hereditatem incorruptibilem. et
incontaminatam. et immarcessibi
lem conservatam in celis. in vobis
qui in virtute dei custodimini per
fidem in salutem paratam reve
lari in tempore novissimo. In quo
exultabitis modicum nunc. si oportet
tet contristari in variis tribula
tionibus. ut probatio vestre fidei mul
to preciosior sit auro quod per ignem proba
tur. Inveniatur in laudem et
gloriam et honorem. in revelati
onem domini nostri ihesu christi.

In illo tempore. Venit ihesus *secundum mathem.*
in partes cesaree philippi. et
interrogabat discipulos suos di
cens. Quem dicunt homines esse
filium hominis. At illi dixerunt.
Alii iohannem baptistam. alii autem
heliam. alii vero iheremiam. aut

unum ex prophetis. Dicit illis ihc. Vos autem quem me esse dicitis? Respondens symon petrus dixit. Tu es xpc filius dei vivi. Respondens autem ihc dixit ei. Beatus es symon bariona: quia caro et sanguis non revelavit tibi sed pater meus qui est in celis. Et ego dico tibi quia tu es petrus: et super hanc petram edificabo ecclesiam meam. Et porte inferi non prevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni celorum. Et quodcumque ligaveris super terram: erit ligatum et in celis. Et quodcumque solveris super terram: erit solutum et in celis. Secr.

Ecclesie tue domine quesumus preces et hostias beati petri apostoli tui commendet oratio: ut quod pro illius celebramus gloria nobis prosit ad veniam. Per. Post co.

Letificet nos quesumus domine munus oblatum: ut sicut in apostolo tuo petro te mirabilem predicamus. sic per illum tue sumamus indulgentie largitatem. Per. Or. nat. Sol. Sci mathie apost.

Deus qui beatum mathiam apostolorum tuorum collegio sociasti. tribue quesumus ut eius interventione tue circa nos pietatis viscera sentiamus. Per. In diebus illis. L. actuum apostolorum.

Exurgens petrus in medio fratrum dixit. Erat autem turba hominum simul fere centum viginti. Viri fratres oportet impleri scripturam. quia predixit spc scs per os david de iuda qui fuit dux eorum. qui comprehenderunt ihm: qui connumeratus erat in nobis et sortitus est sortem ministerii huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis et suspensus crepuit medius. et diffusa sunt viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus ihrlm: ita ut appellaretur ager ille lingua eorum acheldemach. hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim: in libro psalmorum. Fiat habitatio eius deserta et non sit qui inhabitet in ea. et episcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex hiis viris qui nobiscum sunt congregati. in omni tempore quo intravit et exivit inter nos dominus ihc incipiens a baptismate iohis. usque in diem qua assumptus est a nobis. testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos. Joseph qui vocabatur barnabas. qui cognominatus est iustus: et mathiam. Et orantes dixerunt. Tu domine qui corda nosti omnium: ostende nobis quem elegeris ex hiis duobus unum accipere locum ministerii huius et apostolatus de quo prevaricatus est iudas ut abiret in locum suum. Et dederunt eis sortes. et cecidit sors super mathiam. Et adnumeratus est cum undecim apostolis. Scdm matheum.

In illo tempore: Misit dominus ihc duodecim discipulos suos: precipiens eis et dicens. In viam genti-

um ne abieritis. et in ciuitates
samaritanorum ne intraueritis.
sed potius ite ad oues que perie-
runt domus israel. Euntes au-
tem predicate dicentes. quia ap-
propinquabit regnum celorum.
Infirmos curate. mortuos susci-
tate. leprosos mundate. demones
eicite. Gratis accepistis. gratis
date. Secr.

Deus qui proditoris apostate ru-
inam ne apostolorum tuorum
numerus sacratus perfectione care-
ret. beati mathie electione supple-
sti. presentia munera sanctifica.
et per ea nos gratie tue uirtute con-
firma. Per dominum. Post co.

Presta quesumus omnipotens et misericors
deus. ut per hec sancta que
sumpsimus. interueniente beato
mathia apostolo tuo ueniam con-
sequamur et pacem. Per. Perpetue et
felicitatis

Da nobis domine
deus noster sanctarum coll.
martirum perpetue et felicitatis
palmas inexabili deuotione ue-
nerari ut quas digna mente non
possumus celebrare humilibus
saltem frequentemus obsequiis. Per.

Beatarum martirum tuarum Alia
perpetue et felicitatis nos domine
precibus et intercessionibus defende.
ut qui nostre conscientie fiduciam
non habemus placentium tibi
meritis protegamur. Per. Secr.

Intende munera quesumus domine al-
taribus tuis pro sanctarum tuarum
perpetue et felicitatis commemoratione
proposita. ut sicut per hec beata miste-
ria illis gloriam contulisti. ita no-
bis indulgentiam largiaris. Per.

Presta nobis domine quesumus p. co.
intercedentibus sanctis
tuis ut que ore contingimus
pura mente capiamus. Per. Grego
Sacerdotes dei benedicite rii ps. coll.

Deus qui anime famuli
tui gregorii eterne beatitudi-
nis premia contulisti concede propitius.
ut qui peccatorum nostrorum pon-
dere premimur eius apud te precibus
subleuemur. Per dominum. Epla.
Dedit dominus confessionem. Euu.
Uigilate quia nescitis qua hora.
Annue quesumus domine ut Secr.
intercedente beato gregorio pon-
tifice. hec nobis prosit oblatio qua
immolando totius mundi tribuisti
relaxari delicta. Per dominum. Post

Deus qui beatum gregorium co.
pontificem sanctorum tuorum
meritis coequasti concede propitius
ut qui commemorationis eius festa
percolimus. uite quoque imitemur
exempla. Per dominum. Sci Bndic
Os iusti meditabitur ti abbatis coll.

Intercessio nos nos quesumus domine
beati benedicti abbatis commendet. ut
quod nostris meritis non ualemus eius
patrocinio assequamur. Per. Sapie
Iustus cor suum tradidit ad tie.
uigilandum diluculo ad dominum
qui fecit illum. et in conspectu
altissimi deprecabitur. Aperiet os suum
in oratione. et pro delictis suis depreca-
bitur. Si enim dominus magnus
uoluerit. spiritu intelligentie reple-
bit illum. Et ipse tamquam im-
bres mittet eloquia sapientie sue.
et in oratione confitebitur domino.

Et ipse diriget consilium eius et disciplinam et in absconditis suis consiliabitur. Et ipse palam faciet disciplinam doctrine sue et in lege testamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius et usque in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius et nomen eius requiretur a generatione in generationem. Evangelium

Ecce nos reliquimus omnia. R[equire] in conversione sancti pauli.

Sacris altaribus domine Sec[reta] hostias suppositas sanctus benedictus in salutem nobis quesumus provenire deposcat. Per dominum. Post co[mmunionem]

Protegat nos quesumus domine cum tui perceptione sacramenti beatus benedictus abbas pro nobis intercedendo ut conversationis eius experiamur insignia et intercessionis ipsius percipiamus suffragia. Per.

In annuntiatione beate marie.

Rorate celi. Ps. Celi enarrant. Gr. Alla.

Deus qui de beate [Coll]ecta marie virginis utero verbum tuum angelo nuntiante carnem suscipere voluisti. presta supplicibus tuis ut qui vere eam genitricem dei credimus eius apud te intercessionibus adiuvemur. Per eundem. Lectio

In diebus illis. ysaie prophete.

Locutus est dominus ad achaz dicens. Pete tibi signum a domino deo tuo in profundum inferni sive in excelsum supra. Et dixit achaz. Non petam et non temptabo dominum. Et dixit. Audite ergo domus david. Numquid parum vobis est molestos esse hominibus quia molesti estis et deo meo. Propter hoc dabit dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emmanuel. Butyrum et mel comedet ut sciat reprobare malum et eligere bonum. Sec[undum] lucam

In illo tempore. Missus est — gabriel angelus a deo in civitatem galilee cui nomen nazareth ad virginem desponsatam viro cui nomen erat ioseph de domo david et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Ave maria gratia plena dominus tecum. Benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset turbata est in sermone eius et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas maria invenisti enim gratiam apud deum. Ecce concipies in utero et paries filium et vocabis nomen eius ihesum. Hic erit magnus et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi dominus deus sedem david patris eius et regnabit in domo iacob in eternum et regni eius non erit finis. Dixit autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. Et respondens angelus dixit ei. Spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum vocabitur filius dei. Et ecce elizabeth cognata tua et ipsa concepit filium in senectute sua. Et hic mensis est sextus illi que vocatur sterilis quia non erit impossibile apud deum

omne verbum. Dixit autem ma-
ria. Ecce ancilla domini. Fiat
michi secundum verbum tuum.
In mentibus nostris quesumus Secreta
domine vere fidei sacramenta con-
firma ut qui conceptum de vir-
gine deum verum et hominem
confitemur per eius salutifere re-
surrectionis potentiam. ad eternam
mereamur pervenire leticiam. per eundem. Prefatio
Eterne deus. Et te in annunciatione
Gratiam tuam domine Post communio
mentibus nostris infunde.
ut qui angelo nunciante christi
filii tui incarnationem cognovi-
mus. per passionem eius et crucem
ad resurrectionis gloriam perdu-
camur. per eundem. Ad vesperas
Deus qui hodierna die verbum
tuum beate marie virginis
alvo coadunare voluisti fac nos
quesumus ita conceptionis ipsius sacra-
menta peragere sacramenta pa-
gere ut tibi placere valeamus.
per eundem. Sanctorum tyburtii valeriani maximi.
Sancti tui domine. Exaltabo te. deus. Am.
Presta quesumus omnipotens Collecta
deus. ut qui sanctorum tuorum
tyburtii. valeriani. et maximi so-
lempnia colimus. eorum etiam
virtutes imitemur. per dominum. Epistola
Lingua sapientium. Evangelium
Hoc est preceptum meum. Secreta
Hec hostia quesumus domine quam
sanctorum tuorum natali-
cia recensentes offerimus et vin-
cula nostre pravitatis absolvat.
et tue nobis misericordie dona conciliet. per.
Sacro munere saciati Post communio
supplices te domine deprecamur.
ut quod debite servitutis celebra-
mus officio salvationis tue senci-
amus augmentum. per dominum. Georgii
Protexisti me deus. Exaudi deus. marti-
Deus qui nos beati georgii ris. Collecta
martiris tui meritis et interces-
sione letificas concede propitius. ut
qui eius beneficia poscimus dona
tue gratie consequamur. per dominum.
Epistola. Beatus vir qui invenit e.
Evangelium Nolite arbitrari quia vene-
rim pacem in. Secreta.
Munera domine oblata sanctifica
et intercedente beato georgio m-
artire tuo nos per hec a peccatorum
nostrorum maculis emunda. per.
Supplices te rogamus Post communio
omnipotens deus. ut quos tuis re-
ficis sacramentis. intercedente bea-
to georgio martire tuo tibi etiam pla-
citis moribus dignanter deservire
concedas. per dominum. Sancti regili
Statuit ei dominus. episcopi et confessoris Collecta
Deus qui populo tuo sanctum dedi-
sti regulum predicatorem concede
quesumus ut tanti pontificis intercessione
et tue pietatis defensione ab omnibus
ubique liberemur adversis. et tranquil-
la prosperitate in tua laude letemur.
per. Epistola Ecce sacerdos. Evangelium
Vigilate quia nescitis qua hora Offertorium
Hec oblatio domine quesumus beato regu- Secreta
lo intercedente pontifice nos
ab omnibus emundet peccatis et tota
virtute tuis faciat servire man-
datis. per dominum. Post communio.
Salutis nostre celi libantes
misteria precamur quesumus ut beati re-
guli pontificis tui nos domine semper
adiuvet oratio et tua nos semper

custodiat protectio. Per dominum.
Protexisti me domine. Marci euangeliste
Deus qui beatum marcum coll.
euangelistam tuum euan
gelice predicationis gratia sublimasti.
tribue quesumus eius nos semper et erudi
tione proficere. et oratione fulciri.
Per dominum. Lectio pauli apostoli ad ephesios.
Fratres: Unicuique nostrum data est
gratia secundum mensuram
donationis christi. Propter quod dicit.
Ascendens christus in altum captiuam
duxit captiuitatem dedit dona
hominibus. Quod autem ascendit
quid est nisi quia et descendit pri-
mum in inferiores partes terre.
Qui descendit ipse est et qui ascen
dit super omnes celos. ut adimpleret
omnia. Et ipse dedit quosdam
quidem apostolos quosdam autem
prophetas. Alios uero euangelistas.
alios autem pastores et doctores ad
consummationem sanctorum
in opus ministerii in edificationem
corporis christi. donec occurramus omnes
in unitatem fidei et agnitionis
filii dei. In uirum perfectum. in
mensuram etatis plenitudinis christi.
In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Sequentia sancti euangelii secundum iohannem.
Ego sum
uitis uera. et pater meus agricola
est. Omnem palmitem in me non
ferentem. tollet eum. Et omnem
qui fert fructum purgabit eum.
ut fructum plus afferat. Iam
uos mundi estis. propter sermonem
quem locutus sum uobis. Mane
te in me. et ego in uobis. Sicut
palmes non potest ferre fructum
a semet ipso nisi manserit in uite.
Sic nec uos nisi in me manseri-
tis. Ego sum uitis. uos palmites.
Qui manet in me. et ego in eo. hic
fert fructum multum. quia sine
me nichil potestis facere. Si quis in
me non manserit mittetur foras. sicut
palmes. et arescet. et colligent eum
et in ignem mittent et ardet. Si
manseritis in me et uerba mea in
uobis manserint. quodcumque uo
lueritis petetis et fiet uobis.
Beati marci Secreta.
euangeliste tui
solempnitate munera deferentes
quesumus domine ut sicut illum predicatio
euangelica fecit gloriosum. ita
nos eius intercessio et uerbo et ope
re tibi reddat acceptos. Per. Post communionem.
Pasti cibo spiritualis alimonie
quesumus domine deus noster. ut
quod celesti misterio frequentamus.
intercedente beato marco euange-
lista plena uirtute consequamur. Per.
Protexisti me deus. Vitalis martiris. coll.
Presta quesumus omnipotens deus ut interce-
dente beato uitale martire
tuo et a cunctis aduersitatibus
liberemur in corpore. et a prauis
cogitationibus mundemur in
mente. Per dominum. Ad philippenses.
Fratres: Vobis datum est pro
christo. non solum ut in
eum credatis. sed ut etiam pro illo
patiamini idem certamen haben-
tes. quale et uidistis in me. et
nunc audistis de me. Si qua ergo
consolatio in christo. si quod solatium
caritatis, si qua uiscera misera- si qua societas spiritus
tionis. implete gaudium meum. ut idem sapiatis
eandem caritatem habentes una-

unimes id ipsum sentientes. Nich[il] p[er] contentionem. neq[ue] per inanem gloriam. sed in humilitate invicem superiorem sibi invicem arbitrantes. Non que sua sunt considerantes: sed ea que aliorum. Evang[elium]

Ego sum vitis vera. [et] pater

Accepta sit in conspectu tuo. Secr[eta]

tuo domine nostre devotionis oblatio. et eius nobis fiat supplicatione salutaris. p[ro] cui[us] solempnitate defertur. P[er]. Post co[mmunionem]

Refecti participatione muneris sacri q[uesumu]s domine deus noster: ut cuius exequimur cultum. sentiamus effectum. P[er]. Ex(e)la[...]

Philippi [et] Iacobi ap[osto]lor[um]

Deus qui nos ann[u]a maneriunt...

annua apostolorum tuorum philippi et iacobi solempnitate letificas. p[rest]a q[uesumu]s ut quorum gaudemus meritis instruamur exemplis. P[er] dominum. Actuum

In diebus illis: Exurgens ap[osto]lor[um] princeps sacerdotum [et] omnes qui cum illo erant que est heresis saduceorum. repleti sunt zelo et iniecerunt manus in apostolos et posuerunt illos in custodia publica. Angelus autem d[omi]ni per noctem aperiens ianuas carceris: et educens eos dixit. Ite et stantes loquimini in templo plebi. omnia verba vite huius. Qui cum audissent intraverunt diluculo in templum: [et] docebant.

Sequitur Clare tex[tum]. Secundum iohannem.

In illo t[empore]: Dixit ih[esu]s discipulis suis. Non turbetur cor vestrum. Creditis in deum: et in me credite. In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Et si abiero [et] preparavero vobis locum: iterum venio [et] accipiam vos ad me ipsum. ut ubi sum ego et vos sitis. Et quo ego vado scitis: [et] viam scitis. Dicit ei thomas. Domine: nescimus quo vadis. Et quomodo possumus viam scire. Dicit ei ih[esu]s. Ego sum via. veritas. [et] vita. Et nemo venit ad patrem. nisi p[er] me. Si cognovissetis me: [et] patrem meum utiq[ue] cognovissetis. Et amodo cognoscetis eum [et] vidistis eum. Dicit ei philipp[us]. Domine ostende nobis patrem: [et] sufficit nobis. Dicit ei ih[esu]s. Tanto tempore vobiscum sum [et] non cognovistis me. Philippe: qui videt me. videt et patrem. Quomodo tu dicis ostende nobis patrem. Non credis quia ego in patre [et] pater in me est. Verba que ego loquor vobis a me ipso non loquor. Pater autem in me manens: ipse facit opera. Non creditis quia ego in patre. [et] pater in me est. Alioquin p[ro]pter opera ipsa credite. Amen am[en] dico vobis: q[ui] credit in me opera que ego facio [et] ipse faciet [et] maiora horum faciet. quia ad patrem vado. Et q[uo]dcumq[ue] petieritis patrem in nomine meo hoc faciam: ut glorificetur pater in filio. Si quid petieritis patrem in nomine meo. hoc faciam. Credo in unum. Secr[eta]

Munera domine que p[ro] apostolorum tuorum philipi [et] iacobi solep[nitate]

uitate deferimus propitius suscipe et mala omnia que meremur auerte. Per dominum. Psalmus

Te domine suppl. gr... post communionem

Quesumus domine salutaribus repleti misteriis ut quorum solempnia celebramus eorum orationibus adiuuemur. Per.

Nos autem gl. In inuentione sancte crucis. Collecta

Deus qui in preclara crucis salutifere inuentione passionis tue miracula suscitasti: concede ut uitalis ligni precio eterne uite suffragia consequamur. Per eundem. Ad galathas.

Fratres: Confido in uobis in domino: quod nichil aliud sapietis. Qui autem conturbat uos: portabit iudicium quicumque est ille. Ego autem fratres si circumcisionem adhuc predico: quid adhuc persequutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. Vtinam et abscidantur: qui uos conturbant. Vos enim in libertatem uocati estis fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis. Sed per caritatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in uno sermone impletur. Diliges proximum tuum: sicut te ipsum. Quod si inuicem mordetis et comeditis: uidete ne ab inuicem consumamini. Michi autem absit gloriari: nisi in cruce domini nostri ihesu christi. Per quem michi mundus crucifixus est et ego mundo. Sequentia Laudes crucis.

Euangelium Erat homo ex pharis[eis]

Require retro in annotino pasch.

Credo in unum. Secreta

Sacrificium domine quod immolamus intende placatus: ut ab omni nos exuat bellorum nequitia. et per uexillum sancte crucis filii tui ad conterendas potestatis aduerse insidias. nos in tue protectionis securitate constituat. Per eundem. Prefatio

Qui salutem humani generis. Repleti alimonia post communionem celesti et spiritali poculo recreati quesumus omnipotens deus: ut ab hoste maligno defendas quos per lignum sancte crucis filii tui armis iusticie pro salute mundi triumphare iussisti. Per eundem. Eodem die alexandri euentii et theodoli.

Exclamauerunt iusti. Benedictum.

Presta quesumus omnipotens deus: ut qui collecta sanctorum tuorum alexandri euentii et theodoli natalitia colimus. a cunctis malis imminentibus eorum intercessionibus liberemur. Per.

Epistola Reddet deus mercedem

Euangelium Hec mando uobis Secreta

Super has quesumus domine hostias benedictio copiosa descendat. que et sanctificationem nobis clementer operetur. et de martirum nostrorum solempnitate letificet. Per. post communionem

Refecti participatione muneris sacri quesumus domine deus noster: ut quorum exequimur cultum sentiamus effectum. Per. Iohannis apostoli et euangeliste ante portam latinam.

In medio ecclesie. Sicut in alia festiuitate.

Deus qui conspicis quia nos undique mala nostra

perturbant presta quaesumus ut beati iohannis
apostoli tui et euangeliste inter-
cessio gloriosa nos protegat. Per.
Epistola. Qui timet deum faciet
Euangelium. Dixit ihesus petro sequere
Credo in unum deum. Secreta.
Muneribus nostris quaesumus domine
precibusque susceptis et celestibus
nos munda mysteriis et clementer
exaudi. Per dominum. Te domine. Postcommunio
Refecti domine pane celesti ad ui-
tam quaesumus nutriamur eter-
nam. Per dominum. Sanctorum martirum
Sancti tui domine benedicent te. Gordiani
Presta quaesumus omnipotens deus. et epimachi
ut qui beatorum martirum
tuorum gordiani atque epimachi
sollempnia colimus eorum apud
te intercessionibus adiuuemur. Per.
Lingua sapientium. Epistola.
Nolite arbitrari et cetera. Euangelium.
Hostias tibi domine beatorum Secreta
martirum tuorum gordiani
atque epymachi dicatas meritis
benignus assume. et ad perpetuum
nobis tribue prouenire subsidium.
Per dominum nostrum. Postcommunio
Quaesumus omnipotens deus ut qui celestia
alimenta percepimus inter-
cedentibus sanctis tuis gordiano
atque epimacho per hec contra om-
nia aduersa muniamur. Per.
Nerei achillei et pancratii martirum
Ecce oculi domini et cetera. Collecta
Presta quaesumus omnipotens deus ut qui
sanctorum martirum tuorum
nerei achillei et pancratii natali-
tia colimus a cunctis malis
imminentibus eorum intercessio-
nibus liberemur. Per. Epistola.

Isti sunt qui in perpetuum uiuent
Euangelium. Ecce ego mitto uos.
Sanctorum tuorum domine nerei Secreta
achillei et pancratii tibi grata
confessio et munera nostra commendet.
et tuam nobis indulgentiam semper
imploret. Per dominum. Postcommunio
Quaesumus domine ut beatorum mar-
tirum tuorum nerei achillei
et pancratii deprecationibus sacra-
menta que sumpsimus ad tue no-
bis proficiant placationis augmentum. Per.
Concede quaesumus omnipotens deus. Marie ad
ad eorum nos gaudia martires
eterna pertingere de quorum
nos uirtute tribuis annua sol-
lempnitate gaudere. Per. Secreta.
Super has quaesumus domine hostias
benedictio copiosa descendat
que et sanctificationem nobis cle-
menter operetur. et de martirum
sollempnitate letificet. Per. Postcommunio
Supplices te rogamus omnipotens deus
ut quos tuis reficis sacramen-
tis. tibi etiam placitis moribus
dignanter deseruire concedas. Per.
Sacerdotes tui domine. Urbani pape
Da quaesumus omnipotens deus ut Collecta
beati urbani martiris tui
atque pontificis sollempnia colim-
us apud te intercessionibus
adiuuemur. Per dominum. Epistola.
Iustum deduxit dominus. Euangelium.
Vigilate quia nescitis qua hora
Hec hostia domine quaesumus Secreta
emundet nostra delicta et ad
sacrificium celebrandum tibi
subditorum corpora mentesque
sanctificet. Per dominum. Postcommunio
Refecti participatione muneris

sacri qs domine deus noster ut cuius
exequimur cultum sentiamus
effectum. p. Nichomedis martiris. coll.

Deus qui nos beati nichomedis
martiris tui meritis et inter-
cessione letificas concede propitius
ut qui eius beneficia poscimus do-
na tue gratie consequamur. p.

Munera domine oblata secr.
sanctifica et intercedente be-
ato nichomede martire tuo nos
per hec a peccatorum nostrorum maculis
emunda. p. dominum. post com.

Supplices te rogamus omnipotens
deus ut quos tuis reficis sa-
cramentis intercedente beato nicho-
mede martire tuo tibi etiam pla-
citis moribus dignanter deservi-
re concedas. p. Marcellini et petri

Clamaverunt iusti et do. ex. coll.

Deus qui nos annua beatorum
martirum tuorum marcellini
et petri solempnitate letificas presta quesumus
ut quorum gaudemus meritis pro-
vocemur exemplis. p. Epla.

Expectatio iustorum a domino. Euu.

Cum audieritis prelia. secr.

Hec hostia qs domine quam
sanctorum tuorum natalitia re-
censentes offerimus et vincula no-
stre pravitatis absoluat. et tue no-
bis misericordie dona conciliet. p.

Sacro munere satiati post com.
supplices te domine deprecamur
ut quod debite servitutis celebramus
officio intercedentibus sanctis tu-
is marcellino et petro salvationis
tue sentiamus augmentum. p.

Sapientiam iustorum. Primi et feliciani

Fac nos qs domine coll.

sanctorum tuorum primi et feliciani
semper festa sectari quorum suffragi-
is protectionis tue dona sentiamus.
p. dominum. Epla. Istri ip
petiui iuvient. Euuangl. Hoc est
preceptum meum. et cetera. Secr.

Fiat domine qs hostia sacran-
da placabilis preciosi celebritate
misterii. que et peccata nostra pu-
rificet et tuorum tibi vota conciliet
famulorum. p. dominum. post co.

Qs omnipotens deus ut sanctorum
tuorum celestibus misteriis celeb-
rata solempnitas indulgentiam nobis
tue propitiationis acquirat. p. Basilidis

Intret in conspectu. dis cirini naboris

Sanctorum basilidis coll.
cirini naboris et nazarii qs
domine nobis natalicia votiva res-
plendeant. et quod illis contulit excel-
lentia sempiterna fructibus nostre de-
votionis accrescat. p. d. e. Epla.

Benedictus deus et pater. Evan.

Attendite a fermento phariseorum.

Pro sanctorum basilidis secr.
cirini naboris et nazarii. sangui-
ne venerando hostias tibi domine
solempniter immolamus tua mira-
bilia pertractantes. per quem talis
est perfecta victoria. p. do. post co.

Semper domine sanctorum martirum
basilidis. cirini. naboris et
nazarii. sollempnia celebramus.
et eorum patrocinia sentiamus iugiter. p.

Sapientiam sanctorum. Natalis sanctorum marci et

Presta qs omnipotens deus marcelliani
ut qui sanctorum martirum coll.
tuorum marci et marcelliani natali-
cia colimus a cunctis malis imminen-
tibus eorum intercessionibus liberemur.
p.

Hij sunt uiri misericordie. Epla.
Hoc est preceptum meum. Eungl.
Munera domine tibi dicata Secr.
sanctifica. ⁊ intercedentibus
beato marco ⁊ marcelliano. per eadem
nos placatus intende. p. Post com.
Salutaris tui domine mune-
re satiati. supplices exoramus.
ut cuius letamur gustu renouemur
effectu. p. do. Geruasij ⁊ prothasij
Loquetur dominus pacem. coll.
Deus qui nos annua sanctorum
martirum geruasij et prothasij sol-
lempnitate letificas concede propicius
ut quorum gaudemus meritis accen-
damur exemplis. p. dominum. Epla
Sciimus quoniam diligentibus Eungl.
Egrediente ihesu de templo Secr.
Oblatis quesumus domine placare
muneribus ⁊ intercedentibus sanctis
tuis. a cunctis nos defende periculis.
p. dominum nostrum. Post com.
Hec nos communio domine
purget a crimine ⁊ intercedentibus
sanctis tuis geruasio ⁊ prothasio
celestis remedij faciat esse consortes. p.

In uigilia sancti iohannis baptiste

Ne timeat zacaria. Dne. l. uir. s. an.
Presta quesumus omnipotens deus ut coll.
familia tua per uiam salutis
incedat. ⁊ beati iohannis precursoris hor-
tamenta sectando ad eum quem
predixit secura perueniat. p. l. iere-
In diebus illis. Factum mie prophete
est uerbum domini ad me dicens.
Priusquam te formarem in utero
noui te. ⁊ antequam exires de vul-
ua sanctificaui te. ⁊ prophetam in gen-
tibus dedi te. Et dixi. Ha. ha. ha.
domine deus. ecce nescio loqui. quia
puer ego sum. Et dixit dominus
ad me. Noli dicere quia puer sum.
quoniam ad omnia que mittam te ibis.
⁊ uniuersa que mandauero tibi lo-
queris. Ne timeas a facie eorum. quia
ego tecum sum ⁊ eruam te dicit
dominus. Et misit dominus ma-
num suam ⁊ tetigit os meum. ⁊
dixit ad me. Ecce dedi uerba mea in
ore tuo. ecce constitui te super gentes ⁊
regna ut euellas et destruas. ⁊ disp-
das ⁊ dissipes. ⁊ edifices ⁊ plantes.
Ait dominus omnipotens. Inicium s.
Fuit in diebus e. secundum lucam.
herodis regis iudee sacerdos
quidam nomine zacarias de uice
abia ⁊ uxor illi de filiabus aaron
⁊ nomen eius elizabeth. Erant
autem iusti ambo ante deum.
incedentes in omnibus mandatis et
iustificationibus domini sine
querela. Et non erat illis filius
eo quod esset elizabeth sterilis ⁊ ambo
processissent in diebus suis. Factum
est autem cum sacerdotio funge-
retur zacharias in ordine uicis
sue ante deum. secundum consuetudi-
nem sacerdotij sorte exiit ut incen-
sum poneret ingressus in templum
domini. Et omnis multitudo populi
erat orans foris. hora incensi.
Apparuit autem illi angelus do-
mini. stans a dextris altaris incen-
si. Et zacharias turbatus est ui-
dens. et timor irruit super eum.
Ait autem ad eum angelus. Ne
timeas zacharia. quoniam exaudita est
oratio tua. Et uxor tua elizabeth
pariet tibi filium ⁊ uocabis no-
men eius iohannem. Et erit gaudium

tibi et exultatio. et multi in natiui
tate eius gaudebunt. Erit enim mag
nus coram domino. uinum et sice
ram non bibet. Et spiritu sancto reple
bitur adhuc ex utero matris sue. et
multos filiorum israel conuertet ad do
minum deum ipsorum. Et ipse precedet
eum in spiritu et uirtute helye ut con
uertat corda patrum in filios et incre
dulos ad prudentiam iustorum. Pa
rare domino plebem perfectam. Secreta.

Munera domine oblata sanctifica et
intercedente beato iohanne bap
tista nos per hec a peccatorum nostrorum macu
lis emunda. Per dominum. Post co.

Beati iohannis baptiste nos
domine preclara comitetur oratio
et quem uenturum esse predixit. poscat
nobis fore placatum. dominum nos
trum ihesum christum. Missa in mane

Iustus ut palma florebit. coll.

Concede quesumus omnipotens deus ut qui
beati iohannis baptiste sollemp
nia colimus eius apud te intercessio
ne muniamur. Per. L. ieremie

In diebus illis. Factum est prophe.
uerbum domini ad me dicens.
Tu ergo fili hominis accinge lum
bos tuos et surge. et loquere ad eos
omnia que precipio tibi. Ne formides
a facie eorum. nec enim timere te
faciam uultum eorum. Ego quippe
te dedi te hodie in ciuitatem muni
tam et in columpnam ferream. et in
murum ereum. super omnem terram
regibus iuda. et principibus eius.
et sacerdotibus eius. et populo terre.
Et bellabunt aduersum te et non
preualebunt. quia tecum ego sum.
ait dominus omnipotens. S. l. luca.

In illo tempore. Dixit zacharias ad an
gelum. Unde hoc sciam? Ego enim
sum senex. et uxor mea processit in
diebus suis. Et respondens angelus
dixit ei. Ego sum gabriel qui asto ante
deum. et missus sum loqui ad te. et
hec tibi euangelizare. Et ecce eris ta
cens et non poteris loqui usque in diem
quo hec fiant. pro eo quod non credidisti
uerbis meis. que implebuntur in
tempore suo. Et erat plebs expectans
zachariam. et mirabantur quod tar
daret ipse in templo. Egressus autem
non poterat loqui ad illos. Et cogno
uerunt quod uisionem uidisset in
templo. Et ipse erat innuens illis
et permansit mutus. Et factum est
ut impleti sunt dies officii eius.
abiit in domum suam. Post hos
autem dies. concepit elizabeth uxor
eius. et occultabat se mensibus quinque
dicens. Quia sic fecit michi dominus
in diebus quibus respexit auferre obprobrium meum inter homines. Secreta.

Munera domine ut supra.

Presta quesumus omnipotens deus ut post co.
qui celestia alimenta percepi
mus intercedente beato iohanne bap
tista per hec contra omnia aduersa
muniamur. Per do. In die.

De uentre matris mee. P. Bonum est. S. an.

Deus qui presentem diem coll.
honorabilem nobis in beati
iohannis natiuitate fecisti da po
pulis tuis spiritualium gratiam gau
diorum. et omnium fidelium men
tes dirige in uiam salutis eterne.
Per dominum. L. ysaie prophe.

Audite insule et attendite
populi de longe. Dominus ab

utero vocavit me. de ventre matris
mee recordatus est nominis mei.
Et posuit os meum quasi gladium
acutum: in umbra manus sue pro-
texit me. et posuit me sicut sagit-
tam electam. In pharetra sua ab-
scondit me. et dixit michi. Servus
meus es tu israel: quia in te gloria-
bor. Et nunc hec dicit dominus:
formans me ab utero servum sibi.
Dedi te in lucem gentium: ut sis
salus mea usque ad extremum terre.
Reges videbunt et consurgent
principes: et adorabunt dominum
deum tuum et sanctum israel: qui
elegit te. Secundum lucam

In illo tempore: Elizabeth i[mpletum est]
tempus pariendi: et pe[perit] filium.
Et audierunt vicini et cognati eius.
quia magnificavit dominus mi-
sericordiam suam cum illa: et
congratulabantur ei. Et factum est
in die octavo venerunt circumci-
dere puerum: et vocabant eum
nomine patris sui zachariam. Et
respondens mater eius dixit. Nequa-
quam sed vocabitur iohannes. Et
dixerunt ad illam. Quia nemo est
in cognatione tua: qui vocetur hoc
nomine. Innuebant autem patri eius
quem vellet vocari eum. Et postu-
lans pugillarem: scripsit dicens. Io-
hannes est nomen eius. Et mirati
sunt universi. Apertum est autem
illico os eius et lingua eius. et loque-
batur benedicens deum. Et factus est
timor super omnes vicinos eius. et
super omnia montana iudee divul-
gabantur omnia verba hec. Et po-
suerunt omnes qui audierant in
corde suo: dicentes. Quis putas puer
iste erit? Etenim manus domini
erat cum illo. Et zacharias pater eius
impletus est spiritu sancto: et prophetavit
dicens. Benedictus dominus deus
israel: quia visitavit et fecit redemp-
tionem plebis sue. Secreta.

Tua nos muneribus altaria
cumulamus illius nobis per
hec opem adesse poscentes. et nativi-
tatem honore debito celebrantes. qui
salvatorem mundi. et cecinit affu-
turum et adesse monstravit. dominum
nostrum ihesum christum. Post communio.

Sumat ecclesia tua deus beati
iohannis baptiste generatione
leticiam per quem sue regenerationis
cognovit auctorem. dominum
nostrum ihesum christum. Iohannis et pauli.
Multe tribulationes. Li. Collecta.

Quesumus omnipotens deus ut nos gemi-
nata leticia hodierne festivi-
tatis excipiat. que de beatorum iohannis
et pauli glorificatione procedit. quos
eadem fides et passio vere fecit esse
germanos. per. Sapientie.

Hii sunt viri misericordie quo-
rum iusticie oblivionem non
acceperunt. Cum semine eorum
permanent bona. hereditas sancta
nepotes eorum. Et in testamentis ste-
tit semen eorum et filii eorum propter
eos in eternum manent. Generatio
eorum et gloria eorum non derelinquetur.
Corpora eorum in pace sepulta sunt.
et nomina eorum vivent in
secula. Sapientiam eorum narra-
bunt omnes populi: et laudem eorum

[P]ercipiat omnis ecclesia sanctorum. Ev.

In illo tempore: Dixit ihc discipulis suis. Luca. Attendite a fermento phariseorum: quod est hypocrisis. Nichil enim opertum quod non reveletur: neque absconditum quod non sciatur. Quoniam que in tenebris dixistis in lumine dicentur. 7 quod in aure locuti estis in cubiculis: predicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidunt corpus 7 post hec non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis: quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis: hunc timete. Nonne quinque passeres veneunt dipondio. 7 unus ex illis non est in oblivione coram deo. Sed 7 capilli capitis vestri: omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis. Dico autem vobis: omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus: 7 filius hominis confitebitur illum: coram angelis dei. Secr.

Hostias tibi domine sanctorum martirum tuorum iohannis et pauli dicatas meritis benignus assume. 7 ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. Per. Post.

Sumpsimus domine sanctorum tuorum solempnia celebrantes celestia sacramenta. presta quesumus: ut quod temporaliter gerimus eternis gaudiis consequamur. Per. In vigilia. Dicit dominus petro. Oratio petri 7 pauli apostolorum. Coll.

Presta quesumus omnipotens deus: ut nullis nos permittas perturbationibus concuti quos in apostolice confessionis petra solidasti. Per.

In diebus illis: L. actuum apostolorum.

Petrus 7 iohannes ascendebant in templum ad horam orationis nonam. Et quidam vir qui erat claudus ex utero matris sue baiulabatur: quem ponebant cotidie ad portam templi que dicitur speciosa ut peteret elemosinam ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset petrum 7 iohannem incipientes introire in templum. rogabat ut elemosinam acciperet. Intuens autem in eum petrus: cum iohanne dixit. Respice in nos. At ille intendebat in eos: sperans se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit. Argentum et aurum non est michi quod autem habeo hoc tibi do. In nomine ihesu xpi nazareni surge 7 ambula. Et apprehensa manu eius dextra allevavit eum. 7 protinus consolidate sunt bases eius 7 plante. Et exiliens stetit: 7 ambulabat. Et intravit cum illis in templum: ambulans 7 exiliens 7 laudans deum. Et vidit omnis populus eum ambulantem: 7 laudantem deum. Cognoscebant autem illum: quia ipse erat qui ad elemosinam sedebat ad speciosam portam templi. Et impleti sunt stupore 7 extasi: in eo quod acciderat illi. Secundum iohannem.

In illo tempore: Dicit ihc petro. Symon iohannis diligis me plus his. Dicit ei etiam domine: tu scis quia amo te. Dicit ei. pasce agnos meos.

Feria .ii. dñe

Dicit ei iterum. Simon iohis diligis me. Ait illi. Tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon iohis amas me. Contristatus est petrus quia dixit ei tertio amas me. et dicit ei. Domine tu omnia scis. tu scis quia amo te. Dicit ei. Pasce oves meas. Amen amen dico tibi. cum esses iunior cingebas te. et ambulabas ubi volebas. Cum autem senueris extendes manus tuas. et alius te cinget et ducet quo tu non vis. Hoc autem dixit significans qua morte clarificaturus esset deum. Secreta

Munus populi tui qs domine apostolica intercessione sanctifica. nosque a peccatorum nostrorum maculis emunda. p. do. Post com

Quos celesti domine alimento satiasti apostolicis intercessionibus ab omni ~~nos~~ adversitate custodi. p dominum. Leonis pape et mart.

Deus qui beatum leonem pontificem coll. sanctorum tuorum meritis coequasti. concede propitius. ut qui commemorationis eius festa recolimus. vite quoque imitemur exempla. p. dominum. Secr.

Annue qs domine ut intercedente beato leone pontifice. hec nobis prosit oblatio quam immolando totius mundi tribuisti relaxari delicta. p. Post com

Deus qui animę famuli tui leonis eterne beatitudinis premia contulisti concede propitius ut qui peccatorum nostrorum pondere premimur. eius apud te precibus sublevemur. p. Missa

Nunc scio vere. In die.

Deus qui hodiernam diem coll. apostolorum tuorum petri et pauli martirio consecrasti. da ecclesie tue eorum in omnibus sequi preceptum. per quos religionis sumpsit exordium. p.

In diebus illis. L. actuum apostolorum.

Misit herodes rex manus. ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem iacobum fratrem iohis gladio. Videns autem quia placeret iudeis. apposuit ut apprehenderet et petrum. Erant autem dies azimorum. Quem cum apprehendisset misit in carcerem. tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum volens post pascha producere eum populo. Et petrus quidem servabatur in carcere. oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Cum autem producturus eum esset herodes. in ipsa nocte erat petrus dormiens inter duos milites vinctus cathenis duabus. et custodes ante hostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus domini astitit. et lumen refulsit in habitaculo carceris. percussoque latere petri. excitavit eum dicens. Surge velociter. Et ceciderunt cathene de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum. Precingere et calcia te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi. Circumda tibi vestimentum tuum. et sequere me. Et exiens sequebatur eum. et

nesciebat quia uerum est quod
fiebat per angelum. Estimabat autem
se uisum uidere. Transeuntes autem
primam et secundam custodiam.
uenerunt ad portam ferream que
ducit ad ciuitatem. que ultro a-
perta est eis. Et exeuntes processerunt
uicum unum. et continuo discessit
angelus ab eo. Et petrus ad se reuer-
sus dixit. Nunc scio uere quia mi-
sit dominus angelum suum. et
eripuit me de manu herodis et de
omni expectatione plebis iudeorum.

In illo tempore. Venit ihesus Secundum mat-
in partes cesaree philippi. et theum
interrogabat discipulos suos dicens.
Quem dicunt homines esse filium
hominis. At illi dixerunt. Alii io-
hannem baptistam. alii autem
elyam. Alii uero ieremiam. aut
unum ex prophetis. Dicit illis ihesus.
Vos autem quem me esse dicitis.
Respondens symon petrus. dixit.
Tu es christus. filius dei uiui. Respon-
dens autem ihesus. dixit ei. Beatus
es symon bariona quia caro et
sanguis non reuelauit tibi sed
pater meus qui est in celis. Et
ego dico tibi quia tu es petrus. et
super hanc petram edificabo ecclesiam
meam. Et porte inferi non preuale-
bunt aduersus eam. Et tibi da-
bo. claues regni celorum. Et quodcum-
que ligaueris super terram. erit li-
gatum et in celis. Et quodcumque
solueris super terram erit solu-
tum et in celis. Secreta

Hostias domine quas nomi-
ni tuo sacrandas offerimus
apostolica prosequatur oratio per quam
nos et expiari tribuis et defendi. per.

Te domine suppliciter exoramus. Prefatio

Quos celesti domine alimento Post
saciasti apostolicis intercessioni-
bus ab omni aduersitate custodi. per.

Oratio cum credo Coll.

Deus qui multitudinem gentium
beati pauli apostoli predicatione
docuisti da nobis quesumus ut cuius solemp-
nia colimus eius apud te patrocinia
sentiamus. per dominum. Ad galatas.

Fratres. Notum uobis facio
euangelium quod euan-
gelizatum est a me. quia non est
secundum hominem. Neque enim
ego ab homine accepi illud neque
didici. sed per reuelationem ihesu
christi. Audistis enim conuersationem
meam aliquando in iudaismo
quoniam supra modum persequebar ec-
clesiam dei. et expugnabam eam.
et proficiebam in iudaismo supra
multos coetaneos meos in genere meo
habundantius emulator existens
paternarum mearum traditionum.
Cum autem complacuit ei qui me
segregauit ex utero matris mee. et
uocauit per gratiam suam ut reue-
laret filium suum in me. ut
euangelizarem illum in gentibus.
continuo non acquieui carni et
sanguini. neque ueni iherosolima
ad antecessores meos apostolos. sed
abii in arabyam. et iterum reuer-
sus sum damascum. Deinde post
annos tres ueni iherosolimam ui-
dere petrum. et mansi apud eum
diebus quindecim. Alium autem
apostolorum uidi neminem. nisi
iacobum fratrem domini. Que

autem scribo nobis. ecce coram deo
quia non mentior. Euangelium.
Ecce nos reliquimus omnia. Re
quire i conversione sci pauli. Secr.
Ecclesie tue qs domine preces et
hostias apostolica commendet
oratio ut quod pro illorum celebra
mus gloria nobis psit ad veniam
p. Prefatio Te dne suppliciter
Perceptis domine sacramentis post
beatis apostolis intervenienti
bus deprecamur ut que pro illorum
celebrata sunt gloria. nobis pficiant
ad medelam. p. Processi et martiniani
Ds qui nos scorum tuorum Ant. coll.
processi et martiniani confessio
nibus gloriosis circumdas et protegis:
da nobis et eorum imitatione pfi
cere et intercessione gaudere. p.
Epla Justi in perpetuum vivent
Euu. Sedente ihu sup mon
tem oliveti accesserunt. Secr.
Suscipe domine preces et munera
que ut tuo sint digna conspec
tui. sanctorum tuorum precibus ad
iuvemur. p. dominum. post com.
Corporis sacri et preciosi sanguinis
repleti libamine qs domine
deus noster ut quod pia devotione ge
rimus certa redemptione capiamus.
p. dominum. In transl sci martini
Statuit ei dominus testamentum ui coll.
Ds qui populo tuo eterne salutis
beatum martinum ministrum
tribuisti tribue qs ut quem docto
rem vite habuimus in terris inter
cessorem semper habere mereamur in
celis. p. [illegible] Plures sci sunt.
facerdo. [illegible] Homo quidam
peregre et cetera. [illegible]

Omps sempiterne deus munera
tue maiestati oblata pro intercessio
nem beati confessoris tui martini
atque pontificis. ad perpetuam fac no
bis pficere salutem. p. post com.
Sacramenta salutis nostre sus
cipientes concede misericors deus
ut beati martini confessoris tui atque
pontificis nos ubique adiuvet oratio
in cuius veneratione hec tue opti
limus maiestati. p. In octab petri et
Iusti in conspectu tuo. pauli. coll.
Ds cuius dextera beatum petrum
ambulantem in fluctibus ne mer
geretur erexit et coapostolum eius paulum
tercio naufragantem de pfundo pe
lagi liberavit. exaudi nos ppitius
et concede ut amborum meritis eter
nitatis gloriam consequamur. Qui vivis.
Ns. Deus ad galathas.
Fratres Personam hominis non accepit.
Michi enim qui videbantur esse aliquid.
nichil contulerunt. Sed e contra cum
vidissent quod creditum est michi
euuangelium preputii. sicut et petro
circumcisionis. qui enim operatus est
petro in apostolatum circumcisio
nis operatus est et michi inter gentes.
Et cum cognovissent gratiam que
data est michi. iacobus et cephas
et iohannes qui videbantur esse co
lumpne dextras dederunt michi
et barnabe societatis. ut nos in
gentes. ipsi autem in circumcisio
nem. tantum ut pauperum memo
res essemus. Quod etiam sollicitus
fui id ipsum facere. In xpo ihu do
mino nro. [illegible]
In illo tempore. Iussit ihc disci
pulos suos ascendere i naviculam:

7 p̄cedere eum transfretum donec
dimitteret turbas. Et dimissa tur-
ba ascendit in montem solus ora-
re. Vespe autem facto: solus erat ibi.
Navicula autem: in medio mari iac-
tabatur fluctib;. Erat autem ventus
contrarius. Quarta autem vigilia
noctis venit ad eos ambulans sup
mare. Et videntes eum supra ma-
re ambulantem: turbati sunt
dicentes quia fantasma est. Et
p̄ timore clamaverunt. Statimq;
ih̄c locutus est eis dicens. Habete
fiduciam. Ego sum: nolite timere.
Respondens autem petrus. dixit. Do-
mine si tu es: iube me venire ad
te sup aquas. At ipse ait. Veni.
Et descendens petrus de navicula:
ambulabat sup aquas ut veni-
ret ad ih̄m. Videns vero ventum
validum venientem timuit. Et
cum cepisset mergi clamavit
dicens. Domine salvum me fac. Et
continuo extendens ih̄c manum:
apprehendit eum. Et ait illi.
Modice fidei. quare dubitasti. Et
cum ascendissent in naviculam:
cessavit ventus. Qui autem in
navicula erant: venerunt et
adoraverunt eum dicentes. Vere
filius dei es. Credo in unum dm̄.

Offerimus tibi domine. Secr.
p̄ces et munera que ut tuo
sint digna conspectu. apostolo⁊
tuo⁊ q̄s precibus adiuvemur.
p. dominum nr̄m ih̄m xp̄m.
Te domine suppliciter exo⁊. Pfat.
Protege domine pp̄lm tuū
7 apostolorum tuorum patroci-
nio confidentem. ppetua defensio-
ne conserva. p. Septem dormi-
Laudate pueri dominum. entiū. Coll.
Presta q̄s omp̄s deus. ut qui
gloriosos martires fortes in
sua confessione cognovimus. pios
apud te in nr̄a intercessione senci-
amus. p. Epla. Rememoramini
pristinos d. 7 cetera. Sc̄dm mathm̄.
In illo tp̄e: loquente ih̄u ad turbas:
ecce mater eius 7 fratres stabant
foris. querentes loqui ei. Dixit autē
ei quidam. Ecce mater tua 7 fra-
tres tui foris stant: querentes te.
At ipse respondens dicenti sibi ait.
Que est mater mea. 7 qui sunt
fratres mei. Et extendens manum
in discipulos suos. dixit. Ecce ma-
ter mea 7 fratres mei. Quicumq;
enim fecerit voluntatem patris mei
qui in celis est: ipse meus frater 7
soror 7 mater est. Secr.

Sacrificium p̄sentibus domine
q̄s intende placatus. 7 interce-
dentibus sanctis tuis devotioni
nostre p̄ficiant 7 saluti. p. Post co.
Q̄s omp̄s deus: ut illius sa-
lutaris capiamus effectum cui
p hec misteria pignus accepimus.
p. dominum. Benedicti Abbatis
Os iusti meditabitur sapientiam. Coll.
Intercessio nos q̄s domine beati be-
nedicti abb̄ c̄. Epla. Dedit dn̄s
confessionem. Evang. Ecce nos re-
linquimus omnia. Secr. Sacris al-
taribus domine host. Post. Prote-
gat nos q̄s domine. Praxedis V.
Loquebar de testimoniis. Virginis. Coll.
Da q̄s omp̄s deus ut qui bea-
te praxedis virginis tue na-
talicia colimus, sollempnitate leta-
ficā annua

mur. sic tante fidei illius proficiamus
proficiamus exemplo. per. Epist.
Sapientia vincit malitiam et c.
Evang. Simile est regnum c. t.
Suscipe domine quesumus ob honorem Secr.
beate praxedis martiris tue
munus oblatum: ut quod nostris
meritis assequi non valemus eius
suffragantibus meritis largire propi-
tius. per dominum. Post com.
Prosit plebi tue omnipotens deus
beate praxedis martiris tue ve-
neranda solempnitas. ut cuius gau-
det honoribus protegatur auxiliis.
per dominum nostrum. De sancta ma-
Gaudeamus omnes in domino. ria magdal.
Largire nobis clementissime Coll.
pater quo sicut beata maria
magdalene dominum nostrum ihesum christum
super omnia diligendo suorum opti-
nuit veniam peccatorum. ita nobis
apud tuam misericordiam. sempiter-
nam impetret beatitudinem. per eundem.
Mulierem fortem Lectio li. sapi-
quis inveniet. Procul entie.
et de ultimis finibus precium eius. Confidit
in ea cor viri sui: et spoliis non indi-
gebit. Reddet ei bonum et non malum
omnibus diebus vite sue. Quesivit lanam
et linum: et operata est consilio manu-
um suarum. Facta est quasi navis
institoris: de longe portans panem su-
um. Et de nocte surrexit: deditque
predam domesticis suis et cibaria an-
cillis suis. Consideravit agrum et
emit eum: de fructu manuum su-
arum plantavit vineam. Accinxit
fortitudine lumbos suos: et robora-
vit brachium suum. Gustavit et
vidit quia bona est negotiatio
eius: non extinguetur in nocte lucerna
eius. Manum suam misit ad fortia:
et digiti illius apprehenderunt fusum.
Manum suam aperuit inopi: et
palmas suas extendit ad pauperes.
Non timebit domui sue a frigoribus
nivis: omnes enim domestici eius
vestiti duplicibus. Stragulatam
vestem fecit sibi: bissus et purpura
indumentum eius. Nobilis in portis
vir eius: quando sederit cum senato-
ribus terre. Syndonem fecit et ven-
didit: et cingulum tradidit cananeo.
Fortitudo et decor indumentum eius.
et ridebit in die novissimo. Os suum
aperuit sapientie: et lex clementie in
lingua eius. Consideravit semitas
domus sue: et panem otiosa non
comedit. Surrexerunt filii eius et
beatissimam predicaverunt. vir eius
et laudavit eam. Multe filie congre-
gaverunt divitias: tu supergressa es
universas. Fallax gratia: et vana
est pulchritudo. Mulier timens dominum:
ipsa laudabitur. Date ei de fruc-
tu manuum suarum: et laudent
eam: in portis opera eius. Secundum
In illo tempore: Rogabat lucam.
ihesum quidam phariseus ut man-
ducaret cum illo. Et ingressus do-
mum pharisei: discubuit. Et ecce
mulier que erat in civitate pecca-
trix: ut cognovit quod accubuit
in domo pharisei: attulit alabau-
strum unguenti. Et stans retro
secus pedes eius, et capillis capitis
suis tergebat. et osculabatur pedes
eius et unguento ungebat. Vi-
dens autem phariseus qui voca-
verat eum: ait intra se dicens. Hic
si esset propheta: sciret utique que et qualis est
mulier que tangit eum: quia peccatrix est.

lacrimis cepit rigare pedes eius.

Et respondens ihc dixit ad illum.
Symon habeo aliquid tibi dicere.
At ille ait. Magister dic. Duo debi-
tores erant cuidam feneratori. unus
debebat denarios quingentos et alius
quinquaginta. Non habentibus
illis unde redderent donauit utrisque.
Quis ergo eum plus diligit. Res-
pondit simon et dixit. Estimo.
quia. quia is cui plus donauit.
At ille dixit. Recte iudicasti. Et
conuersus ad mulierem dixit sy-
moni. Uides hanc mulierem. In-
traui in domum tuam. aquam
pedibus meis non dedisti. Hec au-
tem lacrimis rigauit pedes meos et
capillis suis tersit. Osculum mi-
chi non dedisti. Hec autem ex quo
intraui non cessauit osculari pedes
meos. Oleo caput meum non unxi-
sti. Hec autem unguento unxit
pedes meos. Propter quod dico tibi.
remittuntur ei peccata multa. quoniam
dilexit multum. Cui autem mi-
nus dimittitur. minus diligit.
Dixit autem ad illam dominus.
Remittuntur tibi peccata tua. Et
ceperunt qui simul discumbebant.
dicere intra se. Quis est hic qui
etiam peccata dimittit. Dixit au-
tem ad mulierem. Fides tua te
saluam fecit. uade in pace. Secretum

Salutaris hostie munus
domine diuinis satiandis
misteriis beata maria magdale-
ne patrocinante nostrorum excipiat
rubiginem uitiorum ut, conspi-
cionis gratiam et pietatis opera conse-
qui mereamur. Per. Post communionem

Sanctificent nos quesumus domine
et muniat intercedente beata maria
magdalene diuini muneris sacra
libamina et celestium uirtutum
coheredes efficiant. Per. dominum.

Sacerdotes dei benedicite. Apolinaris marti-
ris.

Sancti apolinaris domine
confessio recensita conferat et
nobis pie deuotionis augmentum.
qui in tuo nomine perseuerans me-
ruit honorari. Per. Epistola. Dilectus
deo et hominibus. Euangelium. Homo qui-
dam peregre et cetera. Secretum.

Hostias tibi domine pro commemo-
ratione sancti apolinaris of-
ferimus quem a tui corporis uni-
tate nulla temptatio separauit. Per.

Refecti cibo potuque celesti. Post communionem
deus noster te supplices exo-
ramus ut in cuius hec commemora-
tione percepimus eius muniamur
et precibus. Per dominum nostrum ihesum.

Michi autem nimis. Iacobi apostoli. Collecta.

Esto domine plebi tue sanctifi-
cator et custos. ut apostoli tui
iacobi munita presidiis et conuer-
satione tibi placeat et secura deser-
uiat. Per. Epistola. Iam non estis.

In illo tempore. Secundum matheum.
Accessit ad ihesum mater filiorum
zebedei cum filiis suis, adorans et pe-
tens aliquid ab eo. Qui dixit eis.
Quid uis. Ait illi. Dic ut sedeant
hii duo filii mei. unus ad dexte-
ram tuam et unus ad sinistram
in regno tuo. Respondens autem
ihesus dixit. Nescitis quid petatis.
Potestis bibere calicem quem ego
bibiturus sum. Dicunt ei. Pos-
sumus. Ait illis. Calicem quidem
meum bibetis. sedere autem ad

dexteram meam et ad sinistram non est meum dare vobis sed quibus paratum est a patre meo.

Credo in unum deum et cetera. Secreta.

Oblationes populi tui domine quesumus beati iacobi apostoli tui passio beata conciliet ut que nostris non apta sunt meritis fiant tibi placita eius deprecatione. Per dominum. Post.

Prefatio. Te domine suppliciter exorare et cetera. Communio.

Beati apostoli tui iacobi in cuius hodie festivitate corpore et sanguine tuo nos refecisti quesumus domine eius intercessione nos adiuva pro cuius sollempnitate percepimus tua sacramenta letantes. Qui cum patre.

Sancti felicis martiris. Collecta.

Sacerdotes eius.

Infirmitatem nostram respice omnipotens deus et quia pondus proprie actionis gravat beati felicis martiris tui intercessio gloriosa nos protegat. Per. Simplicii. Faustini.

Presta quesumus domine deus noster ut sicut populus christianus martirum tuorum simplicii faustini et beatricis temporali sollempnitate congaudet ita perfruatur eterna et quod votis celebrat comprehendat effectu. Per. Epistola. Rememoramini pristinos dies. Secundum matheum.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis. Amen amen dico vobis quia plorabitis et flebitis vos mundus autem gaudebit. Vos autem contristabimini sed tristicia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit tristiciam habet quia venit hora eius. Cum autem pepererit puerum iam non meminit pressure propter gaudium quia natus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristiciam habetis. Iterum autem videbo vos et gaudebit cor vestrum. Et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Secreta.

Accepta sit in conspectu tuo domine nostre devotionis oblatio et eius nobis fiat supplicatione salutaris pro cuius sollempnitate defertur. Per. Post. Secreta.

Hostias tibi domine pro sanctorum martirum tuorum simplicii faustini et beatricis commemoratione deferimus suppliciter exorantes ut et indulgentiam nobis pariter conferant et salutem. Per dominum. Post communio.

Spiritum nobis domine tue caritatis infunde ut quos uno celesti pane saciasti intercedente beato felice martire tuo tua facias pietate concordes. Per.

Presta quesumus omnipotens deus ut sanctorum tuorum simplicii faustini et beatricis celestibus misteriis celebrata sollempnitas indulgentiam nobis tue propitiationis acquirat. Per. Post communio.

Intret in conspectu. Abdon et sennes.

Deus qui sanctis tuis abdon et sennen ad hanc gloriam veniendi copiosum munus gratie contulisti da famulis tuis suorum veniam peccatorum ut sanctorum tuorum intercedentibus meritis ab omnibus adversitatibus liberari mereantur. Per. Epistola. Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi.

Evangelium. Hoc est preceptum meum.

Hec hostia domine quesumus quam in sanctorum tuorum natalitiis recensentes offerimus et vincula nostre pravitatis absolvat et tue nobis misericordie dona conciliet. Per. Secreta. Post.

Per huius domine operationem misterii et vitia nostra purgentur et intercedentibus sanctis

tuis · et iusta desideria compleantur · p.
Deus qui Germani epi et c.
hodiernam diem sacratissimam
nobis beati germani confessoris tui atque
pontificis sollempnitate tribuisti · adesto
propicius ecclesie tue precibus ut cuius gloriatur
meritis · muniatur suffragiis · p. Sec.
Sacrificium tibi domine laudis
offerimus pro sancti celebritate ger-
mani pontificis · ut propiciationem tuam
quam nostris operibus non meremur pii
suffragatoris intercessionibus assequamur · p.
Tua sancta sumentes qs post co.
domine deus noster · ut beati ger-
mani confessoris tui · atque pontificis
nos foveant continuata presidia · p.
Nunc scio vere. Ad uincula sci petri
Deus qui beatum petrum coll.
apostolum a vinculis absolutum
illesum abire fecisti · nostrorum qs absol-
ue uincula peccatorum · et omnia
mala a nobis propiciatus exclude · p.
Epistol. Misit herodes rex manus.
~~Require in passione eius.~~ Ewngl.
Venit ihc in partes cesaree philippi.
Oblatum tibi domine sec.
sacrificium uiuificet nos semper
et muniat · p. Pfac. Te domine
suppliciter exoramus —— post co.
Corporis sacri et preciosi sanguinis
repleti libamine qs domine
deus noster · ut quod pia devotione geri-
mus certa redemptione capiamus · p.
Fraterna nos do- Scor machabeor.
mine martirum martir.
tuorum corona letificet · que et fidei
nostre prebeat incrementa virtutum ·
et multiplici nos suffragio consoletur.
p. dominum nostrum ihm. Sec.
Iterata misteria domine pro sanctorum
martirum tuorum ~~pre~~ commemo-
ratione devota mente ~~tradentes~~.
quibus nobis et presidium crescit et
gaudium · p. dominum. post com.
Presta qs omnipotens deus · ut quorum
memoriam sacramenti par-
ticipatione recolimus · fidem quoque
proficiendo sectemur · p. domin. Stepha
Iustus ut palma. ni pp et martir.
Deus qui nos beati stephani
martiris tui atque pontificis
annua sollempnitate letificas concede
propicius · ut cuius natalicia colimus ·
de eiusdem protectione gaudeamus · p.
Epistol. Omnis pontifex Ewn.
Homo quidam nobilis et ~~cetera~~
Munera tibi domine dicata Secr.
sanctifica et intercedente beato
stephano martire tuo atque pontifice
per eadem nos placatus intende · p.
Hec nos communio domine post
purget a crimine · et intercedente
te beato stephano martire tuo atque pon-
tifice celestis remedii faciat esse consortes
p. In inventione corporis s. stephani
Gaudeamus omnes in domino. [interlinear: Scdi uitae de chri iudicione] et gamalielis.
Deus qui es scorum tuorum coll.
splendor mirabilis quique hodi-
erna die beati martiris tui stephani ·
nichodemi · Gamalielis atque abibon ·
inventionem gloriosam revelasti ·
da nobis in eterna leticia de eorum
societate gaudere · p. Epla. Hii
sunt viri misericordie. Ewngelium
Ecce ego mitto ad vos. ~~Require in
festiuitate s. Steph.~~ Secr.
Munera domine nostre devotionis
tibi offerimus · que et pro tuorum
tibi grata sint honore sanctorum et
nobis salutaria te miserante reddantur · p.

Sumpsimus domine sanctorum martyrum tuorum · post co[m].
stantii · stephani · nichodemi
gamalielis · atque abibon · sollempnia
celebrantes sacramenta celestia praesta quaesumus
ut quod temporaliter gerimus eorum
precibus adiuti eternis gaudiis consequa-
mur · per. De s[ancto] stephano prothomartyre ·
Et enim sederunt · Totum officium sicut in aliis festis.
Da nobis domine deus beati coll.
stephani prothomartyris intercessio-
ne adiuvari ut qui pro suis exoravit
lapidatoribus pro sicut intercedere digne-
veneratoribus · per. Epistola. Stephanus
plenus gratia et fortitudine · Evangelium · Ecce ego
mitto ad vos pro et cetera · Secreta ·
Suscipe domine munera pro tuorum
commemoratione sanctorum
ut quia illos passio gloriosa effecit et
innocentes nos devotio reddat innocuos
per · dominum nostrum ihesum · post co[m].
Auxilientur nobis domine sump-
ta misteria et intercedente beato
stephano prothomartyre tuo sempiterna
protectione confirment · per. Sixti feli-
Salus autem iustorum · cissimi et agapiti · mar[tyrum].
Deus qui conspicis quia coll.
ex nulla nostra virtute subsistimus
concede propitius ut intercessione beati
sixti martyris tui atque pontificis contra
omnia adversa muniamur · per. Ad m[issam].
Deus qui nos concedis sanctorum mar-
tyrum tuorum felicissimi · et
agapiti natalitia colere da nobis in
eterna letitia de eorum societate gau-
dere per · dominum. Epistola. Benedictus
deus et pater domini. Evangelium. Ecce ego
mitto vos sicut et cetera · Secreta
Sacrificiis presentibus domine quaesumus
intende placatus ut et devoti-
oni nostre proficiant et saluti · per. Secreta

Munera domine tue devotionis
offerimus · que et pro tuorum tibi grata
sint honore sanctorum · et nobis salutaria
te miserante reddantur · per. Infra actionem.
Istra quorum nos consortium non estima-
tor meriti sed venie quaesumus largitor admit-
te · per christum dominum. Benedictio uve.
Benedic domine et hos fructus
novos uve quos tu domine
rore celesti et inundatione pluviarum ·
et temporum serenitate atque tranquil-
litate ad maturitatem perducere dignatus
es · et dedisti eos ad usus nostros cum
gratiarum actione percipere · In nomine
domini nostri ihesu christi · Per quem hec
omnia domine semper. post com.
Presta quaesumus domine deus noster ut
cuius nobis festivitate votiva
sunt sacramenta · eius salutaria nobis
intercessione reddantur · per. Alia
Presta nobis domine quaesumus intercede-
dentibus sanctis tuis felicissi-
mo et agapito · ut que ore contingimus
pura mente capiamus · per. Donati episcopi
Deus tuorum gloria sa- et martyris · coll.
cerdotum presta quaesumus ut sancti
martyris tui et episcopi donati · cuius
festa celebramus sentiamus auxilium · per.
Presta quaesumus domine ut sancti Secreta
martyris tui et episcopi donati · inter-
cessio veneranda munera nostra com-
mendet · et per hec devotionis nobis fruc-
tus accrescat per dominum · post com.
Omnipotens et misericors deus qui nos
sacramentorum tuorum et
participes efficis et ministros · presta quaesumus
ut intercedente beato martyre tuo atque
pontifice donato · et fidei proficiamus
augmento · et beatitudinis iungamur
consortio · per · dominum · Cyriaci sociorumque eius.

Timete dnm̄. o. coll.
Ds qui nos annua beati cyriaci
martiris tui sociorumq; eius sol
lempnitate letificas concede ꝓpitius ut
quorum natalitia colimus uirtutem
quoq; passionis imitemur. p. Epla.
Reddet deus mercedem. Ewngl. Cum
audieritis ꝓlia. 7 seditiones. Secr.
Accepta sit in conspectu tuo domine
nr̄e deuotionis oblatio 7 eorū nobis
fiat supplicatione salutaris ꝓ quorum
sollempnitate defertur. p. dominū. post
Refecti participatione muneris sa
cri qs domine deus nr̄ ut quorum
exequimur cultum sentiamus effectum. p.
Dispsit dedit. p. In vigilia sci laurentij
Adesto domine martiris. coll.
supplicationib; nr̄is. 7 intercessio
ne beati laurentij mris tui ꝑpetuam
nobis misericordiam benignus impende. p.
Confitebor tibi Sapientie.
domine rex. 7 collaudabo te dm̄
saluatorem meum. Confitebor nomini
tuo. qm̄ adiutor 7 protector factus es
michi. 7 liberasti corpus meum a perditio
ne. A laqueo lingue inique. 7 a labijs
operantium mendatium. Et i ɔspcu
astantium factus es michi adiutor. et
liberasti me sedm̄ multitudinem misericordie no
minis tui. a rugientibus preparatis
ad escam. de manibus querentium a
nimam meam. 7 de multis tribulatio
nibus. Et a pssura flamme que circū
dedit me. 7 in medio ignis non sum
estuatus. De altitudine uentris infe
ri. 7 a lingua coinquinata. 7 a uerbo
mendatij. A rege iniquo. 7 a lingua
iniusta. liberasti me. Laudabit usq;
ad mortem anima mea dominum. et
uita mea appropinquans erat in

inferium deorsum. Circumdederunt
me undiq; 7 non erat qui adiuua
ret. Respiciens eram ad adiutoriū
meum. 7 non erat. Memoratus sū
misericordie tue domine. 7 operationis
tue que a seculo sunt. qm̄ eruis susti
nentes te. Et liberas eos de manu an
gustie. domine deus noster.
Ewangl. Siquis uult post me. u.
Hostias domine quas tibi offerimus Secr.
ꝓpitius suscipe. 7 intercedente beato
laurentio martire tuo uincula pccoꝝ
nr̄oꝝ absolue. p. dominum. post com.
Da qs domine deus nr̄. ut sicut
beati laurentij martiris tui com
memoratione temporali ~~gratulamur~~
gratulamur offitio. ita ꝑpetuo letemur
aspectu. p. dominum nostrum. Alia
Excita domine in ecclia tua missa
spm̄ cui beatus laurentius leuita
seruiuit. ut eodem nos replente stude
amus amare quod amauit. 7 opere
exercere quod docuit. p. eiusdem. Secr.
Sacrificium nr̄m tibi domine qs
beati laurentij ꝓcatio sancta con
ciliet. ut cui honore sollempniter ex
betur meritis efficiatur acceptum. p.
Supplices te rogamus omps post
deus. ut quos donis celestibus
satiasti. intercedente beato laurentio
mre tuo ꝑpetua ptectione custodias. p.
Confessio 7 pulcritudo. in ɔspu. In die.
Da nobis qs omps deus coll.
uitiorum nr̄oꝝ flammas exti
guere qui beato laurentio tribuisti
tormentorum suoꝝ incendia supare. p.
Frs. Qui parce se Ad corinthi
minat parce et metet. Et os
qui seminat in benedictionib; de bndic
tionib; 7 metet. Unusquisq; prout

destinauit in corde suo non ex tristi-
cia aut ex necessitate. Hilarem enim
datorem diligit deus. Potens est autem
tem deus omnem gratiam habundare
facere in nobis. ut in omnibus semper
omnem sufficientiam habentes. ha-
bundetis in omne opus bonum. sicut
scriptum est. Dispersit dedit pauperibus
iusticia eius manet in seculum seculi. Qui
autem administrat semen seminanti.
et panem ad manducandum prestabit.
Et multiplicabit semen uestrum et auge-
bit incrementa frugum iusticie uestre.
Sequitur Stola iocunditatis. Evangelium.
Nisi granum frumenti. Secreta.
Accipe quesumus domine munera dignan-
ter oblata et beati laurentii suf-
fragantibus meritis. ad nostre salutis
auxilium prouenire concede. per. Post com.
Sacro munere satiati supplices
te domine deprecamur ut quod
debite seruitutis celebramus officio
intercedente beato laurentio saluati-
onis tue sentiamus augmentum. per.
Deus cuius caritatis ardore. Ad vesperas.
beatus laurentius edaces incen-
dii flammas contempto persecutore deuin-
cit concede ut omnes qui martirii eius
merita ueneramur protectionis tue
auxilio muniamur. per.
Iustus ut palma. Tyburcii martiris.
Beati tiburcii nos domine collecta.
foueant continuata presidia.
quia non desinis propitius intueri quos
talibus auxiliis concesseris adiuua-
ri. per dominum nostrum. Epistola.
Iustus si morte preoccupatus. Evangelium.
Noli arbitrari et cetera. Secreta.
Adesto domine precibus populi tui.
adesto muneribus ut que sacrata
sunt oblata misteriis tuorum tibi
placeant intercessione sanctorum. per.

Sumpsimus domine post com.
pignus redemptionis eterne
sit nobis quesumus interueniente beato ti-
burtio martire tuo uite presentis au-
xilium pariter et future. per. Ypoliti
Iusti epulentur in conspectu. sociorumque eius martirum.
Da nobis quesumus omnipotens deus. collecta.
ut beati ypoliti martiris tui
sociorumque eius ueneranda solemp-
nitas et deuotionem nobis augeat et
salutem. per. Epistola. Iustorum
anime in manu dei sunt. Evangelium.
Attendite a fermento phariseorum. Secreta.
Respice domine munera populi tui
sanctorum tuorum festiuitate uotiua. ut
tue testificatio ueritatis nobis proficiat
ad salutem per dominum. Post com.
Sacramentorum tuorum domine
communio sumpta nos saluet
et in tue ueritatis luce confirmet. per.
Deus qui nos beati eusebii. Eusebii
confessoris tui annua sol- oratio
lempnitate letificas concede propitius.
ut cuius natalitia colimus per eius
ad te exempla gradiamur. per. Secreta.
Laudis tue domine hostias
immolamus in tuorum comme-
moratione sanctorum quibus nos et
presentibus exui malis confidimus et
futuris. per dominum. Post com.
Refecti cibo potuque celesti deus
noster te supplices exoramus ut in
cuius hec commemoratione percepi-
mus eius muniamur et precibus. per. In
uigilia assumptionis beate marie.
Salue sancta parens. Post partum.
Deus qui uirginalem aulam
beate marie in qua habitares
eligere dignatus es. da quesumus ut sua
defensione munitos iocundos nos faciat
sue interesse festiuitati.
Qui uiuis et regnas.

Ab initio et ante .l. l. sapien.
secula creata sum: et usque
ad futurum seculum non desinam
et in habitatione sancta coram ipso
ministraui. Et sic in syon firmata
sum: et in ciuitate sanctificata simi-
liter requieui et in ierusalem potestas
mea. Et radicaui in populo honorifi-
cato: et in partes dei mei hereditas
illius. Et in plenitudine sanctorum
detentio mea. Secundum lucam.
In illo tempore. Loquente ihesu ad turbas:
extollens uocem quedam mulier de
turba dixit illi. Beatus uenter qui
te portauit: et ubera que suxisti. At
ille dixit. Quinimmo: beati qui au-
diunt uerbum dei et custodiunt illud.
Munera nostra domine Secreta.
apud clementiam tuam dei ge-
nitricis commendet oratio quam ideo
de presenti seculo transtulisti ut pro
peccatis nostris apud te fiducialiter interce-
dat. per eundem. Post com.
Concede misericors deus fragilitati
nostre presidium ut qui sancte dei
genitricis requiem celebramus interces-
sionis eius auxilio. a nostris iniqui-
tatibus resurgamus. per eundem. In die
Gaudeamus omnes in domino. di. Eructauit.
Ueneranda nobis domine oratio.
huius diei festiuitas opem confe-
rat salutarem: in qua sancta dei
genitrix mortem subiit temporalem.
nec tamen mortis nexibus deprimi potu-
it que filium tuum dominum nostrum in-
de se genuit incarnatum. Qui tecum.
Famulorum tuorum quesumus domine Alia.
delictis ignosce: ut qui tibi pla-
cere de actibus nostris non ualemus:
genitricis filii tui domini dei nostri

intercessione saluemur. per eundem.
In omnibus .l. l. sap.
requiem quesiui: et in hereditate
domini morabor. Tunc precepit et
dixit michi creator omnium: et qui
creauit me requieuit in tabernaculo
meo. et dixit michi. In iacob inhabita:
et in israel hereditare. et in electis meis
mitte radices. Et sic in syon firma-
ta sum: et in ciuitate sanctificata simi-
liter requieui. et in ierusalem potestas mea.
Et radicaui in populo honorificato:
et in partes dei mei hereditas illius.
et in plenitudine sanctorum detentio mea.
Quasi cedrus exaltata sum in libano:
et quasi cypressus in monte syon. Qua-
si palma exaltata sum in cades: et quasi
plantatio rose in iherico. Quasi oliua
speciosa in campis: et quasi platanus
iuxta aquam exaltata sum. In pla-
teis sicut cynamomum et balsamum
aromatizans: odorem dedi. Quasi mir-
ra electa: dedi suauitatem odoris.
In illo tempore. Intrauit Secundum lucam
ihesus in quoddam castellum: et mulier
quedam martha nomine excepit
illum in domum suam. Que huic
erat soror nomine maria. Que etiam
sedens secus pedes domini: audiebat uerbum
illius. Martha autem satagebat circa
frequens ministerium. Que stetit et
ait. Domine non est tibi cure quod
soror mea reliquid me solam ministrare.
Dic ergo illi: ut me adiuuet. Et
respondens: dixit illi dominus. Martha
martha sollicita es: et turbaris erga
plurima. Porro: unum est necessa-
rium. Maria optimam partem elegit.
que non auferetur ab ea. Credo. In uirtute.
Subueniat domine plebi. Secreta.

tue dei genitricis oratio quam et si
p condicione carnis migrasse cognos-
cimus in celesti gloria apud te pro
nobis orare sentiamus. p. Pfat
Et te in assumptione beate marie.
Mense celestis participes effecti p9
imploramus clementiam
tuam domine deus nr̄. ut qui festa
dei genitricis colimus. a malis immi-
nentibus eius intercessionibus li-
beremur. p. dominum In crastino
Gaudeamus. Totum officium ut sup.
Veneranda nobis domine orat
In omnibus requiem quesivi. Epla
Verbum domini. Evn. Missus est
angelus. Secr. Subveniat ut sup.
prefat Et te in assumptione P9.
Mense celestis par. In octav sci laure-
Probasti domine cor m. Exaudi. A. tij
Beati laurentij faciat nos coll.
domine letantes passio venera-
da. et ut eam sufficienter recolam
efficiat promptiores. p. Epla.
Qui parce seminat. Evn. Nisi
granum frumenti. et cetera. Secr.
Beati laurentij mris honorabi-
lem passionem muneribus
domine geminatis exequimur. q
licet propriis sit memoranda principiis
indesinenter tamen permanet gloriosa. p.
Sollempnis nobis inter- P co
cessio beati laurentij martiris
qs domine prestet auxilium ut cele-
stis mense participatio quam sump-
simus tribuat ecclesie tue recensitam
leticiam. p. do. Agapiti mris.
Letabitur iustus. Exultat. A. an
etetur ecclesia tua deus coll.
beati agapiti martiris tui
confisa suffragiis atque eius precibus
gloriosis et devota permaneat et secura
consistat. p. Epla Beatus vir q
in sapien. Evn. Nichil opertu
quod non reveletur. et cetera. Secr.
Suscipe domine munera que i
eius tibi sollempnitate deferimus
cuius nos confidimus patrocinio li-
berari. p. dominum nostrum P9.
Satiasti domine familiam tuam
muneribus sacris, eius qs semper interve-
tione nos refove cuius sollempnia
celebramus. p. Quarta die off.
Gaudeamus. Totum offic ut sup. coll.
Veneranda nobis domine Epla.
Egredietur virga. Evn. Exsurgens
maria. Credo in unum deum. Secr.
Subveniat nobis. pfat. Et te i
assumptione. P co Mense celesti par coll.
Veneranda nobis domine. Die VI. epla
Locutus est dominus ad achaz di-
Evangli Missus est angelus ga.
Secr. Subveniat. pfat Et
te in assumptione. ? P9 Mense ce-
Salve sancta pa. VII die in octav coll.
coll. Veneranda nobis dne
Epla. Ab initio et ante secla Seqnt
Ave mundi spes maria. Secdm iohem.
In illo tempore: Stabant iuxta crucem
domini mater eius et soror matris
maria cleophe et maria magdalene.
Cum vidisset ergo ihc matrem et
discipulum stantem quem diligebat.
dicit matri sue. Mulier: ecce filius
tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce
mater tua. Et ex illa hora: accepit
eam discipulus in suam. Secr.
Subveniat. pfat Et te i assump.
P co Mense celestis Septima die
Gaudeamus. coll Veneranda. Epla
Ab initio et ante. Seqnt Ave maria

Ewn. Loquente ihu ad turbas
Secr. Subueniat nobis post co.
Mense celestis. In oct. be marie.
Gaudeamus. ~~Totum offic ut supra.~~
Clemens rector. Orat. Ueneranda.
Epla. In omnibus requiem q.
Ewn. Intrauit ihc in quoddam
castellum. Secr. Subueniat.
Pfat. Et te in assumptione.
P co. Mense celestis. Thymothei et symphoriani
Auxilium tuum nobis
domine qs placatus impende
et intercedente beato thymoteo mar
tire tuo dexteram super nos tue pro
piciationis extende. p. dominum. Alia
Adesto domine populo tuo ut
beati semphoriani martiris
tui merita preclara suscipiens ad
impetrandam misericordiam tuam
semper eius patrociniis adiuuemur. p.
Accepta tibi sit domine Secr.
sacrate plebis oblatio pro tuorum
honore sanctorum quorum se meri
tis percepisse de tribulatione cognoscit
auxilium. p. dominum. Secr.
Suscipe domine propitius oratio
nem cum oblationibus ut
intercessione beati symphoriani mar
tiris tui in tua dilectione permanentes
in fide inueniamur stabiles. et in opere
efficaces. p. dominum. post com.
Diuini muneris largitate saci
ati qs domine deus noster: ut
intercedente beato thimoteo martire tuo
eius semper participatione uiuamus. p.
Libantes domine mense tue p. c.
beata misteria. qs ut sancti
symphoriani martiris tui patrocini
is auxiliantibus. et presentis nobis
misericordiam uite conferant et
eterne. p. In vigilia sci bartholomei
Ego autem sicud oliua. coll.
Da nobis qs omnipotens deus ut beati
bartholomei apostoli tui quam
preuenimus gloriosa sollempnitas
et deuotionem nobis augeat et salutem.
p. Epla. Beatus uir qui inuentus
e. Ewn. Hec mando nobis. Secr.
Pura domine qs ut beati barthO
lomei apostoli suffragiis cuius
natalitia preuenimus hec plebs tua
semper et sua uota depromat. et deside
rata percipiat. p. dominum. p com.
Beati bartholomei apostoli tui
qs domine supplicatione pla
catus. et ueniam nobis tribue. et
remedia sempiterna concede. p. In die
Michi autem nimis. Uinc pasti. coll.
Omnipotens sempiterne deus qui huius
diei uenerandam sanctamque
leticiam beati bartholomei apostoli
tui festiuitate tribuisti da ecclesie tue
qs et amare quod credidit. et predicare
quod docuit. p. Epla. Iam non
estis hospites et aduene Secdm lu.
In illo tempore: Facta est contentio cam.
inter discipulos ihu: quis eorum
uideretur esse maior. Dixit autem eis
ihc. Reges gentium dominantur
eorum: et qui potestatem habent
super eos benefici uocantur. Uos autem
non sic. Sed qui maior est in nobis
fiat sicut iunior. Et qui precessor est.
sicut ministrator. Nam qui maior
est qui recumbit. an qui ministrat?
Nonne qui recumbit? Ego autem in
medio uestrum sum: sicut qui ministrat.
Uos autem estis: qui permansistis mecum
in temptationibus meis. Et ego dispono
nobis sicut disposuit michi pater meus

regnum: ut edatis et bibatis super mensam meam in regno meo. Et sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus israel. Secreta.

Beati apostoli tui bartholomei domine cuius sollempnia recensemus quesumus ut auxilio eius tua beneficia capiamus: pro quo tibi laudis hostias offerimus. Per dominum. Post communionem.

Sumpsimus domine pignus salutis eterne celebrantes beati bartholomei apostoli tui uotiua sollempnia et perpetua merita uenerantes. Per.

Deus qui presentem. Eodem die sancti. gloriam sanctissimi Audoeni confessoris tui atque pontificis. Collecta.

audoeni annue contulisti: tribue quesumus. eius nos apud te patrociniis ita sublimari ut cum eo uitam possideamus eternam. Per. Secreta.

Oblata quesumus domine munera fidelium meritis beati audoeni tibi reddantur accepta ut ab iesta cogitatione peccati huiusdem quibus famulatur misterijs clementer emundari mereamur. Per.

Mense celestis participatione post communionem. uegetati supplices te rogamus omnipotens deus ut sicut beati audoeni preciosa glorificatione annua celebritate gaudemus. ita apud te ipsius intercessione ab omnibus mereamur aduersitatibus defendi. Per dominum.

Adesto domine Rufi martiris. supplicationibus nostris. et Collecta. beati rufi intercessionibus confidentes. nec minis aduersantium nec ullo conturbemur incursu. Per dominum. Secreta.

Oblatis domine quesumus placare muneribus: et intercedente beato ruffo martire tuo. a cunctis nos defende periculis. Per dominum. Post communionem.

Celestibus refecti sacramentis et gaudijs supplices te rogamus domine ut cuius gloriamur triumphis protegamur auxilijs. Per. Sancti Augustini confessoris. Statuit dominus testamentum. Oratio.

Adesto domine supplicationibus nostris omnipotens deus: et quibus fiduciam sperande pietatis indulges. intercedente beato augustino confessore tuo atque pontifice consuete misericordie tribue benignus effectum. Per. Epistola.

Ecce sacerdos magnus. Euangelium. Homo quidam peregre proficiscens uocauit. Secreta.

Sancti confessoris tui augustini nobis domine pia non desit oratio. que et munera nostra conciliet. et tuam nobis indulgentiam semper optineat. Per dominum nostrum. Post communionem.

Ut nobis domine sacrificia dent salutem beatus augustinus confessor tuus atque pontifex quesumus precator accedat. Per dominum. Hermetis martiris.

Deus qui beatum martirem tuum hermem uirtute constantie in passione roborasti: ex eius nobis imitatione tribue pro amore tuo prospera mundi despicere. et nulla eius aduersa formidare. Per dominum. Secreta.

Sacrificium tibi domine laudis offerimus in tuorum commemoratione sanctorum: da quesumus ut quod illis contulit ad gloriam nobis proficiat ad salutem. Per dominum nostrum. Post communionem.

Repleti domine benedictione celesti quesumus clementiam tuam. ut intercedente beato hermete martire tuo que humiliter gerimus salubriter sentiamus. Per dominum. Decollatio beati Gloria et honore coronasti. Johannis baptiste.

Sancti iohis babtiste et coll.
martiris tui domine q's uene-
randa festiuitas salutaris auxilij
nobis prestet effectum. p. Epta. Sapien
Expectatio iustorum leticia: tie
spes autem impiorum pibit.
Fortitudo simplici uia domini: et pa-
uor hijs qui operantur malum.
Iustus in eternum non commouebit:
impij autem non habitabunt in
terra. Os iusti parturit sapienti-
am. lingua prauorum pibit. Labia
iusti considerant placita: et os impi-
orum puersa. Simplicitas iustorum
diriget eos: et supplantatio puersorum
uastabit illos. Iusticia rectorum li-
berabit eos: et in insidijs suis capi-
entur iniqui. Iustus de angustia
liberatus est: et tradetur impius p eo.
Simulator ore decipit amicum suum:
iusti autem liberabuntur scientia. In
bonis iustorum exaltabitur ciuitas:
et in perditione impiorum erit lau-
datio. In benedictione iustorum:
exaltabitur ciuitas. S. marcum.
In illo tempore. Misit herodes ac tenuit
iohem: et uinxit eum in carcerem
ppter herodiadem uxorem philipi fris
sui quia duxerat eam. Dicebat
enim iohannes herodi. Non licet tibi
habere uxorem fris tui. Herodias
autem insidiabatur illi: et uolebat
eum occidere nec poterat. Herodes enim
metuebat iohannem sciens eum ui-
rum iustum et sanctum et custodie-
bat eum. Et audito eo multa facie-
bat: et libenter eum audiebat. Et cum
dies oportunus accidisset: herodes
natalis sui cenam fecit principibus et
tribunis: et primis galilee. Cumque
introisset filia ipsius herodiadis
et saltasset: et placuisset herodi simul
que discumbentibus: rex ait puelle.
Pete a me quod uis: et dabo tibi.
Et iurauit illi quia quicquid
petieris dabo tibi. licet dimidium
reg[illegible] mei. Que cum exisset. dixit
matri sue. Quid petam? At illa dixit.
Capud iohis baptiste. Cumque intro-
isset statim cum festinatione ad
regem petiuit dicens. Volo ut protinus
des michi in disco: caput iohannis
baptiste. Et contristatus est rex ppter
iusiurandum: et ppter simul discum-
bentes noluit eam contristare. sed
misso spiculatore precepit afferri caput
eius in disco. Et decollauit eum in
carcerem: et attulit caput eius in
disco: et dedit puelle illud. et puel-
la dedit matri sue. Quo audito
discipuli eius: uenerunt et tulerunt
corpus eius: et posuerunt illud in
monumento. Secreta.
Munera tibi domine p sancti
martiris iohannis baptiste passi-
one deferimus. Quia dum finitur in
terris. factus est celesti sede ppetuus.
q's ut eius optentu nobis pficiant
ad salutem p dominum. Post co
Conferat nobis domine sancti
iohannis utrumque sollempni-
tas ut et magnifica sacramenta que
sumpsimus significata ueneremur.
et in nobis potius edita gaudeamus. p.
Deus qui inter Eodem die sce
cetera potentie tue Sabine
miracula etiam in sexu uirg
fragili uictoriam martirij contulisti
concede ppicius: ut cuius natalicia
colimus p eius ad te exempla gra-

Hdiamur. p. dominum. Secreta.
Hostias tibi domine beate sabine martiris tue dicatas meritis benignus assume. et ad perpetuum nobis tribue prouenire subsidium. p.
Diuini muneris largitate p. co. satiati. qs domine deus noster ut intercedente beata sabina martire tua in huius semper participatione uiuamus. p. dominum. Felicis et au.
Maiestatem tuam domine dacti mi. supplices deprecamur ut sicut nos iugiter sanctorum tuorum commemoratione letificas ita semper supplicatione defendas. p. Epla. Reddet deus mercedem. Euu. Cum audieritis. p.
Hostias domine tue plebis derx intende. et quas in honore sanctorum tuorum deuota mente celebrat proficere sibi sentiat ad salutem. p. dominum nostrum. post com.
Repleti domine muneribus sacris qs ut intercedentibus sanctis tuis in gratiarum tuarum semper actione maneamus. p. In natiuitate
Gaudeamus omnes In d. be marie virg.
Supplicationem seruorum tuorum deus miserator exaudi ut qui in natiuitate dei genitricis et uirginis congregamur. eius intercessionibus de instantibus a te periculis eruamur. p. eundem.
Ego quasi uitis Sapient fructificaui suauitatem odoris. et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchre dilectionis et timoris et magnitudinis et sancte spei. In me gratia omnis uie et ueritatis. in me omnis spes uite et uirtutis. Transite ad

me omnes qui concupiscitis me. et a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis et hereditas mea super mel et fauum. Memoria mea in generatione seculorum. Qui edunt me adhuc esurient. et qui bibunt me adhuc sitient. Et qui audit me non co[n]funditur. et qui operantur in me non peccabunt. Qui elucidant me uitam eternam habebunt. Initium sci euangelij
Liber generationis S. mathm. ihu xpi filij dauid filij abraham. Abraham genuit ysaac. Ysaac autem genuit iacob. Iacob autem genuit iudam et fratres eius. Iudas autem genuit phares et zaram de thamar. Phares autem genuit esrom. Esrom autem genuit aram. Aram autem genuit aminadab. Aminadab autem genuit naason. Naason autem genuit salmon. Salmon autem genuit booz de raab. Booz autem genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit iesse. Iesse autem genuit dauid regem. Dauid autem rex genuit salomonem. ex ea que fuit urie. Salomon autem genuit roboam. Roboam autem genuit abiam. Abia autem genuit asa. Asa autem genuit iosaphat. Josaphat autem genuit ioram. Ioram autem genuit oziam. Ozias autem genuit ioatham. Ioatham autem genuit achas. Achaz autem genuit ezechiam. Ezechias autem genuit manassem. Manasses autem genuit amon. Amon autem genuit iosiam. Josias autem genuit iechoniam et fratres eius in transmigratione babilonis. Et post transmigrationem babilonis. iechonias genuit

salatiel. Salathiel autem genuit zorobabel; zorobabel autem genuit abiud. Abiud autem genuit eliachim. Eliachim autem genuit azor. Azor autem genuit sadoch; sadoch autem genuit achim. Achim autem genuit eliud. Eliud autem genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathan. mathan autem genuit iacob. Iacob autem genuit ioseph uirum marie. De qua natus est ihc qui uocatur xpc.

Omnes ergo generationes ab abraham usque ad dauid generationes quatuordecim. Et a dauid usque ad transmigrationem babilonis; et a transmigratione babilonis usque ad xpm generationes quatuordecim. Xpi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater ihu maria ioseph; antequam conuenirent inuenta est in utero habens de spiritu sancto.

Unigeniti tui domine. Secreta.

Unigeniti tui domine nobis humanitas ut qui natus de uirgine matris integritatem non minuit sed sacrauit. in natiuitatis eius sollempniis a nostris nos piaculis exuens. oblationem nostram tibi faciat acceptam. Qui tecum. Prefatio.

Eterne deus. Et te in natiuitate beate marie et cetera. Post com.

Sumpsimus domine celebritatis annue uotiua sacramenta presta quesumus ut et temporalis nobis uite remedia prebeant et eterne. Per. Eodem die sancti adriani.

Presta quesumus omnipotens deus ut qui beati adriani martiris tui natalitia colimus a cunctis malis imminentibus eius intercessionibus liberemur. Per.

Munera tibi domine dicata. Secreta.

Munera tibi domine dicata sanctifica et intercedente beato adriano martire tuo per eadem nos placatus intende. Per dominum. Post com.

Beati adriani martiris tui domine intercessione placatus presta quesumus ut que temporaliter gerimus; perpetua saluatione capiamus. Per. Sancti gorgonii.

Gloria et honore coronasti. Ps. Dne d. n. q. am. Int.

Sancti nos domine gorgonius collecta sua intercessione letificet et pia faciat sollempnitate gaudere. Per.

Epistola. Memor esto dominum. Eua.

Si quis uult post me uenire. Secreta.

Grata tibi sit domine nostre seruitutis oblatio per qua sanctus gorgonius martir interueniet. Per. Post co.

Familiam tuam deus suauitas illa contingat et uegetet que in martire tuo gorgonio xpi tui bono odore pascatur. Per eundem. Sanctorum prothi

Beati prothi nos domine et iacincti et iacincti foueat preciosa confessio. et pia iugiter intercessio tueatur. Per dominum. Secreta.

Pro sanctorum tuorum prothi et iacincti munera tibi domine commemoratione que debemus exoluimus. presta quesumus ut remedium nobis perpetue salutis operentur. Per dominum. Post co.

Ut percepta nos domine tua sancta purificent. beati prothi et iacincti quesumus imploret oratio. Per. In exultatione

Nos autem gloriari. Ps. Deus misereatur. Sancti ex

Deus qui unigeniti tui collecta domini nostri ihu xpi precioso sanguine humanum genus redimere dignatus es. concede propitius ut qui ad adorandam uiuificam crucem adueniunt. a peccatorum suorum nexibus liberentur. Per eundem. Epistola

Hoc sentite in nobis. Requiem in uanus palmarium. Secundum iohem.

In illo t[empore]: Dixit ih[esu]s turbis. Nunc
iudicium est mundi: nunc princeps
mundi huius eicietur foras. Et ego si
exaltatus fuero a terra: omnia traham
ad me ipsum. Hoc autem dicebat
significans qua morte esset moriturus.
Nos audiuimus ex lege: quia xp[istu]s
manet in eternum. Et quomodo tu
dicis oportet exaltari filium hominis.
Dixit ergo ih[esu]s. Adhuc modicum lum[en]
in uobis est. Ambulate dum lucem
habetis ut non tenebre uos compre-
hendant. Et qui ambulat in tenebris:
nescit quo uadat. Dum lucem habe-
tis credite in lucem: ut filii lucis sitis.

Respondit ei turba.

Hec oblatio q[uesumu]s domine **Sec.**
ab omnib[us] purget delictis que
in ara crucis immolata totius mun-
di tulit offensam. P[er]. **Pref.** Qui
salutem humani generis in lig[no]. **Post**
Refecti cibo potuq[ue] celesti q[uesumu]s om-
nipotens deus. ut ab hostium
nos defendas periculis quos redemisti
p[re]cioso sanguine filii tui domini nos-
tri ih[es]u xp[ist]i. Qui tecum. **Eod die cor-**
Infirmitatem n[ost]ram q[uesumu]s domine **nelii et ci-**
propitius respice et mala omnia que **pri-**
iuste meremur sanctorum tuorum **ani**
cornelii et cipriani intercessione auer-
te. P[er] dominum nostrum. **Secreta.**
Plebis tue domine munera benign[us]
impende que maiestati tue pro
s[an]c[t]orum martirum tuorum cornelii et
cipriani sollempnitatibus sunt dica-
ta. P[er] dominum n[ost]r[u]m ih[esu]m. **Post com.**
Q[uesumu]s domine salutarib[us] repleti
misteriis: ut quorum sollemp-
nia celebramus. eorum orationibus
adiuuemur. P[er] dominum.
Adesto domine **Nichomedis**
mr.
p[o]p[u]lo tuo ut beati nichomedis martiris
tui merita preclara suscipiens. ad im-
petrandam misericordiam tuam semp[er]
eius patrociniis adiuuemur. P[er] d[ominum]. **Sec.**
Suscipe domine munera p[ro]pitius
oblata: que maiestati tue beati
nichomedis martiris commendet oratio. P[er].
Purificent nos q[uesumu]s domine **Post**
sacramenta que sumpsimus et
intercedente beato nichomede martire tuo
a cunctis efficiant uiciis absolutos. P[er].
Omnip[oten]s sempiterne deus **Eufemie**
qui infirma mundi **v[ir]g[inis] et mar-**
eligis ut fortia queq[ue] confundas **tiris.**
concede p[ro]pitius ut qui beate eufemie
martiris tue sollempnia colimus. eius
apud te patrocinia sentiamus. P[er]. **Sec.**
Presta q[uesumu]s domine deus noster ut
sicut in conspectu tuo mors est
p[re]ciosa sanctorum: ita eorum merita
uenerantium accepta tibi reddatur ob-
latio. P[er] dominum nostrum. **Post com.**
Sanctificet nos domine q[uesumu]s tui
perceptio sacramenti. et intercessio
beate eufemie martiris tue tibi reddat
acceptos. P[er] domin[um]. **Eodem die lucie et**
Presta domine p[re]cibus **geminiani mr-**
ris cum exultatione p[ro]uentum
ut quorum diem passionis annua de-
uotione recolimus etiam fidei constantia[m]
subsequamur. P[er] dominum. **Secreta.**
Uota p[o]p[u]li tui domine p[ro]pitiat[us]
intende: ut quorum nos tribuis
sollempnia celebrare fac gaudere suf-
fragiis. P[er] dominum. **Post com.**
Exaudi domine preces n[ost]ras et
s[an]c[t]orum tuorum quorum festa
sollempniter celebramus. continuis foue-
amur auxiliis. P[er]. **Lamberti mris.**
Beati sacerdotis et martiris tui

Lamberti domine q̄s nos oratio commendet
ut tibi placito suffulti suffragio indul
gentiam peccatorum consequi mereamur. p̄ dominum. Secreta.

Intercessio sancti Lamberti sacerdotis atque
martiris domine quesumus munera no
stra conciliet. ut qui merita nostra non
ualent eius deprecatio nobis indulgen
tiam ualeat obtinere. p̄ do. Post com.

Celesti munere saciati q̄s domine
deus noster. ut hec etiam nos beati
martiris tui atque pontificis Lamberti
deprecatione sanctificent. p̄. In uigilia

Ego autem sicut ol. beati mathi apostoli

Da nobis q̄s omnipotens deus. li. et e.
ut beati mathei apostoli tui et
ewangeliste quam preuenimus ueneran
da sollempnitas et deuotionem nobis
augeat et salutem. p̄. Euangelium. Venit
iesus qui inuenit et cetera

In illo tempore. Vidit ihesus publicanum
nomine leui sedentem ad theloneum.
et ait illi. Sequere me. Et relictis
omnibus. surgens secutus est eum.
Et fecit ei conuiuium magnum leui
in domo sua. et erat turba magna pu
blicanorum et aliorum qui cum ipsis
erant discumbentes. Et murmura
bant pharisei et scribe eorum. dicentes
ad discipulos eius. Quare cum publi
canis et peccatoribus manducatis et bibi
tis. Et respondens ihesus. dixit ad illos.
Non egent qui sani sunt medico. sed
qui male habent. Non enim ueni
uocare iustos. sed peccatores in peniten
tiam. Secreta

Presta domine q̄s ut beati mathei
euuangeliste suffragiis cuius
natalitia preuenimus hec plebs tua sem
per et sua uota depromat et desiderata per
cipiat. p̄. dominum. Post com.

Beati mathi apostoli tui et
ewangeliste q̄s domine sup
plicatione placatus. et ueniam nobis
tribue et remedia sempiterna concede.
p̄. In die ad missam

Os iusti meditabitur sapientiam. Orat.

Beati mathei apostoli tui et
euuangeliste domine precibus
adiuuemur. ut quod possibilitas nostra
non optinet eius nobis intercessione
donetur. p̄. dominum. Ad ephesios.

Fratres. Unicuique nostrum data
est gratia. secundum mensu
ram donationis christi. propter quod dicit.
Ascendens christus in altum captiuam
duxit captiuitatem. dedit dona homi
nibus. Quod autem ascendit quid est
nisi quia et descendit primum in infe
riores partes terre. Qui descendit ipse est.
et qui ascendit super omnes celos. ut
adimpleret omnia. Et ipse dedit
quosdam quidem apostolos. quos
dam autem prophetas. Alios autem
ewangelistas. alios autem pastores
et doctores ad consummationem sanctorum
in opus ministerij in edificationem
corporis christi. donec occurramus omnes
in unitatem fidei et agnitionis filij dei.
In uirum perfectum in mensuram eta
tis plenitudinis christi. Secundum math.

In illo tempore. Cum transiret ihesus uidit
hominem sedentem in theloneum ma
theum nomine. et ait illi. Sequere
me. Et surgens secutus est eum.
Et factum est discumbente eo in domo.
ecce multi publicani et peccatores ue
nientes cum ihesu discumbebant et
discipulis eius. Et uidentes pharisei.
dicebant discipulis eius. Quare cum
publicanis et peccatoribus manducat
magister uester. At ihesus audiens

cis. Non est opus valentibus medi-
cus: sed male habentibus. Euntes autem
discite quid est. Misericordiam volo et non
sacrificium. Non enim veni vocare
iustos: sed peccatores. Credo. In bvium

Supplicationibus apostolicis Secreta
beati mathei euuangeliste quesumus
domine ecclesie tue commendetur oratio
cuius magnificis predicationibus eruditur.
Per. Prefatio. Te domine suppliciter. Post communio

Perceptis domine sacramentis
beato matheo apostolo tuo et
euuangelista interveniente deprecamur
ut que pro eius celebrata sunt gloria
nobis proficiant ad medelam. Per dominum
nostrum ihesum. Mauricii.

Iusti epulentur. sociorum que eius. Oratio.

Annue quesumus omnipotens deus ut nos
sanctorum martirum tuorum mau-
ricii. exsuperii. candidi. victoris. inno-
centii. ac vitalis. et sociorum eo-
rundem. Letificet festiva sollempnitas
ut quorum suffragiis nitimur na-
taliciis gloriemur. Per dominum. Epistola.
Sancti per fidem vicerunt. Evangelium. Descendens
ihesus de monte. ~~et cetera.~~ Secreta.

Respice domine munera que in
sanctorum tuorum martirum
mauricii. exsuperii. candidi. victoris.
innocentii. et vitalis. ac sociorum eorundem
commemoratione deferimus. et presta ut
quorum honore sunt grata: eorum
nobis fiant intercessione perpetua. Per.

Celestibus refecti sacramentis Post
et gaudiis supplices te rogamus
omnipotens deus: ut quorum gloriamur
triumphis protegamur auxiliis. Per.

Cosme et damiani martirum.
Sapientiam sanctorum narrent. Collecta.

Presta quesumus omnipotens deus ut qui sanctorum
tuorum cosme et damiani nata-
licia colimus. a cunctis malis immi-
nentibus eorum intercessionibus liberemur. Per.
Sancti per fidem vicerunt regna. Epistola.
Descendens ihesus de monte et cetera. Evangelium. Secreta.

Sanctorum tuorum nobis domine
pia non desit oratio que et mu-
nera nostra conciliet et tuam nobis in-
dulgentiam semper optineat. Per dominum. Post.

Protegat domine quesumus populum
tuum. et participatio celestis
indulta convivii. et deprecatio collata
sanctorum. Per dominum. Sancti michaelis archa-
Benedicite dominum omnes angeli. Benedic. Graduale.

Deus qui miro ordine Oratio.
angelorum ministeria homi-
numque dispensas concede propitius. ut
quibus tibi ministrantibus in celo semper
assistitur ab hiis in terra vita nostra
muniatur. Per dominum. Lectio libri apocalipsis beati
Iohannis apostoli.

In diebus illis: Significa-
vit deus que oportet fieri cito. loquens
per angelum suum servo suo iohanni.
qui testimonium perhibuit verbo dei: et
testimonium ihesu christi: quecumque vidit.
Beatus qui legit et qui audiunt verba
prophetie huius et servant ea que in
ea scripta sunt. Tempus enim prope est.
Iohannes septem ecclesiis que sunt in asya.
gratia vobis et pax a deo qui est. et qui
erat et qui venturus est. Et a septem
spiritibus qui in conspectu throni eius sunt.
et a ihesu christo qui est testis fidelis. primogeni-
tus mortuorum et princeps regum terre.
Qui dilexit nos. et lavit nos a peccatis
nostris. in sanguine suo. Secundum matheum.

In illo tempore: Accesserunt ad ihesum discipuli
dicentes. Quis putas maior est in regno
celorum: Et advocans ihesus parvulum:
statuit eum in medio eorum. et dixit.
Amen amen dico vobis: nisi conversi fu-
eritis. et efficiamini sicut parvuli

non intrabitis in regnum celorum.
Quicumque ergo humiliaverit se sicut
parvulus iste: hic est maior in reg-
no celorum. Et qui susceperit unum
parvulum talem in nomine meo:
me suscipit. Qui autem scandalizave-
rit unum de pusillis istis qui in me
credunt: expedit ei ut suspendatur
mola asinaria in collo eius et demer-
gatur in profundum maris. Ve mun-
do ab scandalis. Necesse est enim ut
veniant scandala. Verumtamen ve
homini illi: per quem scandalum
venit. Si autem manus tua vel
pes tuus scandalizat te: abscide eum
et proice abs te. Bonum est tibi ad
vitam ingredi debilem vel claudum:
quam duas manus vel duos pedes
habentem mitti in ignem eternum.
Et si oculus tuus scandalizat te:
erue eum et proice abs te. Bonum est
tibi unum oculum habentem in vi-
tam intrare quam duos oculos ha-
bentem mitti in iehennem ignis.
Videte ne contempnatis unum ex
his pusillis. Dico enim vobis quia
angeli eorum in celis semper vident
faciem patris mei qui in celis est.

Hostias tibi domine *Secreta*
laudis offerimus suppliciter
deprecantes ut easdem angelico inter-
veniente suffragio pro nobis et placa-
tus accipias et salutem nostram pro-
pitius concedas. Per dominum. *Post*

Beati archangeli tui michael
intercessione suffulti suppli-
ces te domine deprecamur ut quod
honore prosequimur: contingamus et
mente. Per dominum. *Jeronimi*
sacerdotis tui domine. *confessoris.*

Deus qui nobis per beatum *Coll.*
Ieronimum confessorem sacerdotem
tuum scripture sacre veritatem et
mistica sacramenta revelare dignatus
es. presta quesumus: ut cuius natalitia colimus
eius semper et erudiamur doctrinis
et meritis adiuvemur. Per. *Sapien*

Optavi et datus est michi *cie.*
sensus. et invocavi et venit
in me spiritus sapientie. Et preposui illam
regnis et sedibus. et divitias michi esse
dixi in comparatione illius. Nec com-
paravi illi lapidem preciosum. quoniam omne
aurum in comparatione illius ha-
rena est exigua. et tamquam lutum
estimabitur argentum in conspectu
eius. Super salutem et speciem dilexi
illam. et proposui pro luce habere illam.
quoniam inextinguibile est lumen eius.
Venerunt michi omnia bona pa-
riter cum illa. et innumerabilis ho-
nestas per manus illius. Et letatus
sum in omnibus quoniam antecedebat me
ista sapientia. et ignorabam quoniam om-
nium mater est. Quam sine ficti-
one didici. et sine invidia communi-
cavi. et honestatem illius non abscon-
didi. Infinitus est enim thesaurus
hominibus quo qui usi sunt participes
facti sunt: amicitie dei. *Euuangelium*
Homo quidam peregre proficiscens. *Secre*

Propitiare domine supplicati-
onibus nostris. et intercedente pro
nobis sancto ieronimo confessore tuo
per hec sacra que tue offerimus ma-
iestati. ab omni culpa liberos nos
esse concede. Per dominum. *Post com.*

Animus tue pietatis quesumus domine
precibus nostris accomoda: ut qui
peccatorum nostrorum flagellis

percutimur. intercedente beato confes-
sore tuo ieronimo miserationis tue
gratia liberemur. p. dominum.
Oratur ei dominus. Beati remigij.

Deus qui populo tuo coll.
eterne salutis beatum remigi-
um ministrum tribuisti. presta quesumus ut
quem doctorem uite habuimus in
terris intercessorem semper habere
mereamur in celis. p. dominum nostrum. Epl.

Plures facti sunt sacerdotes. Euuangelium.

Homo quidam peregre proficiscens. Sec.

Omnipotens deus munera tue
magestati oblata per intercessio-
nem beati remigii confessoris tui atque
pontificis ad perpetuam fac nobis prove-
nire salutem. p. dominum. post co.

Sacramenta salutis nostre suscipien-
tes concede quesumus omnipotens et misericors
deus. ut beati remigii nos ubique oratio
adiuvet. in cuius ueneratio hec tue
obtulimus maiestati. p. dominum. Bti Le-

Beati martiris odogarij mr. oro.
tui atque pontificis tui leodoga-
rij quesumus domine deus noster fideli deuotio-
ne sollempnia celebrantes ut qui ei
in celis per martirij palmam gloriam
contulisti nobis ueniam eius inter-
uentu peccati. p. dominum. Secr.

Offerimus hostias nomini tuo
domine quantum de nostro
merito formidantes tantum de sancti sa-
cerdotis et martiris tui leodogarij suf-
fragijs confidentes. presta quesumus ut nobis
ueniam conferant et salutem. p.

Concede nobis domine post
deus noster ut perpetuo semper
quod sumpsimus sacramento muniamur.
quia suffragijs sacerdotis ac martiris
tui leodogarij protegere non desistis

quos tuis semper indulseris inherere
misterijs. p. Marci epi et conf. coll.

Accepta tibi sit domine sacre .b.
plebis oratio pro tuorum honore
sanctorum. quorum se meritis percepis-
se de tribulatione cognoscit auxilium. p.

Exaudi domine preces nostras sec. .a.
et intercedente beato marcho con-
fessore tuo atque pontifice supplicationes
nostras placatus intende. p. post com.

Da quesumus domine fidelibus populis
sanctorum tuorum semper uene-
ratione letari. et eorum perpetua sup-
plicatione muniri. p. dominum. Marcelli et

Sanctorum tuorum nos domine Apulei.
marcelli. et apulei. sergij et
bacchi beata merita prosequantur et
tuo semper faciant amore feruentes.
p. dominum nostrum ihesum xpistum. Sec.

Magestatem tuam nobis domine
quesumus hec hostia reddat immolanda
placatam. tuorum digna postulatione
sanctorum. p. dominum. post com.

Sacramentis domine muniamur
acceptis. et sanctorum marcelli. et
apulei. et bacchi. contra omnes nequiti-
as irruentes armis celestibus protegamur. p.

Concede quesumus omnipotens In uigilia bti
deus uenturam beatorum dionisij.
martirum tuorum. dionisij. rustici.
et eleutherij sollempnitatem congruo
preuenire honore. et uenientem digna
celebrare deuotione. p. d. Secreta.

Accepta tibi sit domine nostre
deuotionis oblatio. et ad tuorum
martirum dionisij. rustici. et eleu-
therij. puriores nos faciat uenire
festiuitatem. p. dominum. post co.

Presta nobis eterne largitor: eorum
ubique pia protegi oratione quorum

natalicia per hec sancta que sumpsimus uotiuo preuentum obsequio. per.

Intret in conspectu. Vi dionisij.

Deus qui hodierna coll.
die beatum dionisium uirtute constantie in passione roborasti. quique illi ad predicandum gentibus gloriam tuam rusticum et eleutherium sociare dignatus es: tribue nobis quesumus ex eorum imitatione pro amore tuo prospera mundi despicere. et nulla eius aduersa formidare. per. Actuum

In diebus illis: Stans paulus apostolus in medio ariopagi ait. Viri athenienses per omnia quasi superstitiosos uos uideo. Preteriens enim et uidens simulacra uestra: inueni aram in qua scriptum erat ignoto deo. Quod ergo ignorantes colitis: hoc ego annuntio uobis. Deus qui fecit mundum. et omnia que in eo sunt: hic celi et terre cum sit dominus. non manu factis templis inhabitat nec manibus humanis colitur indigens aliquo. cum ipse det omnibus uitam et inspirationem. et omnia. fecitque ex uno homine omne genus hominum inhabitare super uniuersam faciem terre. definiens statuta tempora et terminos habitationis eorum. querere deum si forte attrectent eum. aut inueniant illum: quamuis non longe sit ab unoquoque nostrum. In ipso enim uiuimus et mouemur. et sumus. sicut et quidam uestrum poetarum dixerunt. Ipsius enim et genus sumus. Genus ergo cum simus dei: non debemus estimare auro aut argento aut lapidibus sculpture artis. et cogitationibus hominis diuinum esse simile. Et tempora quidem huius ignorantie despiciens deus nunc annuntiat hominibus ut omnes ubique penitentiam agant. eo quod statuit diem in qua iudicaturus est orbem terre in equitate. in uiro in quo statuit fidem prebens omnibus. suscitans eum a mortuis. Cum audissent autem resurrectionem mortuorum: quidam quidem irridebant. quidam uero dixerunt. Audiemus te de hoc iterum. Sic paulus exiuit de medio eorum. Quidam uero uiri adherentes ei: crediderunt. In quibus et dionisius ariopagita. et mulier nomine damaris. et alij cum eis. Euangelium

Videns turbas ihesus ascendit. Secreta.

Hostia domine quesumus quam sanctorum tuorum dionisij. rustici. et eleutherij natalicia recensentes offerimus. et uincula nostre prauitatis absoluat. et tue nobis misericordie dona conciliet. per dominum. n. Post com.

Quesumus omnipotens deus ut qui celestia alimenta percepimus intercedentibus sanctis tuis dionisio. rustico et eleutherio. per hec contra omnia aduersa muniamur. per.

Deus qui nos conspicis ex Calixti pape et martyris.
nostra infirmitate deficere ad amorem tuum nos misericorditer per sanctorum tuorum exempla restaura. per dominum nostrum. Secr.

Mystica nobis domine prosit oblatio. que nos et a reatibus nostris expediat. et perpetua saluatione confirmet. per dominum nostrum. Post

Quesumus omnipotens deus: ut reatum nostrum munera sacra purificent

et recte uiuendi nobis operentur
effectum. Per. Luce ewangeliste
Os iusti meditabitur. P[s]. Noli emulari.
Interueniat pro nobis domine quesumus Oratio
sanctus tuus lucas ewangelista qui cru-
cis mortificationem iugiter in suo cor-
pore pro tui nominis honore portauit. Per.
Similitudo uultus Epistola Eze-
S quatuor animalium. chielis prophete
facies hominis et facies leonis a
dextris ipsorum quatuor: facies autem
bouis a sinistris ipsorum quatuor et
facies aquile desuper ipsorum quatuor.
Et facies eorum et penne eorum:
extente desuper. Due penne singulo-
rum iungebantur et due tegebant
corpora eorum. Et unumquodque
eorum: coram facie sua ambulabat.
Ubi erat impetus spiritus: illuc gradie-
bantur. et non reuertebantur cum
ambularent. Et similitudo ani-
malium et aspectus eorum: quasi
carbonum ignis ardentium. et quasi
aspectus lampadarum. Hec erat
uisio: discurrens in medio anima-
lium. Splendor ignis: et de igne
fulgur egrediens. Et animalia
ibant et reuertebantur in similitu-
dinem fulguris choruscantis. Secundum
In illo tempore: Designauit ihesus lucam
et alios septuaginta duos discipu-
los: et misit illos binos ante faciem
suam in omnem ciuitatem et locum
quo erat ipse uenturus. Et dice-
bat illis. Messis quidem multa:
operarii autem pauci. Rogate ergo
dominum messis: ut mittat operarios
in messem suam. Ite. Ecce ego mit-
to uos: sicut agnos inter lupos. No-
lite portare sacculum neque peram. neque
calciamenta: et neminem per uiam
salutaueritis. In quamcumque domum
intraueritis: primum dicite. Pax huic
domui. Et si ibi fuerit filius pacis: re-
quiescet super illam pax uestra. Sin au-
tem: ad uos reuertetur. In eadem
autem domo manete edentes et
bibentes que apud illos sunt. Dig-
nus est enim operarius: mercede
sua. Non dicitur Credo in unum. Secreta
Donis celestibus da quesumus domine
libera nos mente seruire. ut
munera que deferimus interue-
niente beato euuangelista tuo
luca. et medelam nobis operentur et
gloriam. Per dominum. Post communionem
Presta quesumus omnipotens eterne
deus ut id quod de sancto al-
tari tuo accepimus precibus beati
euuangeliste tui luce sanctificet
animas nostras per quod tuti esse possi-
mus. Per. In uigilia symonis et iu-
Intret in conspectu tuo. de apostolorum.
Concede quesumus omnipotens deus. ut
sicut apostolorum tuorum symo-
nis et iude gloriosa natalitia preue-
nimus sic ad tua beneficia promerenda
maiestatem tuam pro nobis ipsi pre-
ueniant. Per. Epistola. Iustorum
anime. Euangelium. Hec mando uob[is]
ut diligatis. Secreta.
Muneribus nostris domine apostolorum
tuorum festa precedimus ut que
conscientie nostre prepediunt obstacula
illorum meritis tibi grata reddan-
tur. Per dominum nostrum. Post
Sumptis domine sacramentis
sacramentis suppliciter depre-
camur: ut intercedentibus beatis
apostolis tuis quod temporaliter gerim[us]

ad vitam capiamus eternam. p.
Michi autem nimis. Dne probasti me. In
Deus qui nos die. coll.
per beatos apostolos tuos
symonem et iudam ad cognitionem
tui nominis venire tribuisti da
nobis eorum gloriam sempiternam
et proficiendo celebrare et celebrando
proficere. p. dominum. Epla. Scimus
quoniam diligentibus. Ewn. Hoc est pre
ceptum meum ut diligatis. Sec.
Gloriam domine sanctorum apos
tolorum tuorum symonis
et iude perpetuam venerantes quesumus ut
eandem sacris misteriis expiati dig
nius celebremus. p. do. Prefatio
Te domine suppliciter exor. post co
Perceptis domine sacramentis
suppliciter te rogamus ut
intercedentibus beatis apostolis tuis
symone et iuda que pro illorum vene
randa gerimus passione nobis
proficiant ad medelam. p. In vigi
Timete dnm omnes sci. lia omnium scorum
Domine deus noster oro.
multiplica super nos gratiam
tuam. et quorum preventimus gloriosa
sollempnia: tribue subsequi in
sancta professione leticiam. p. lectio
Ecce ego iohes apocalipsis bi. io.
vidi in medio throni apl.
et quatuor animalium. et in medio
seniorum agnum stantem tamquam
occisum habentem cornua septem
qui sunt septem spiritus dei missi in om
nem terram. Et venit. et accepit
de dextera sedentis in throno librum.
Et cum aperuisset librum: qua
tuor animalia et vigintiquatuor
seniores ceciderunt coram agno.

et habentes singli

et oculos septem

citharas. et phialas aureas plenas
odoramentorum. que sunt orationes
sanctorum. Et cantabant canticum
novum dicentes. Dignus es dne
accipere librum et aperire signacula
eius: quoniam occisus es. et redemisti nos
deo in sanguine tuo. ex omni tribu
et lingua et populo et natione. et
fecisti nos deo nostro regnum et sacer
dotes. et regnabunt super terram.
Et vidi et audivi vocem angelorum
multorum in circuitu throni et
animalium et seniorum: et erat
numerus eorum milia milium
voce magna dicentium. Dignus
est agnus qui occisus est accipere
virtutem et divinitatem et sapien
tiam. et fortitudinem et honorem
et benedictionem: in secula seculorum.
Ewn. Descendens ihc de mon
Altare tuum domine deus dec.
muneribus cumulamus obla
tis da quesumus ut ad salutem nostram
omnium sanctorum tuorum precea
tione proficiant quorum sollempnia
ventura precurrimus. p. post com
Sacramentis domine et gaudiis
optata celebritate expletis. quesumus
ut eorum precibus adiuvemur quorum
recordationibus exhibentur. p. In die
Gaudeamus omnes. p. Exultate iusti in d.
Omnipotens sempiterne deus oro.
qui nos omnium sanctorum
merita sub una celebritate
tribuis venerari quesumus ut desideratam
nobis tue propitiationis habundanti
am multiplicatis intercessoribus
largiaris. p. apocalipsis bi. iohis. a.
Ecce ego iohes vidi alterum pli.
angelum ascendentem ab ortu

solis: habentem signum dei uiui. Et clamauit uoce magna quatuor angelis quibus datum est nocere terre et mari dicens. Nolite nocere terre et mari neque arboribus quoadusque signemus seruos dei nostri in frontibus eorum. Et audiui numerum signatorum centum quadraginta quatuor milia signati: ex omni tribu filiorum israel. Ex tribu iuda: duodecim milia signati. Ex tribu ruben: duodecim milia signati. Ex tribu gad: duodecim milia signati. Ex tribu aser: duodecim milia signati. Ex tribu neptalim: duodecim milia signati. Ex tribu manasse duodecim milia signati. Ex tribu symeon: duodecim milia signati. Ex tribu leui duodecim milia signati. Ex tribu ysachar: duodecim milia signati. Ex tribu zabulon: duodecim milia signati. Ex tribu ioseph: duodecim milia signati. Ex tribu beniamin duodecim milia signati. Post hec uidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat: ex omnibus gentibus et tribubus et populis, stantes ante thronum: in conspectu agni amicti stolis albis, et palme in manibus eorum. Et clamabant uoce magna dicentes. Salus deo nostro qui sedet super thronum et agno. Et omnes angeli stabant in circuitu throni et seniorum et quatuor animalium. Et ceciderunt in conspectu throni in facies suas: et adorauerunt deum dicentes amen. Benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio: honor uirtus et fortitudo deo nostro: in secula seculorum.

In illo tempore: Videns *Secundum matheum* turbas ihesus: ascendit in montem. Et cum sedisset: accesserunt ad eum discipuli eius et aperiens os suum docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes: quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi deum uidebunt. Beati pacifici: quoniam filii dei uocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter iusticiam: quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati estis cum maledixerint uobis homines et persequuti uos fuerint et dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me. Gaudete et exultate: quoniam merces uestra copiosa est in celis. Credo in unum. *Secreta*

Munera tibi domine nostre deuotionis offerimus que et pro cunctorum tibi grata sint honore sanctorum et nobis salutaria te miserante reddantur. Per. *Post communio*

Da quesumus domine fidelibus populis omnium sanctorum semper ueneratione letari et eorum perpetua supplicatione muniri. Per.

Eodem die cesarii martiris. Oratio

Deus qui nos annua beati cesarii martiris tui sollempnitate letificas: concede propitius ut cuius natalitia colimus: etiam actiones

Liniremur · p · dominum · Sec.
Hostias tibi domine beati
cesarij martiris tui dicatas
meritis benignus assume · & ad
perpetuum nobis tribue peruenire
subsidium · p · dominum · Post
Qs omps deus ut qui celestia
alimenta percepimus interce-
dente beato cesario martire tuo
per hec contra omnia aduersa mu-
niamur · p · Quatuor coronatorum
Intret i cspectu tuo · Gs uen · Coll.
Pra qs omps deus · ut qui
gloriosos martires tuos cla-
udium · nichostratum · simphoria-
num · castorium · atq; simplicium ·
fortes in sua confessione cognoui-
mus pios apud te in nostra inter-
cessione sentiamus · p · Epla.
Benedictus deus & p · Euuangl.
Descendens ihc de monte Sec.
Benedictio tua domine lar-
ga descendat que et mune-
ra nostra deprecantibus sanctis
tuis tibi reddat accepta & nob
sacramentum redemptionis ef-
ficiat · p · dominum · Post com.
Celestibus refecti sacramen-
tis & gaudijs supplices te
domine deprecamur ut quorum
gloriamur triumphis proteg(amur)
auxilijs · p · Theodori martiris
In uirtute tua do · p Gs uen · Oro
Deus qui nos beati theodori
martiris tui confessione
gloriosa circumdas & protegis pra
nobis eius imitatione proficere
& oratione fulciri · p ·
Iustus si morte p · fu · Epla
Nisi granum frumenti · Euuang

Suscipe domine fidelium Sec.
preces cum oblationib;
hostiarum · ut intercedente beato
theodoro martire tuo · per hec
pie deuotionis officia ad
celestem gloriam transeamus · p ·
Pra nobis domine Post
qs · intercedente beato
theodoro martire tuo · ut que
ore contingimus pura mente
capiamus · p · Martini epi &
Statuit ei dominus · conf.
Deus qui conspicis Coll.
quia ex nulla nostra
uirtute subsistimus concede pro-
picius ut intercessione beati
martini confessoris tui atq;
pontificis · contra omnia adu(er)-
sa muniamur · p · Epla.
Ecce sacerdos magnus Euuangl.
Homo quidam peregre · Secr.
Omps deus munera tue
maiestati oblata per interces-
sionem beati martini confessoris
tui atq; pontificis · ad perpetuam
fac nobis proficere salutem · p ·
Sacramenta salutis Post.
nunc suscipientes qs omps
& misericors deus · ut beati mar-
tini nos ubiq; oratio adiuuet ·
in cuius ueneratione hec tue
obtulimus maiestati · p · Ma-
Pra qs ne martiris ·
omps deus ut Coll.
qui beati menne martiris tui
natalitia colimus intercessione
eius in tui nominis amore
roboremur · p · domini · Secr.
Muneribus nostris qs dne
precib; q; susceptis & celesti-

bus nos munda misterijs. et
clementer exaudi. p. do. post co.
Da quesumus domine deus noster ut
sicut tuorum commemora-
tione sanctorum temporali gratulamur
officio: ita perpetuo letemur aspectu.
p. dominum. Bricij epi. 7 gb.
Misericordiam tuam domine oro.
nobis quesumus interueniente bea-
to confessore tuo britio clementer
impende. et nobis peccatoribus
ipsius propitiare suffragijs. p.
Sancti confessoris tui secreta
Britij nos quesumus domine tue-
re presidijs. et eius semper orationibus
adiuuemur. p. dnm. post com.
Quos celesti domine cibo et
poculo recreasti interuedente
beato confessore tuo britio fac in
regno tuo tecum iugiter tuum
gaudere. p. Cecilie virginis et
Loquebar de testim. mris. oro.
Deus qui nos annua beate
cecilie martiris tue sollem
pnitate letificas: da ut quam
ueneramur officio etiam pie con-
uersationis sequamur exemplo.
p. dominum. Ad corinthios
Fratres. De uirginibus preceptum
domini habeo: consilium
autem do tamquam misericordiam
consecutus a deo ut sim fidelis. Ex-
istimo enim hoc bonum esse propter
presentem necessitatem. quoniam bonum
est homini sic esse. Alligatus es
uxori: noli querere solutionem.
Solutus es ab uxore: ne quesie-
ris uxorem. Si autem accepe-
ris uxorem non peccasti: et si
nupserit uirgo non peccat.

Tribulationem tamen carnis:
habebunt huiusmodi. Ego au-
tem uobis parco. Hoc itaque di-
co fratres: tempus breue est re-
liquum est ut etiam qui habent
uxores tamquam non habentes sint.
et qui flent tamquam non flentes.
et qui gaudent tamquam non
gaudentes. et qui emunt tamquam
non possidentes. et qui utuntur
hoc mundo tamquam non utantur.
Preterit enim figura huius mundi.
Volo autem uos: sine sollicitu-
dine esse. Et qui sine uxore est:
cogitat que domini sunt. quomodo
placeat deo. Qui autem matrimo
nium contraxit: cogitat que sunt
huius mundi. quomodo placeat
uxori et diuisus est. Mulier nup-
ta et uirgo cogitat que sunt do-
mini. ut sit sancta et corpore et spiritu.
In christo ihesu domino nostro. Euu.
Simile est regnum celorum. d.
Hec hostia domine secreta.
placationis et laudis quesumus ut
interueniente beata cecilia marti-
re tua nos propitiatione tua dignos
semper efficiant. p. domin. post co.
Satiasti domine familiam
tuam muneribus sacris eius
quesumus semper interuentione nos refoue
cuius sollempnia celebramus. p.
Dixit dominus ser. Clementis martiris
monet mi. V. Domine exaudi. o.
Deus qui nos annua coll.
beati clementis martiris tui
atque pontificis sollempnitate letifi-
cas concede propitius ut cuius natali-
tia colimus: uirtutem quoque pas-
sionis imitemur. p. Epla.

Meruor esto dominum. Euuglt Homo quidam nobilis. Secreta. Munera domine oblata sancti fica et intercedente beato cle mente martire tuo nos per hec a peccatorum nostrorum maculis emunda. per dominum. post com Corporis sacri et preciosi sangui nis repleti libamine quesumus domine deus noster ut quod pia devoti one gerimus certa redemptione capiamus. per dominum. eod die Presta quesumus omnipotens deus ut felicitatis beate felicitatis martiris tue sollempnia recensentes meri tis ipsius protegamur et precibus. per. Vota populi tui domine Secreta propitiatus intende et quorum nos tribuis sollempnia celebrare fac gaudere suffragiis. per. post Supplices te rogamus omnipotens deus. ut intervenientibus sanctis tuis et tua in nobis dona multiplices et tempora nostra disponas. per. sce katherine vir-
Gaudeamus omnes in d. ginis et martiris
Deus qui dedisti legem moysi in summitate montis synai et in eodem loco per angelos tuos cor pus beate catherine virginis et martiris tue mirabiliter collocasti. presta quesumus ut eius meritis et intercessi one ad montem qui christus est valeamus pervenire. Qui tecum. Epla.
Qui gloriatur in domino Euuglt.
Simile est regnum celorum th. Sec.
Munera domine sacrificii presen tis que tibi offerimus in honore gloriose virginis et marti ris katherine fiant nobis eius precibus vita propitia et te donan te salutis infinita. per. post com Sumptis domine salutis eter ne mysteriis suppliciter deprecamur: ut sicut liquor qui de membris gloriose katherine virginis et martiris iugiter ma nat languidorum corpora sanat. ita eius oratio a nobis cunctas iniquitates expellat. per. Grisogoni mris. Adesto domine supplicatio nibus nostris: et qui ex ini quitate nostra reos nos esse cogno scimus beati grisogoni martiris tui intercessione liberemur. per. Oblatis domine placare Sec muneribus et intercedente beato grisogono martire tuo a cunctis nos defende periculis. per. Tui domine perceptione post sacramenti et a nostris mundemur occultis et ab hosti um liberemur insidiis. per. In dedicatione
Terribilis est locus iste. Domus mea. Dico. ecclie
Deus qui nobis per. oro.
singulos annos huius sancti templi tui consecrationis repa ras diem et sacris semper mysteriis representas incolumes exaudi preces populi tui et presta ut quisquis hoc templum beneficia petiturus ingreditur. cuncta se impetrasse letetur. per. apocalipsis. b. i. a.
In diebus illis: Vidi civitatem sanctam ierusalem novam descen dentem de celo a deo paratam sicut sponsam ornatam viro suo. Et audivi vocem magnam de thro no dicentem. Ecce tabernacu lum dei cum hominibus et

habitabit cum eis. Et ipsi po-
pulus eius erunt: et ipse deus
cum eis erit eorum deus. Et
absterget deus omnem lacrimam
ab oculis eorum: et mors ultra
non erit. neque luctus. neque clamor
neque dolor erit ultra que prima
abierunt. Et dixit qui sedebat
in throno. Ecce nova facio omnia.
In illo tempore: Dixit ihesus Secundum lucam
discipulis suis. Non est arbor
bona que facit fructus malos:
neque arbor mala faciens fructum
bonum. Unaqueque enim arbor
de fructu suo cognoscitur. Neque
enim de spinis colligunt ficus:
neque de rubo vindemiant uvam.
Bonus homo de bono thesauro
cordis sui profert bonum: et malus
homo de malo thesauro profert
malum. Ex habundantia enim
cordis os loquitur. Quid autem
vocatis me domine domine et non
facitis que dico? Omnis qui venit
ad me et audit sermones meos et
facit eos: ostendam vobis cui si-
milis sit. Similis est homini
edificanti domum qui fodit in
altum et posuit fundamentum
supra petram. Inundatione autem
facta illisum est flumen domui
illi. et non potuit eam movere.
Fundata enim erat super petram.
Annue quesumus domine Secreta
precibus nostris ut quicumque
intra templi huius cuius anni-
versarium dedicationis diem ce-
lebramus ambitum continemur
plena tibi atque perfecta corporis et
anime devotione placeamus.

ut dum hec presentia vota reddimus
ad eterna premia te adiuvante
mereamur pervenire. Per dominum.
Deus qui ecclesiam tuam Post
sponsam vocare dignatus es:
que ut haberet gratiam per fidei de-
votionem. haberet etiam ex nomi-
ne pietatem da ut omnis hec ple-
bs nomini tuo serviens huius
vocabuli consortio digna esse me-
reatur. et ecclesia tua in templo cuius
anniversarius dies dedicationis
celebratur tibi collecta te timeat. te
diligat. te sequatur. ut dum iugiter
per vestigia tua graditur ad celestia
promissa te ducente pervenire me-
reatur. Per dominum. Alia
Deus qui invisibiliter omnia
contines. et tamen pro salute
generis humani signa tue poten-
tie visibiliter ostendis templum
hoc potentia tue inhabitationis
illustra ut omnes qui deprecaturi
huc veniunt ex quacumque tri-
bulatione clamaverint ad te conso-
lationis tue beneficia consequantur.
Per. Terribilis est. Totum officium. Feria iiii.
R. Unusquisque Ad corinthios.
F propriam mercedem accipiet
secundum suum laborem. Dei enim
sumus adiutores: dei agricultura
estis. dei edificatio estis. Secundum gra-
tiam que data est michi: ut sapiens
architectus fundamentum posui.
Alius autem superedificat. Unusquisque
autem videat. quomodo superedi-
ficet. Fundamentum enim aliud
nemo potest ponere preter id quod positum
est. quod est christus ihesus. Siquis autem
superedificat supra fundamentum

hoc aurum argentum lapides preciosos ligna fenum stipulam. uniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit quia in igne reuelabitur. Et uniuscuiusque opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superedificauit mercedem accipiet. Si cuius opus arserit detrimentum patietur. Ipse tamen saluus erit. sic tamen quasi per ignem. Sec. Iohem.

In illo tempore. Facta sunt enchenia in ierosolimis et hyemps erat. Et ambulabat ihesus in porticu salomonis. Circumdederunt ergo iudei et dixerunt ei. Quousque animam nostram tollis. Si tu es christus dic nobis palam. Respondit eis ihesus. Loquor uobis et non creditis. Opera que ego facio in nomine patris mei. hec testimonium perhibent de me. Sed uos non creditis. quia non estis ex ouibus meis. Oues mee uocem meam audiunt. et ego cognosco eas et sequuntur me. et ego uitam eternam do eis. Et non peribunt in eternum. et non rapiet eas quisquam de manu mea. Pater meus quod dedit michi maius omnibus est. et nemo potest rapere de manu patris mei. Ego et pater unum sumus. Sustulerunt lapides iudei. ut lapidarent eum. Respondit eis ihesus. Multa bona opera ostendi uobis ex patre meo. propter quod eorum opus me lapidatis. Responderunt ei iudei. De bono opere non lapidamus te. set de blasfemia. Et quia tu homo cum sis. facis te ipsum deum. Respondit eis ihesus. Non ne scriptum est in lege uestra. quia ego dixi dii estis. Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est. et non potest solui scriptura. quem pater sanctificauit et misit in mundum uos dicitis quia blasphemas. quia dixi filius dei sum. Si non facio opera patris mei. nolite credere michi. Si autem facio et si michi non uultis credere. operibus credite. Ut cognoscatis et credatis. quia in me est pater. et ego in patre. Secreta. Annue quesumus. Post com. Deus qui ecclesiam.

Deus qui de uiuis et electis lapidibus eternum maiestati tue condis habitaculum auxiliare populo supplicanti ut quod ecclesie tue celestibus proficit spatiis spiritualibus amplificet augmentis. Per dominum. Ex.

Terribilis est locus officium. Vii.

Deus qui nobis. Ut sup.

In diebus illis. Lectio libri regum. Stetit salomon ante altare domini in conspectu ecclesie israel. et expandit manus suas in celum et ait. Domine deus israel non est similis tui deus in celo desuper et in terra deorsum. Qui custodis pactum et misericordiam seruis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo. Domine deus meus audi ympnum et orationem quam seruus tuus orat coram te hodie ut sint oculi tui aperti super domum istam nocte et die. super domum de qua dixisti. erit nomen meum ibi. ut exaudias deprecatio-

nem servi tui et ppli isrl. quodcu
q: oraverit loco isto. Et exaudias
in loco habitaculi tui i celo. et
cum exaudieris ppitius eris. do
mine deus noster. Secdm lucā.
In illo tē. Ingressus ihc
pambulabat iherico. Et ecce
uir nomine zacheus. et hic erat
princeps publicanorum et ipe
dives. Et querebat videre ihm
quis eet. et non poterat p̄ turba
quia statura pusillus erat. Et
precurrens ascendit in arborem
sicomorum: ut videret illum
quia inde erat transiturus. Et
cum venisset ad locum: suspici
ens ihc vidit illum et dixit ad
eum. Zachee festinans descende:
quia hodie in domo tua oportet
me manere. Et festinans descē
dit: et excepit illum gaudens. Et
cum viderent omnes murmu
rabant dicentes: qd ad hominē
peccatorem divertisset. Stans
autem zacheus. dixit ad dnm.
Ecce dimidium bonorum meorū
domine do pauperibz. Et siquid ali
quem defraudavi reddo quadru
plum. Ait ihc ad eum. Quia ho
die salus domui huic facta est:
eo quod et ipe filius sit abrahe.
Venit enim filius hominis que
rere et salvum facere: quod peri
erat. Credo in unum deum.
Annue qs. ut sup. Sec.
D̄s qui ecclesiam tuam. post cō
Ego autem sicut. ꝑ Q̄ gtant. In vi
Michi autem. ꝑ Dne pbasti. gilia unī
Concede nobis apostoli. colt.
qs omps deus ventura

beati apostoli tui .N. sollempnita
tem congruo p̄venimus honore et
venientem digna celebrare devoti
one. p. dominum. Secr.
Accepta tibi sit [...] domine
nostre devoti[...]onis
oblatio. Ut sco sancti apostoli tui
puriores nos faciat pvenire festi
vitatem. p. dominum. post com.
Presta nobis eterne largitor eius
nos ubiqz ptegi oratione cu
ius natalitia p hec sancta que
sumpsimus. votivo p̄venimus
obsequio. p. dominum. In die. oro.
Omps sempiterne deus qui
huius diei venerandam san
ctamq: leticiam beati apostoli tui
.N. festivitate tribuisti da eccle
sie tue qs. et amare quod credidit et
predicare quod docuit. p. Sec.
Beati apostoli tui auxilio cuius
sollempnia recensemus qs
domine tua beneficia capiamus.
p quo tibi hostias laudis offerimus. p.
Sumpsimus domine post
pignus salutis eterne cele
brantes beati .N. apostoli tui vo
tiva sollempnia et ppetua merita
venerantes. p. dominum. In vigla
Concede qs omps deus plurimorum apostolorum
ut sicut apostolorum tuorum
.N. gloriosa natalitia p̄venimus
sic ad tua beneficia pmerenda ma
iestatem tuam p nobis ipi p̄ve
niant. p. dominum. Secr.
Muneribz nostris domine
apostolorum tuorum .N. festa
precedimus. ut que conscientie nre
pediunt obstaculis eorum meritis
grata reddantur. p. dominum. post.

Sumpto domine sacramento suppliciter deprecamur ut intercedentibus beatis apostolis tuis. S. quod temporaliter gerimus ad uitam [...] capiamus eternam. P. d. [...] nostrum ihesum. *In die*

Deus qui nos annua apostolorum tuorum. S. sollempnitate letificas presta quesumus ut quorum gaudemus meritis instruamur exemplis. P.

Munera domine que pro *Secr.* apostolorum. S. sollempnitate deferimus propitius suscipe et mala omnia que meremur auerte. P.

Quesumus domine salutaribus *Post co.* repleti mysteriis. ut quorum sollempnia celebramus eorum orationibus adiuuemur. P. *Ad ephesi.*

Fratres. Iam non estis *os.* hospites et aduene. sed estis ciues sanctorum et domestici dei. Superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum ipso summo angulari lapide christo ihesu. In quo omnis edificatio constructa. crescit in templum sanctum in domino. In quo et uos coedificamini in habitaculum dei in spiritu sancto. *Ad corinthi.*

Fratres. Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. hiis qui secundum propositum uocati sunt sancti. Nam quos presciuit et predestinauit conformes fieri ymaginis filii sui. ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem predestinauit. hos et uocauit. Et quos uocauit. hos et iustificauit. Quos autem iustificauit. illos et magnificauit. Quid ergo dicemus ad hec. Si deus pro nobis quis contra nos. Qui etiam proprio filio non pepercit suo. sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit. Quis accusabit aduersus electos dei. Deus qui iustificat. Quis est qui condempnet. Christus ihesus qui mortuus est immo qui et resurrexit. qui est ad dexteram dei qui etiam interpellat pro nobis. Quis nos separabit a caritate christi. Tribulatio. an angustia an persecutio. an fames. an nuditas. an periculum. an gladius. Sicut scriptum est. Quia propter te mortificamur tota die. estimati sumus sicut oues occisionis. Sed in hiis omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors. neque uita. neque angeli. neque principatus. neque potestates. neque uirtutes. neque instantia. neque futura. neque fortitudo. neque altitudo. neque profundum. neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei. Que est in christo ihesu domino nostro.

In diebus illis. *Actuum apostolorum.*

Exurgens princeps sacerdotum et omnes qui cum illo erant que est heresis saduceorum. repleti sunt zelo et iniecerunt manus in apostolos et posuerunt illos in custodia publica. Angelus autem domini per noctem aperiens ianuas carceris et educens eos dixit. Ite et stantes in templo. loquimini plebi omnia uerba uite huius. Qui cum audissent intrauerunt diluculo in templum et docebant. *Secundum iohannem.*

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis.

Hec mando vobis ut diligatis invicem. Si mundus vos odit scitote quia priorem vobis me odio habuit. Si de mundo fuissetis mundus quod suum erat diligeret. Quia vero de mundo non estis sed ego elegi vos de mundo propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis non est servus maior domino suo. Si me persecuti sunt et vos persequentur. Si sermonem meum servaverunt et vestrum servabunt. Sed hec omnia facient vobis propter nomen meum quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissem et non locutus eis fuissem peccatum non haberent. Nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit et patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis que nemo alius fecit peccatum non haberent. Nunc autem et viderunt et oderunt et me et patrem meum. Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est quia odio habuerunt me gratis. Secundum iohannem.

In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Hoc est preceptum meum ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem nemo habet ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos amici mei estis si feceritis que ego precipio vobis. Iam non dicam vos servos quia servus nescit quid faciat dominus eius. Vos autem dixi amicos quia omnia quecumque audivi a patre meo nota feci vobis. Non vos me elegistis sed ego elegi vos et posui vos ut eatis et fructum afferatis et fructus vester maneat. Et quodcumque petieritis patrem in nomine meo det vobis. Secundum math.

In illo tempore: Misit ihesus duodecim discipulos suos precipiens eis et dicens. In viam gentium ne abieritis et in civitates samaritanorum ne intraveritis sed potius ite ad oves que perierunt domus israel. Euntes autem predicate dicentes quia appropinquabit regnum celorum. Infirmos curate mortuos suscitate leprosos mundate demones eicite. Gratis accepistis gratis date. Secundum mathm.

In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe. Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis et in synagogis suis flagellabunt vos. Et ad presides et reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent vos nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem et pater filium. Et insurgent filii in parentes et morte eos afficient. Et eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Secundum iohannem.

In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Ego sum vitis vera et pater meus agricola est. Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet

eum. Et omnem qui fert fructũ: purgabit eum ut fructum plus afferat. Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me: et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semet ipso nisi manserit in vite sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis: vos palmites. Qui manet i me: et ego in eo. Hic fert fructũ multum: quia sine me nichil potestis facere. Si quis in me nõ manserit mittetur foras et arescet. et colligent eum et in ignem mittent et ardent. Si manseritis in me et verba mea in vobis manserint: quodcumque volueritis petetis: et fiet vob. Scđ iohem

In illo tempore: Dixit ihc discipulis suis. Amen amen dico vobis: quia plorabitis et flebitis vos. mundus autem gaudebit. Vos autem contristabimini. sed tristicia vřa vertetur in gaudium. Mulier cum parit tristiciam habet: quia venit hora eius. Cum autem pepererit filium. iam non meminit pressure propter gaudium. quia natus est homo in mundũ. Et vos igitur: nunc quidem tristiciã habetis. Iterum autem videbo vos: et gaudebit cor vřm. Et gaudiũ vřm: nemo tollet a vobis. Scđm lucam

In illo tp̃. Facta ẽ contentio inter discipulos: quis eorum videretur ẽẽ maior. Dixit autẽ eis ihc. Reges gentium dominantur eorum et qui potestatem habent sup eos benefici vocantur. Vos autẽ non sic. Sed qui maior est i vobis: fiat sicut iunior. Et qui precessor est: sicut ministrator. Nã quis maior est qui recumbit an qui ministrat. Non ne qui recumbit? Ego autem i medio vestrum sum: sicut qui ministrat. Vos autem estis qui permansistis mecum in temptationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit michi pater meus regnum. ut edatis et bibatis sup mensam meã in regno meo. Et sedeatis super tronos iudicantes duodecim: tribus isrl. Scđm matheum.

In illo tp̃. Designavit ihc et alios septuaginta duos: et misit illos binos ante faciem suam in omnẽ civitatem et locum quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidem multa: operarii autẽ pauci. Rogate ergo dominum messis ut mittat operarios i messem suam. Ite. Ecce ego mitto vos: sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum. neque peram. neque calciamenta: et neminem per viam salutaveritis. In quamcumque domum intraveritis: primum dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet sup illam: pax vřa. Sin autem: ad vos revertetur. In eadem autem domo manete: edentes et bibentes que apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua.

Letabit iust. ℣ Exaudi. dš. VIII mris
In virtute tua. ℣ Et voluntate labiorum.
Iust ut palma. ℣ Bonũ ẽ confiteri.
Iust nõ conturbabit. ℣ Noli emulari.
Gloria et honore. ℣ Dñe d. nr. In vigilia VIII mris.

Quesumus omnipotens deus· ut nostra deuotio que natalitia beati ·N· martiris tui antecedit patrocinia nobis eius accumulet· p· dominum·

Magnifica domine *secreta* beati ·N· martiris tui sollempnia recensemus· que promptis cordibus ambientes oblatis muneribus et suscipimus et prevenimus· p· dominum· *post communio*

Sancta tua domine de beati ·N· martiris tui preciosa passione quam prevenimus nos refoveant· quibus et iugiter sentiamus et semper desideramus expleri· p·

Presta quesumus omnipotens deus *unius martyris* ut qui beati ·N· martiris tui natalicia colimus intercessione eius in tui nominis amore roboremur· p· dominum· *secreta*·

Muneribus nostris quesumus domine precibusque susceptis et celestibus nos munda mysteriis et clementer exaudi· p· dominum· *post communio*

Da quesumus domine deus noster ut sicut commemoratione beati ·N· martiris tui temporali gratulamur officio· ita perpetuo letemur aspectu· p· dominum· n· *collecta*

Votiuos nos domine beati ·N· martiris tui semper natalis excipiat qui et iocunditatem nobis sue glorificationis infundat· et tibi nos reddat acceptos· p· dominum·

Presentia munera *secreta*· quesumus domine ita serena pietate intuere ut sancti spiritus perfundantur benedictione et in nostris cordibus eam dilectionem ualidam infundant· per quam sanctus martir ·N· omnia corporis tormenta deuicit· p· dominum nostrum· *post communio*

Sumpsimus domine sancti martiris tui ·N· sollempnitate celestia sacramenta· cuius suffragiis quesumus largiaris ut quod temporaliter gerimus eternis gaudiis consequamur· p·

Beatus uir qui *Sapientie*· in sapientia morabitur et qui in iusticia meditabitur· et in sensu cogitabit circumspectionem dei· Cibauit illum pane uite et intellectus· et aqua sapientie salutaris potauit illum· Et firmabit in illo· et non flectetur· et continebit illum et non confundetur· et exaltabit illum apud proximos suos· Et nomine eterno hereditabit illum· dominus deus noster· *Sapientie*

Beatus uir qui inuentus est sine macula et qui post aurum non habiit nec sperauit in thesauris pecunie· Quis est hic et laudabimus eum· fecit enim mirabilia in uita sua· Qui probatus est in illo et perfectus est· et erit illi gloria eterna· Qui potuit transgredi et non est transgressus· et facere mala et non fecit· Ideo stabilita sunt bona illius in domino· et elemosinas illius enarrabit· omnis ecclesia sanctorum· *Sapientie*·

Beatus homo qui inuenit sapientiam· et qui affluit prudentia· Melior est acquisitio eius negotiatione argenti et auri· primi et purissimi fructus eius· Preciosior est cunctis opibus· et omnia

que desiderant hunc non ualent
comparari. Longitudo dierum in
dextera eius. ⁊ in sinistra eius di
uitie ⁊ gloria. Vie eius uie pul
cre. ⁊ omnes semite eius pacifice.
Lignum uite est hijs q̄ appre-
henderint eam ⁊ qui tenuerit
eam beatus. Dominus sapientia
fundauit terram: stabiliuit celos
prudentia. Sapientia illius eru
perunt abyssi. ⁊ nubes rore con
crescunt. L. e. b. p. a. ad thimoteum.

Karissime. Memor esto dominum
ihū xp̄m resurrexisse a
mortuis ex semine dauid secundum
euangelium meum in quo labo
ro usque ad uincula quasi male
operans. sed uerbum dei non est alliga
tum. Ideo omnia sustineo propter
electos ut ⁊ ipsi salutem consequantur
que est in xp̄o ihū cum gloria cele-
sti. Tu autem assecutus es meam
doctrinam. institutionem. propositum.
fidem. longanimitatem. dilectionem.
patientiam. persecutiones. passiones.
Qualia michi facta sunt antyochi
e. yconie. lystrie. quales persecutio
nes sustinui ⁊ ex omnibus me eripu
it dominus. Et omnes qui uolunt
pie uiuere in xp̄o ihū. persecutionem
patiuntur. Sapientie

Iustus si morte preoccupatus fuerit:
in refrigerio erit. Senectus enim
uenerabilis est non diuturna: neque
numero annorum computata. Ca
ni sunt enim sensus hominis. et
etas senectutis uita immaculata.
Placens deo factus dilectus. ⁊ ui
uens inter peccatores translatus
est. Raptus est ne malicia muta

ret intellectum illius. aut ne
fictio deciperet animam illius.
Consummatus in breui exple
uit tempora multa. placita enim
deo erat anima illius. Propter
hoc properauit educere illum de
medio iniquitatum quoniam gratia
dei ⁊ misericordia est in sanctos eius
⁊ respectus in electos illius.
Iustus cor suum Sapientie
tradet ad uigilandum dilu-
culo ad dominum qui fecit illum.
⁊ in conspectu altissimi deprecabitur.
Si enim dominus magnus uolu-
erit. spiritu intelligentie replebit
illum. Et ipse tanquam im
bres mittet eloquia sapientie
sue ⁊ in oratione confitebitur
domino. Et ipse diriget consilium
eius ⁊ disciplinam ⁊ in abscon-
ditis suis consiliabitur. Et ipse
palam faciet disciplinam doctri-
ne sue. ⁊ in lege testamenti domini
gloriabitur. Collaudabunt mul
ti sapientiam eius. ⁊ usque in seculum
non delebitur. Non recedet me-
moria eius. ⁊ nomen eius requi
retur a generatione in generationem.

Karissime. Testificor ad thimoteum.
coram deo ⁊ xp̄o ihū um.
qui iudicaturus est uiuos et
mortuos. ⁊ aduentum ipsius ⁊
regnum eius. Predica uerbum
insta oportune importune. Argue.
obsecra. increpa in omni sapientia
⁊ doctrina. Erit enim tempus
cum sanam doctrinam non susti-
nebunt sed ad desideria sua coa
cervabunt sibi magistros pruri
entes auribus. Et a ueritate quidem

Aperiet os suum in
oratione ⁊ pro de-
lictis suis depre-
cabitur

auditum auertent: ad fabulas
autem conuertentur. Tu uero
uigila. in omnibus labora. opus
fac euangeliste: ministerium
tuum imple. sobrius esto. Ego
enim iam delibor: et tempus re-
solutionis mee instat. Bonum
certamen certaui. cursum consum-
maui. fidem seruaui. In reliquo
reposita est michi corona iusticie.
quam reddet michi dominus in
illa die iustus iudex. Non solum
autem michi: sed et hiis qui dili-
gunt aduentum eius. Ad thimo-
Karissime. Nemo militans teu.
deo implicat se negotiis
secularibus: ut ei placeat cui se proba-
uit. Nam qui certat in agone
non coronatur nisi legittime certa-
uerit. Laborantem agricolam: opor-
tet primum de fructibus accipere. Intel-
lige que dico. Dabit enim tibi do-
minus in omnibus intellectum.
Memor esto xpm ihm resurrexisse
a mortuis ex semine dauid secundum euan-
gelium meum: in quo laboro usque
ad uincula quasi male operans. sed
uerbum dei non est alligatum. Ideo
omnia sustineo propter electos ut et ipsi
salutem consequantur. Que est in xpo
ihu: cum gloria celesti. Sapientie
Iustum deduxit dominus
per uias rectas: et ostendit illi regnum
dei. et dedit illi scientiam sanctorum.
Honestauit illum in laboribus: et
compleuit labores illius. In frau-
de circumuenientium illi affuit.
et honestum fecit eum. Custodiuit
illum ab inimicis: et a seductoribus
tutauit illum. Et certamen dedit
illi forte ut uinceret: et sciret quoniam
omnium potentior est sapientia.
Hec uenditum iustum non dereli-
quit: sed a peccatoribus liberauit
eum. Descendit que cum illo in fo-
ueam: et in uinculis non dereli-
quit eum donec afferret illi scep-
trum regni et potentiam aduersus
eos qui eum deprimebant. Et
mendaces ostendit qui maculaue-
runt eum: et dedit illi claritatem
eternam dominus deus noster.
In illo tempore: Dixit Secundum iohem.
ihc discipulis suis. Amen amen
dico uobis: nisi granum frumenti
cadens in terram mortuum fuerit:
ipsum solum manet. Si autem mor-
tuum fuerit: multum fructum af-
fert. Qui amat animam suam per-
det eam. Et qui odit animam
suam in hoc mundo: in uitam
eternam custodit eam. Si quis
michi ministrat me sequatur. Et
ubi sum ego: illic et minister meus
erit. Si quis michi ministrauerit:
honorificabit eum pater meus: qui est
in celis. Secundum matheum
In illo tempore: Dixit ihc discipulis suis.
Si quis uult post me uenire abne-
get semet ipsum: et tollat crucem suam
et sequatur me. Qui enim uolu-
erit animam suam saluam facere.
perdet eam. Qui autem perdiderit
animam suam propter me: inueniet
eam. Quid enim prodest homini si
mundum uniuersum lucretur.
anime uero sue detrimentum pa-
tiatur. Aut quam dabit homo
commutationem pro anima sua.
Filius enim hominis uenturus

est in gloria patris sui cum ange-
lis suis. et tunc reddet unicuique
secundum opera eius. Amen dico
vobis sunt quidam de hic stanti-
bus qui non gustabunt mortem:
donec videant filium hominis:
venientem in regno dei. Secundum
In illo tempore: Dixit ihesus mathm.
discipulis suis. Nolite arbitrari:
quia venerim pacem mittere in
terram. Non veni pacem mitte-
re: sed gladium. Veni enim separare
hominem adversus patrem suum
et filiam adversus matrem suam
et nurum adversus socrum suam:
et inimici hominis domestici eius.
Qui amat patrem aut matrem plus
quam me: non est me dignus. Et
qui amat filium aut filiam super
me: non est me dignus. Et qui non
accipit crucem suam et sequatur
me: non est me dignus. Qui invenit
animam suam: perdet eam. Et qui
perdiderit animam suam propter me inve-
niet eam. Qui recipit vos: me
recipit. Et qui me recipit: recipit
eum qui me misit. Qui recipit
prophetam in nomine prophete: mer-
cedem prophete accipiet. Et qui recipit
iustum in nomine iusti: merce-
dem iusti accipiet. Et quicumque
potum dederit uni ex minimis is-
tis: calicem aque frigide tantum
in nomine discipuli: amen dico
vobis: non perdet mercedem suam.
In illo tempore. Dixit Secundum lucam.
ihesus discipulis suis. Si quis ve-
nit ad me et non odit patrem su-
um et matrem. et uxorem et filios.
et fratres et sorores. adhuc autem
et animam suam: non potest
meus esse discipulus. Et qui
non baiulat crucem suam et
venit post me non potest meus
esse discipulus. Quis enim ex
vobis volens edificare turrim
non prius sedens computat sumptus
qui necessarii sunt si habeat ad
perficiendum. ne posteaquam
posuerit fundamentum et non
potuerit perficere. omnes qui vident
incipiant illudere ei dicentes. quia
hic homo cepit edificare et non potu-
it consummare. Aut quis rex
iturus committere bellum adver-
sus alium regem non prius sedens
cogitat si possit cum decem mili-
bus occurrere ei. qui cum viginti
milibus venit ad se. Alioquin:
adhuc illo longe agente legationem
mittens: rogat ea que pacis sunt.
Sic ergo omnis ex vobis qui non
renuntiat omnibus que possidet:
non potest meus esse discipulus.
In illo tempore: Dixit Secundum marcum
ihesus discipulis suis. Videte: ne quis
vos seducat. Multi enim venient
in nomine meo dicentes quia ego
sum christus: et multos seducent. Cum
autem audieritis bella et opiniones
bellorum: ne timueritis. Oportet enim
hec fieri: sed nondum finis. Exur-
get gens super gentem. et regnum
super regnum et erunt terremotus
per loca. et fames. Initium dolorum
hec. Videte autem vosmet ipsos. Tra-
dent enim vos in conciliis. et in
synagogis vapulabitis. Et ante
reges et presides stabitis propter me: in
testimonium illis. Et in omnes

gentes primum oportet predicari
euangelium. Et cum duxerint
uos tradentes nolite precogitare quid
loquamini sed quod datum uobis
fuerit in illa hora: id loquami-
ni. Non enim estis uos loque-
tes. sed spiritus sanctus. Tradet autem
frater fratrem in mortem. et pater
filium. Et consurgent filij in
parentes. et morte afficient eos.
Et eritis odio omnibus: propter nomen
meum. Qui autem sustinuerit
in finem: hic saluus erit.
Intret in conspectu. ps. Deus uenerunt
Sapientiam sanctorum. ps. Exultate iusti.
Salus autem iustorum. ps. Noli emulari.
Sancti tui domine. ps. Exaltabo te deus meus.
Ecce oculi domini. ps. Exultate iusti in d.
Iudicabunt sancti gentes. ps. Exultate iusti.
Timete dominum. ps. Benedicam dominum.
Iusti epulentur. ps. Exurgat deus et dissip.

Deus qui *plurimorum martirum*
nos concedis sanctorum mar-
tirum tuorum .N. natalitia cole-
re. da nobis in eterna beatitudine
de eorum societate gaudere. per. *Sec.*

Munera tibi domine nostre
deuotionis offerimus que
et pro tuorum tibi grata sint hono-
re sanctorum. et nobis salutaria te
miserante reddantur. per dominum. *post.*

Presta nobis domine quesumus intercte-
dentibus sanctis tuis: ut
que ore contingimus: pura men-
te capiamus. per dominum. *coll.*

Omnipotens sempiterne deus qui per
gloriosa bella sertaminis
ad immortales triumphos mar-
tires extulisti da cordibus nostris
dignam pro eorum commemoratione
leticiam. ut quorum patrocinia pio
amore amplectimur. eorum precibus
adiuuemur. per dominum. *Secr.*

Salutari sacrificio domine
populus tuus semper exultet
quo et debitus honor sacris marti-
ribus exibetur. et sanctificationis tue
munus adquiritur. per dominum. *post.*

Celebrantes que pro martirum
tuorum .N. uicta passione
peregimus ipsorum nobis quesumus
domine fiant intercessione saluta-
ria. in quorum natalicijs sunt
exultanter impleta. per. *Ad ebre.*
Rs. Sancti per fidem *od.*

[V]icerunt regna. operati
sunt iusticiam. adepti repromis-
siones. Optinuerunt ora leonum.
extinxerunt impetum ignis. effuga-
runt aciem gladij. Conualuerunt
de infirmitate. fortes facti sunt in
bello. Castra uerterunt exterorum
acceperunt mulieres de resurrectione
mortuos suos. Alij autem distenti
sunt non suscipientes redemptionem.
ut meliorem inuenirent resurrec-
tionem. Alij uero ludibria et uer-
bera experti: insuper et uincula et
carceres. Lapidati sunt. secti sunt.
temptati sunt. in occisione gladij
mortui sunt. Circuierunt in melo-
tis: in pellibus caprinis. Egentes. an-
gustiati. afflicti. quibus dignus non
erat mundus. In solitudinibus
errantes: in montibus. et in spelun-
cis. et in cauernis terre. Et hij omnes
testimonio fidei probati inuenti sunt.
In christo ihesu: domino nostro. *Sapi*
Linguam sapientium *entie.*
ornat scientiam: os fatuorum

ebullit stultitiam. In omni loco
oculi domini contemplantur bonos
et malos. Lingua placabilis lignum
uite: que autem inmoderata est
conteret spiritum. Domus iusti plu-
rima fortitudo: et in fructibus impii
conturbatio. Labia sapientium
dissemnabunt scientiam: cor
stultorum dissimile erit. Victime
impiorum abhominabiles domino:
uota iustorum placabilia. Qui
sequitur iusticiam: diligitur a domino.
Iustorum anime in manu Sa-
dei sunt: et non tanget illos pientie.
tormentum mortis. Visi sunt
oculis insipientium mori: et
estimata est afflictio exitus illorum.
Et quod a nobis est iter extermi-
nii: illi autem sunt in pace. Et
si coram hominibus tormenta pas-
si sunt: spes illorum inmortalitate
plena est. In paucis uexati: in
multis bene disponentur. Quoniam
deus temptauit illos: et inuenit
eos dignos se. Tanquam aurum
in fornace probauit illos: et quasi
holocausta hostie accepit illos.
et in tempore erit respectus illorum.
Fulgebunt iusti: et tanquam
scintille in harundineto discur-
rent. Iudicabunt nationes: et
dominabuntur populis. Et reg-
nabit dominus illorum in perpe-
tuum. Sapientie.

Iusti in perpetuum uiuent: et apud
dominum est merces eorum. et
cogitatio illorum apud altissimum.
Ideo accipient regnum decoris: et
diadema speciei de manu domini.
Quoniam dextera sua teget eos: et brachio
sancto suo defendet illos. Accipiet
armaturam zeli illius: et arma-
bit creaturam ad ultionem ini-
micorum. Induet pro torace iusti-
ciam: et accipiet pro galea iudicium
certum. Sumet scutum inex-
pugnabile equitatem. ibunt di-
recte emissiones. Et ad certum
locum deducet illos: dominus deus
noster. Sapientie.

In diebus illis: Respondens unus de
senioribus: dixit michi. Hii qui [illegible]
amicti stolis: qui sunt: et unde ue-
nerunt? Et dixi illi. Domine mi
tu scis. Et dixit michi. Hii sunt qui
uenerunt de tribulatione magna:
et lauerunt stolas suas: et dealbaue-
runt eas in sanguine agni. Ideo
sunt ante thronum dei: et seruiunt
ei die ac nocte in templo eius. Et
qui sedet in throno habitat super
illos. Non esurient neque sitient
amplius: neque cadet super illos sol aut
ullus estus. Quoniam agnus qui in
medio throni est reget illos: et dedu-
cet illos ad uite fontes aquarum.
Et absterget deus omnem lacrimam
ab oculis eorum. Lc. e. bi. p. a. ad
Fratres: Benedictus ebreos.
deus et pater domini
nostri ihesu christi: pater misericordiarum
et deus totius consolationis qui conso-
latur nos in omni tribulatione nostra:
ut possimus et ipsi consolari eos qui
in omni pressura sunt: per exhortatio-
nem qua exhortamur et ipsi a deo.
Quoniam sicut habundant passiones christi
in nobis: ita et per christum habundat
consolatio nostra. Siue autem tribu-
lamur pro uestra exhortatione et
salute

siue consolamur pro uestra consolatione. siue exhortamur pro uestra exhortatione et salute. que operatur in uobis tolerantiam earundem passionum. quas et nos patimur et spes nostra firma pro uobis. Scientes quoniam sicut socij passionum estis. sic eritis consolationis. In christo ihesu domino nostro.

Hij sunt uiri **Sapientie.**

misericordie quorum iustitie obliuionem non acceperunt. Cum semine eorum permanent bona. hereditas sancta nepotes eorum. Et in testamentis stetit semen eorum. et filii eorum propter eos usque in eternum manent. Generatio eorum et gloria eorum non derelinquetur. Corpora eorum in pace sepulta sunt. et nomina eorum uiuent in secula. Sapientiam eorum narrabunt omnes populi. et laudem eorum pronuntiet omnis ecclesia sanctorum. **Ad ebre-**

os. Fratres. Rememoramini pristinos dies. in quibus illuminati magnum certamen sustinuistis passionum. Et in alio quidem obprobriis et tribulationibus spectaculum facti. in altero autem socij taliter conuersantium effecti. Nam et uinctis compassi estis. et rapinam bonorum uestrorum cum gaudio suscepistis cognoscentes uos habere meliorem et manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam uestram que magnam habet remunerationem. Patientia enim uobis necessaria est. ut uoluntatem dei facientes reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum. qui uenturus est ueniet et non tardabit. Iustus autem meus ex fide uiuit. [illegible]

Fratres. Spectaculum facti sumus mundo. et angelis et hominibus. Nos stulti propter christum. uos autem prudentes in christo. Nos infirmi. uos autem fortes. Vos nobiles. nos autem ignobiles. Usque in hanc horam et esurimus et sitimus et nudi sumus et colaphis cedimur. et instabiles sumus. et laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur. et benedicimus. Persecutionem patimur. et sustinemus. Blasphemamur. et obsecramus. Tanquam purgamenta huius mundi facti sumus. omnium peripsima usque adhuc. Non confundam uos hec scribo. sed ut filios meos karissimos moneo. In christo ihesu domino nostro. **Sapientie.**

Expectatio iustorum letitia. spes autem impiorum peribit. Fortitudo simplicis uia domini. et pauor hijs qui operantur malum. Iustus in eternum non commouebitur. impij autem non habitabunt in terra. Os iusti parturit sapientiam. lingua prauorum peribit. Labia iusti considerant placita. et os impiorum peruersa. Simplicitas iustorum diriget eos. et supplantatio peruersorum uastabit illos. Iusticia rectorum liberabit eos. et in insidijs suis capientur iniqui. Iustus de angustia liberatus est. et tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum suum. iusti autem liberabuntur scientia. In bonis iustorum exultabit ciuitas. et in perditione impiorum erit laudatio. In benedictione iustorum

exaltabitur civitas. Sapientie.
Reddet ds mercedem laborum
sanctorum suorum: et dedu-
cet eos in via mirabili. Et fuit
illis in velamento diei. in luce
stellarum nocte. Transtulit illos
p mare rubrum: 7 transvexit eos
p aquam nimiam. Inimicos au-
tem illorum demersit in mare. et
ab altitudine inferorum deduxit
eos. Ideo iusti tulerunt spolia impi-
orum: 7 decantaverunt domine
nomen sanctum tuum. Et vic-
tricem manum tuam: laudave-
runt pariter domine ds nr. S. mathe-
um
In illo t. Videns turbas ihc.
ascendit in montem. Et cum
sedisset accesserunt ad eum disci
puli eius. Et apiens os suum:
docebat eos dicens. Beati pauperes
spu: quoniam ipsorum est regnum celo-
rum. Beati mites: quoniam
ipsi possidebunt terram. Beati
qui lugent: quoniam ipsi conso-
labuntur. Beati qui esuriunt
7 sitiunt iusticiam: quoniam
ipsi saturabuntur. Beati mise-
ricordes: quoniam ipsi miām
consequentur. Beati mundo corde:
quoniam ipsi dm videbunt. Bi
pacifici: qm filii dei vocabunt.
Beati qui psecutionem patiū-
tur iusticiam propter: quoniā
ipsorum est regnum celorum. Beati
estis cum maledixerint vobis hoies
7 persecuti vos fuerint. 7 dixe-
rint omne malum adversum
vos mentientes ppter me. Gau-
dete et exultate: quoniā merces
vestra copiosa est in celis. S lucam

In illo t. Descendens ihc de mon-
te: stetit in loco campestri. et tur-
ba discipulorum eius. 7 multitu-
do copiosa plebis. ab omni iudea
7 ihrlm. 7 maritima 7 tyri et
sydonis: qui venerant ut audi-
rent eum. 7 sanarentur a lan-
guoribz suis. Et qui vexabantur
a spiritibz immundis: curaban-
tur. Et omnis turba querebat
eum tangere: quia virtus de
illo exibat 7 sanabat omīs. Et ipse
elevatis oculis in discipulos su-
os: dicebat. Beati pauperes: quia
vrm est regnum dei. Beati qui
nunc esuritis: quia saturabi-
mini. Beati qui nunc fletis: qr
ridebitis. Beati eritis cū vos
oderint homines 7 cum separa
verint vos 7 exprobraverint et
eiecerint nomen vrm tanquā
malum: ppter filium hominis
Gaudete in illa die 7 exultate:
ecce enim merces vrā multa e
in celis. Secūm lucam.
In illo t. Dixit ihc discipulis
suis. Cum audieritis prelia et
seditiones: nolite terreri. Opor-
tet hec primum fieri: sed non
dum statim finis. Tunc dice-
bat illis. Surget gens contra
gentem. 7 regnum adversus
regnum. 7 terremotus magni
erunt per loca. 7 pestilentie 7
fames. terroresque de celo et sig-
na magna erunt. Sed ante hec
omnia inicient vobis manus
suas et psequentur. Tradentes
in synagogas 7 custodias tra-
hentes ad reges 7 presides ppter

nomen meum. Contingent
autem vobis in testimonium.
Ponite ergo in cordibus vestris non
premeditari: quemadmo
dum respondeatis. Ego enim
dabo vobis os et sapientiam. cui
non poterunt resistere et con
tradicere omnes adversarii vestri.
Trademini autem a parentibus
et fratribus et cognatis et amicis.
et morte afficient ex vobis. Et
eritis odio omnibus propter nomen
meum: et capillus de capite vestro
non peribit. In patientia vestra
possidebitis animas vestras. Secundum

In illo tempore: Sedente mathеum.
ihesu supra montem oliveti:
accesserunt ad eum discipuli
secreto dicentes. Dic nobis quan
do hec erunt et quod signum
adventus tui. et consummati
onis seculi? Et respondens ihesus
dixit eis. Videte: ne quis vos
seducat. Multi enim venient
in nomine meo: dicentes quia
ego sum: et multos seducent.
Audituri enim estis prelia et
opiniones preliorum. videte ne
turbemini. Oportet enim hec
fieri: sed nondum est finis. Con
surget autem gens in gentem.
et regnum in regnum. et erunt
pestilentie et fames et terrores
per loca. Hec autem omnia initia
sunt dolorum. Tunc tradent
vos in tribulationem et occident
vos: et eritis odio omnibus propter
nomen meum. Et tunc scanda
lizabuntur multi et invicem
tradent: et odio habebunt invicem.
Et multi pseudoprophete surgent.
et seducent multos. Et quoniam ha
bundabit iniquitas refrigescet
caritas multorum. Qui autem
perseveraverit usque in finem hic
salvus erit. Secundum matheum.

In illo tempore: Egrediente ihesu de tem
plo: ait illi unus ex discipulis
suis. Magister: quales lapides et
quales structure. Et respondens
ihesus ait illi. Vides omnes has mag
nas edificationes? Non relinquetur
lapis super lapidem qui non destrua
tur. Et cum sederet in montem
olivarum contra templum inter
rogabant separatim petrus et
iacobus et iohannes et andreas.
Dic nobis quando ista fient: et
quod signum erit quando hec om
nia incipient consummari. Et
respondens ihesus: cepit dicere illis.
Videte ne quis vos seducat. Mul
ti enim venient in nomine
meo dicentes quia ego sum et
multos seducent. Cum audie
ritis autem bella et opiniones
bellorum: ne timueritis. Opor
tet enim hec fieri: sed nondum
finis. Exurget autem gens super
gentem. et regnum super regnum.
et erunt terremotus per loca et fames.
Initium dolorum hec. Videte au
tem vosmet ipsos. Tradent enim
vos in conciliis: et in synagogis
vapulabitis. Et ante reges et pre
sides stabitis propter nomen me
um: in testimonium illis. Et in
omnes gentes primum oportet predica
ri euuangelium. Et cum duxe
rint vos tradentes: nolite precogi-

tare quid loquamini. Non enim
estis vos loquentes: sed spiritus sanctus.
Tradet autem frater fratrem in
mortem: et pater filium. Et con
surgent filii in parentes et morte
afficient eos. Et eritis odio omni
bus propter nomen meum. Qui autem
sustinuerit in finem hic salvus
erit. Secundum lucam.

In illo tempore. Dixit ihesus discipulis
suis. Attendite a fermento fa
riseorum. quod est ypocrisis. Ni
chil enim opertum est quod non
reveletur: neque absconditum quod
non sciatur. quoniam que in
tenebris dixistis in lumine di
centur. et quod in aure locuti
estis in cubiculis: predicabitur in
tectis. Dico autem vobis amicis
meis: ne terreamini ab hiis qui
occidunt corpus. et post hec non
habent amplius quid faciant.
Ostendam autem vobis: quem
timeatis. Timete eum: qui post
quam occiderit habet potestatem
mittere in gehennam. Ita dico
vobis: hunc timete. Nonne quin
que passeres veneunt dipondio.
et unus ex illis non est in obli
vione coram deo. Sed et capilli
capitis vestri: omnes numerati
sunt. Nolite ergo timere: multis
passeribus pluris estis. Dico autem
vobis. Omnis quicumque confessus
fuerit me coram hominibus:
et filius hominis confitebitur
illum coram angelis dei. In natali
Statuit ei dominus. Psalmus. Misericordias. unius conf.
Os iusti meditabitur. Psalmus. Noli emulari. Abbis.
Sacerdotes dei. Psalmus. Benedicite omnia. opera.

Sacerdotes tui domine. Psalmus. Memento domine david.
Sacerdotes eius induam. Psalmus. Memento domine david.

Exaudi [illegible] conf. et epi. Oratio.
domine preces nostras quas in
sancti .N. confessoris tui atque ponti
ficis sollempnitate deferimus ut
qui tibi digne meruit famulari
eius intercedentibus meritis ab omnibus
nos absolvas peccatis. Per. Secreta.

Propitiare domine quesumus sup
plicationibus nostris et
interveniente pro nobis sancto
.N. confessore tuo hiis sacramen
tis celestibus servientes. ab omni
culpa liberos esse concede ut puri
ficante nos gratia tua hiisdem
quibus famulamur misteriis emun
demur. Per dominum. Post com.

Ut nobis domine tua sacrificia
dent salutem. beatus .N. con
fessor tuus quesumus precator accedat. Per.

Da quesumus omnipotens deus. Item unius conf.
ut beati .N. confessoris tui
atque pontificis veneranda sol
lempnitas. et devotionem no
bis augeat et salutem. Per. Secreta.

Hostias tibi domine pro
commemoratione beati .N.
confessoris tui atque pontificis of
ferimus suppliciter deprecantes
ut sicut illi prebuisti sacram fi
dei claritatem sic nobis indulgen
tiam largiaris et pacem. Per. Post

Presta quesumus omnipotens deus: ut
de perceptis muneribus
gratias exhibentes. beneficia potio
ra sumamus. Per. In natali unius abbatis.

Intercessio nos quesumus
domine beati .N. abbatis commen
det: ut quod nostris meritis

non ualemus eius patrocinio
assequamur. p. dominum.
Sacris altaribus domine hosti
as suppositas sanctus .N. con
in salutem nobis prouenire depos
cat. p. dominum. *post com.*
Protegat nos domine cum
tui perceptione sacramenti
beatus .N. abbas pro nobis inter
cedendo ut conuersationis eius
experiamur insignia et intercessionis
sionis illius percipiamus suf
fragia. p. do. *plurimorum confessorum*
Deus qui nos sanctorum *oro.*
confessorum tuorum pa
riterque pontificum .N. confessio
nibus gloriosis circumdas et pro
gis: da nobis et eorum imitatio
ne proficere et intercessione gaude
re. per dominum. *secreta*
Suscipe domine preces et
munera que ut tuo dig
na sint conspectu sanctorum
tuorum precibus adiuuemur.
p. dominum nostrum. *post.*
Corporis sacri et preciosi san
guinis repleti libamine
quesumus domine deus noster:
ut quod pia deuotione gerimus
certa redemptione capiamus. p.
Ecce sacerdos magnus *sapi*
nus qui in diebus *entie*
suis placuit deo et inuentus
est iustus. Et in tempore iracun
die factus est reconciliatio. Non
est inuentus similis illi: qui con
seruaret legem excelsi. Ideo iure
iurando: fecit illum dominus
crescere in plebem suam. Benedic
tionem omnium gentium dedit

illi: et testamentum suum confirma
uit super caput eius. Cognouit
eum in benedictionibus suis: con
seruauit illi misericordiam suam.
et inuenit gratiam coram oculis
domini. Magnificauit eum
in conspectu regum: et dedit illi
coronam glorie. Statuit illi testa
mentum sempiternum: et dedit
illi sacerdotium magnum et be
atificauit [illegible] illum in gloria.
Fungi sacerdotio: et habere laudem
in nomine ipsius. Et offerre
illi incensum dignum in odorem
suauitatis. *sapientie.*
Iustum deduxit dominus per uias
rectas: et ostendit illi regnum
dei. Et dedit illi scientiam sanc
torum: honestauit illum in
laboribus: et compleuit labores illius.
In fraude circumuenientium
illi affuit: et honestum fecit il
lum. Custodiuit eum ab inimi
cis: et a seductoribus tutauit illum.
Et certamen forte dedit illi ut
uinceret: et sciret quoniam om
nium potentior est sapientia.
Hec uenditum iustum non
dereliquit: sed a peccatoribus libe
rauit eum. Descenditque cum
illo in foueam: et in uinculis
non dereliquit eum. Donec
afferret illi sceptrum regni. et
potentiam aduersus eos qui eum
deprimebant. Et mendaces os
tendit qui maculauerunt illum:
et dedit illi claritatem eternam
dominus deus noster. *Ad thi*
Reddere. Testificor *motheum.*
coram deo: et Christo Ihesu qui

iudicaturus est uiuos et mortuos. et aduentum ipsius et regnum eius. Predica uerbum: insta oportune importune. Argue obsecra increpa in omni sapientia et doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt. Sed ad desideria sua coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus. Et a ueritate quidem auditum auertent ad fabulas autem conuertentur. Tu uero uigila in omnibus labora. opus fac euuangeliste ministerium tuum imple sobrius esto. Ego enim iam delibor: et tempus resolutionis mee instat. Bonum certamen certaui: cursum consummaui fidem seruaui. In reliquo: reposita est michi corona iustitie quam reddet dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem michi: sed et hiis qui diligunt aduentum eius. Sapientie.

Dedit dominus confessionem sancto suo: et excelsum fecit illum in uerbo glorie. De omni corde suo laudauit dominum: et dilexit deum qui fecit illum. Et dedit illi contra inimicos potestatem et stare fecit cantores contra altare et in sono eorum dulces fecit modos. Et dedit ei in celebrationibus decus: et ornauit tempora usque ad consummationem uite. Christus purgauit peccata ipsius et exaltauit in eternum cornu ipsius. Sapientia laudabit animam suam: et in domino honorificabitur. et in medio populi sui gloriabitur. Et in ecclesiis altissimi aperiet os suum: et in conspectu uirtutis illius gloriabitur. In medio populi exaltabitur et in plenitudine sancta admirabitur. In multitudine electorum habebit laudem: et inter benedictos benedicetur. Sapientie.

Iustus cor suum tradidit ad uigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum: et in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione: et pro delictis suis deprecabitur. Si enim dominus magnus uoluerit: spiritu intelligentie replebit illum. Et ipse tamquam imbres mittet eloquia sapientie sue: et in oratione confitebitur domino. Et ipse diriget consilium eius et disciplinam: et in absconditis suis consiliabitur. Et ipse palam faciet disciplinam doctrine sue: et in lege domini testamenti gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius: et usque in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius: et nomen eius requiretur a generatione in generationem. Ad Thymotheum.

Karissime. Dominus michi astitit: et confortauit me. ut per me predicatio impleatur. Et audiant omnes gentes: quia liberatus sum de ore leonis. Liberauit me dominus ab omni opere malo: et saluum faciet in regno suo celesti. Ipsi

gloria in secula seculorum amen. Ad

Hebreos. Plures facti sunt sacerdotes secundum legem. id circo quod morte prohiberentur permanere. Ihesus autem eo quod maneat in eternum: sempiternum habet sacerdotium. Unde et salvare in perpetuum potest accedens per semet ipsum ad deum semper vivens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat ut nobis esset pontifex: sanctus innocens impollutus. segregatus a peccatoribus. et excelsior celis factus. Qui non habet cotidie necessitatem quemadmodum sacerdotes prius pro suis delictis hostias offerre. deinde pro populo. Hoc enim fecit semel. se offerendo: dominus deus noster.

In illo tempore. Dixit Ihesus secundum matheum discipulis suis: parabolam hanc. Homo quidam peregre proficiscens vocavit servos suos et tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta: alii autem duo alii vero unum. Unicuique secundum propriam virtutem: et profectus est statim. Abiit autem qui quinque talenta acceperat: et operatus est in eis et lucratus est alia quinque. Similiter qui duo acceperat. lucratus est alia duo. Qui autem unum acceperat. abiens fodit in terram et abscondit pecuniam domini sui. Post multum vero temporis venit dominus servorum illorum. et posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinque talenta acceperat: obtulit alia quinque talenta dicens. Domine quinque talenta tradidisti michi: ecce alia quinque superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serve bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis: super multa te constituam. intra in gaudium domini tui. Accessit autem et qui duo talenta acceperat: et ait. Domine duo talenta tradidisti michi: ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi dominus eius. Euge serve bone et fidelis: quia super pauca fuisti fidelis supra multa te constituam. Intra in gaudium domini tui.

In illo tempore. Dixit secundum lucam. Ihesus discipulis suis: parabolam hanc. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam: accipere sibi regnum et reverti. Vocatis autem decem servis suis: dedit illis decem mnas. Et ait ad illos. Negotiamini: dum venio. Cives autem eius oderant illum: et miserunt legationem post illum dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est ut rediret accepto regno: et iussit vocari servos quibus dedit pecuniam. ut sciret quantum quisque esset negotiatus. Venit autem primus dicens. Domine. mna tua decem mnas adquisivit. Et ait illi. Euge serve bone quia in modico fuisti fidelis. eris potestatem habens supra decem civitates. Et alter venit dicens. Domine: mna tua fecit quinque mnas. Et huic

ait. Et tu esto supra quinque
ciuitates. Et alter uenit dicens.
Domine: mna tua quam ha-
bui repositam in sudario. Timui
enim te quia homo austerus es
tollis quod non posuisti. et metis
quod non seminasti. Dicit ei.
De ore tuo te iudico serue nequam.
Sciebas quod ego austerus sum
homo. tollens quod non posui.
et metens quod non seminaui.
Et quare non dedisti pecuniam
meam ad mensam. et ego ueniens
cum usuris utique exegissem illud.
Et astantibus dixit. Auferte ab il
lo mnam: et date illi qui decem
mnas habet. Et dixerunt illi.
Domine: habet decem mnas. Di
co autem uobis: quia omni ha
benti dabitur et habundabit. Ab
eo autem qui non habet: et quod
habet auferetur ab eo. Verumtamen
inimicos meos illos qui nolue-
runt me regnare super illos
adducite huc: et interficite ante
me. Et his dictis: precedebat et
ascendens iherusalem. *Secundum mattheum*

In illo tempore: Dixit ihesus
discipulis suis. Vigilate: quia
nescitis qua hora dominus uester
uenturus sit. Illud autem sci
tote: quoniam si sciret pater fa
milias qua hora fur uenturus
esset uigilaret utique: et non sine
ret perfodi domum suam. Ideoque
et uos estote parati: quia qua
nescitis hora filius hominis ue-
nturus est. Quis putas est fidelis
seruus et prudens quem constituit
dominus suus supra familiam
suam ut det illis cibum in tem-
pore. Beatus ille seruus: quem
cum uenerit dominus eius: in
uenerit sic facientem. Amen di
co uobis: quoniam super omnia
bona sua constituet eum.

In illo tempore: Dixit ihesus *Secundum lucam*
discipulis suis. Qui uos au
dit: me audit. Et qui uos
spernit: me spernit. Qui autem
me spernit: spernit eum qui
me misit. Reuersi sunt autem
septuaginta duo: cum gaudio
dicentes. Domine etiam demo
nia subiciuntur nobis in no
mine tuo. Et ait illis. Videbam
sathanam sicut fulgur de celo
cadentem. Ecce dedi uobis potes
tatem calcandi supra serpentes
et scorpiones. et supra omnem
uirtutem inimici. et nichil uobis
nocebit. Verumtamen in hoc no
lite gaudere: quia spiritus uobis su
biciuntur. Gaudete autem: quod
nomina uestra: scripta sunt in
celis. *Secundum lucam.*

In illo tempore: Dixit ihesus discipulis
suis. Sint lumbi uestri precincti:
et lucerne ardentes. Et uos simi
les hominibus expectantibus do-
minum suum: quando reuer
tatur a nuptiis. ut cum uene
rit et pulsauerit: confestim aperi
ant ei. Beati serui illi: quos cum
uenerit dominus. inuenerit
uigilantes. Amen dico uobis:
quod precinget se et faciet et
faciet illos discumbere et tran
siens ministrabit illis. Et si
uenerit in secunda uigilia. et si

in tertia uigilia uenerit · et ita
inuenerit · beati sunt serui illi ·
Hoc autem scitote · quoniam si
sciret pater familias qua hora
fur ueniret uigilaret utique · et
non sineret perfodi domum suam ·
Et uos estote parati · quia qua
hora non putatis filius homi-
nis ueniet · Ait autem ei petrus ·
Domine · ad nos dicis hanc pa-
rabolam an ad omnes · Dixit
autem dominus · Quis putas est
fidelis dispensator et prudens quem
constituit dominus supra fami-
liam suam ut det illis in tempore
tritici mensuram · Beatus ille
seruus quem cum uenerit dominus
inuenerit ita facientem · Vere di-
co uobis · quia supra omnia que
possidet · constituet eum · Secundum
In illo tempore · Dixit ihesus Lucam ·
discipulis suis · Nemo accendit
lucernam et in absconditio ponit
neque sub modio sed super candela-
brum ut qui ingrediuntur lumen
uideant · Lucerna corporis tui
est oculus tuus · Si oculus tuus
fuerit simplex · totum corpus
tuum lucidum erit · Si autem
nequam fuerit · etiam corpus
tuum tenebrosum erit · Vide ergo
ne lumen quod in te est · tenebre
sint · Si ergo corpus tuum totum
lucidum fuerit non habens aliquam
partem tenebrarum · erit lucidum
totum · Et sicut lucerna fulgo-
ris · illuminabit te · Secundum
In illo tempore · Misit ihesus mathiam ·
duodecim discipulos suos precipi-
ens et dicens · In uiam gentium

ne abieritis · et in ciuitates sa-
maritanorum ne intraueritis ·
Sed potius ite ad oues que peri-
erunt domus israel · Euntes autem
predicate dicentes · quia appropi-
quabit regnum celorum · Infir-
mos curate · mortuos suscitate ·
leprosos mundate · demones eici-
te · Gratis accepistis · gratis date ·
Loquebar de testimoniis. De uirginibus
Vultum tuum deprecabuntur. ps. Eructauit cor.
Me expectauerunt. ps. Beati immaculati i.
Cognoui domine quia equitas. ps. Beati imma.
Dilexisti iustitiam. ps. Eructauit et c.
Deus qui nos De uirginibus · coll.
hodie beate · N · uirginis
et martiris tue annua sollemp-
nitate letificas · concede propitius ·
ut cuius ad iuuamur meritis ·
ceruus castitatis irradiamur exem-
plis · per dominum · Secreta ·
Hostias tibi domine · N · beate
uirginis et martiris tue
dicatas meritis benignus assu-
me · et ad perpetuum nobis tri-
bue prouenire subsidium · per ·
Adiuuent nos quesumus post co ·
domine et hec misteria
sancta que sumpsimus et beate
N · uirginis et martiris tue inter-
cessio ueneranda · per dominum · Alia de uirginibus
Indulgentiam nobis domine
beata · N · uirgo et martir implo-
ret · que tibi grata semper extitit
et merito castitatis et tue professi-
one uirtutis · per dominum · Secreta ·
Suscipe domine munera que
in beate uirginis tue · N ·
sollempnitate deferimus cuius
nos confidimus patrocinio liberari · per ·

Auxilientur nobis sumpta p̄
misteria domine: et inter
cedente beata .N. martire tua
sempiterna protectione confirment p̄.
Ps. Qui gloriatur. Ad
in domino glorietur. corinth
Non enim qui se ipsum commendat
ille probatus est: sed quem deus com-
mendat. Utinam sustineretis mo-
dicum quid insipientie mee:
sed et supportate me. Emulor
enim vos dei emulatione. De-
spondi enim vos uni viro
virginem castam: exhibere x̄.
Sapientia sapientie.
Sapientia vincit malitiam attingens
a fine usque ad finem fortiter
et disponens omnia suaviter.
Hanc amavi et exquisivi
a iuventute mea: et quesi-
vi sponsam michi assumere
et amator factus sum forme
illius. Generositatem glori-
ficat contubernium habens
dei: et omnium dominus dilexit
illam. Doctrix est enim disci-
pline dei: et electrix operum illius.
Confitebor tibi sapientie.
domine rex: et collaudabo
te deum salvatorem meum. Con
fitebor nomini tuo: quoniam
adiutor et protector factus es michi
et liberasti corpus meum a perdi-
tione. A laqueo lingue ini-
que: et a labiis operantium
mendatium. Et in conspectu
astantium factus es michi
adiutor: et liberasti me secundum
multitudinem misericordie nominis
tui. A rugientibus preparatis

ad escam: de manibus querenti
um animam meam. et de mul
tis tribulationibus. Et a pressu-
ra flamme que circumdedit
me: et in medio ignis non
sum estuata. De altitudine
ventris inferi: et a lingua
coinquinata et a verbo men
datii. A rege iniquo: et a
lingua iniusta liberasti me.
Laudabit usque ad mortem ani
ma mea dominum: et vita mea
appropinquans erat in infer
num deorsum. Circumdederunt
me undique: et non erat qui
adiuvaret. Respiciens eram
ad adiutorium meum: et non
erat. Memorata sum misericordie
tue domine: et cooperationis
tue que a seculo sunt. Quoniam
eruis sustinentes te: et libe-
ras eos de manibus angustie:
domine deus noster. Sapientie.
Domine deus meus
exaltasti super terram ha-
bitationem meam: et pro mor
te defluenti deprecata sum. In-
vocavi dominum patrem
domini mei: ut non derelinquat
me in die tribulationis mee.
et in tempore superborum sine
adiutorio. Laudabo nomen
tuum assidue: et collaudabo
illud assidue in confessione:
et exaudita est oratio mea.
Liberasti enim me de perditio-
ne: et eripuisti me de tempo-
re iniquo. Propterea confitebor
et laudem dicam tibi: et benedi
cam nomini tuo domine deus

Q nrs

In illo tempore: Dixit ihesus *Secundum matheum* discipulis suis. Simile est regnum celorum decem virginibus: que accipientes lampades suas. exierunt obviam sponso et sponse. Quinque autem ex eis erant fatue: et quinque prudentes. Sed quinque fatue acceptis lampadibus non sumpserunt oleum secum. Prudentes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autem faciente sponso: dormitaverunt omnes et dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: ecce sponsus venit exite obviam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines ille: et ornaverunt lampades suas. Fatue autem sapientibus dixerunt. Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostre extinguuntur. Responderunt prudentes: dicentes. Ne forte non sufficiat nobis et vobis: ite potius ad vendentes et emite vobis. Dum autem irent emere venit sponsus: et que parate erant intraverunt cum eo ad nuptias. et clausa est ianua. Novissime veniunt et relique virgines: dicentes. Domine domine: aperi nobis. At ille respondens ait. Amen dico vobis: nescio vos. Vigilate itaque: quia nescitis diem neque horam. *Secundum matheum.*

In illo tempore: Dixit ihesus discipulis suis. Simile est regnum celorum thesauro abscondito in agro: quem qui invenit homo abscondit. et pre gaudio illius vadit. et vendit universa que habet. et emit agrum illum. Iterum simile est regnum celorum homini querenti negotiatori bonas margaritas. Inventa autem una pretiosa margarita: abiit et vendidit omnia que habuit. et emit eam. Iterum simile est regnum celorum sagene misse in mare: et ex omni genere piscium congreganti. Quam cum impleta esset educentes et secus litus sedentes: elegerunt bonos in vasa sua. malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi. Exibunt angeli: et separabunt malos de medio iustorum. et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Intellexistis hec omnia? Dicunt ei. Etiam. Ait illis. Ideo omnis scriba doctus in regno celorum: similis est homini patrifamilias: qui profert de thesauro suo: nova et vetera.

Benedicta sit. *De sancta trinitate.*

Omnipotens *oratio* sempiterne deus. qui dedisti nobis famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere. et in potentia maiestatis adorare unitatem: quesumus ut eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur adversis. Per dominum. *Ad corinthios.*

Fratres: Gratia domini nostri ihesu christi et caritas

dei: et communicatio sancti
sps sit semper cum omnib;
nobis. In xpo ihu dno nro.
In illo tpe: Dixit ihc sed' iohem.
discipulis suis. Cum vene
rit paraclitus quem ego mit
tam vobis a patre spiritum
veritatis qui a patre pcedit:
ille testimonium phibebit
de me. Et vos testimonium
phibebitis: quia abinitio me
cum estis. Hec locutus sum
vobis: et non scandalizemini.
Absq; synagogis facient vos.
Sed venit hora: ut omnis
qui interficit vos arbitretur
obsequium se prestare deo.
Et hec facient vobis: quia
non noverunt patrem neq;
me. Sed hec locutus sum
vobis: ut cum venerit hora
eorum reminiscamini: quia
ego dixi vobis. Secr.

Sanctifica qs domine ds
per tui nominis invo
cationem huius oblationis
hostiam. et per eam nosmet
ipsos tibi pfice munus eter
num. p. dominum. Post.

Proficiat nobis ad salu
tem corporis et anime
domine ds huius sacramen
ti susceptio et sempiterna sce
trinitatis eiusdemq; indivi
due unitatis confessio. p. Ad
[illegible] bndicendas. Bndictio anuli.

Creator et conservator hu
mani generis dator gre
salutaris: tu mitte spiritum
sanctum paraclitum sr hunc
anulum ut que eum gesta
verit: sit armata virtute
celestis defensionis. et pfici
at illi ad eternam salutem
p. dominum. Missa de
Benedicta sit sancta. ~~ut supra.~~

Omnipotens coll.
sempiterne ds qui de
disti nobis famulis tuis in
confessione vere fidei eterne
trinitatis gloriam agnoscere.
et in potentia maiestatis adora
re unitatem: qs ut eiusdem
fidei firmitate ab omnib; semp
muniamur adversis. p. orō

Exaudi nos omps if.
et misericors deus ut qd
nostro ministratur officio tua
benedictione potius impleatur.
p. dominum. Ad corinthios.

Frs: Nescitis quoniam
corpora vra membra
sunt xpi. Tollens ergo membra
xpi faciam membra meretri
cis. Absit. An nescitis qm qui
adheret meretrici unum corpus
efficitur. Erunt enim inquid
duo in carne una. Qui autē
adheret domino: unus sps est.
Fugite fornicationem. Omne
enim peccatum quodcumq;
fecerit homo: extra corpus est.
Qui autem fornicatur: in cor
pus suum peccat. An nescitis
quoniam membra vra tem
plum est sps sancti qui in
vobis est quem habetis a deo
et non estis vri. Empti enī
estis ptio magno: glorificate
et portate deum in corpore vro.

In illo tempore: Accesserunt secundum
ad ihesum pharisei temptantes mathum
eum et dicentes. Si
licet homini dimittere uxorem
suam quacumque ex causa.
Qui respondens ait. Non legis-
tis quia qui fecit ab initio
masculum et feminam fecit
eos. Propter hoc dimittet homo
patrem et matrem et adhere-
bit uxori sue. et erunt duo
in carne una. Itaque iam non
sunt duo. sed una caro. Quod
ergo deus coniunxit. homo non
separet. Credo in unum Secreta

Sanctifica quesumus domine
deus per tui nominis invo-
cationem huius oblationis
hostiam et per eam nosmet ip-
sos tibi perfice munus eternum
per dominum. Alia secreta.

Suscipe quesumus domine
pro sacra connubii lege
munus oblatum et cuius
largitor es operis dispensator
esse digneris. per dominum. Prefatio

Eterne deus. Qui federa
nuptiarum blando concordie
iugo et insolubili pacis vin-
culo nexuisti ut multiplican-
dis adoptionum filiis conu-
biorum fecunditas pudica ser-
viret. Tua enim domine
providentia tua gratia ineffa-
bilibus modis utrumque dis-
pensat ut quod generatio ad
mundi edidit ornatum re-
generatio ad ecclesie perducat
augmentum. Per christum dominum.
Per quem maiestatem.

Propitiare domine Benedictio
supplicationibus nostris et
institutis quibus propagationem
humani generis ordinasti
benignus assiste ut quod te
auctore iungitur te auxiliante ser-
vetur. per dominum.

Deus qui potestate virtutis
tue de nichilo cuncta cre-
asti. qui dispositis universita-
tis exordiis homini ad ymagi-
nem dei facto. ideo insepara-
bile mulieris adiutorium
condidisti ut femineo corpori
de virili carne dares principi-
um docens quod ex uno pla-
cuisset institui. numquam
liceret disiungi. Deus qui tam
excellenti misterio coniugalem
copulam consecrasti. ut christi
et ecclesie sacramentum presig-
nares in federe nuptiarum.
Deus per quem mulier iungitur
viro et societas principaliter
ordinata ea benedictione do-
natur. que sola nec per origina-
lis peccati penam nec per dilu-
vii est ablata sententiam.
Respice super hanc famulam
tuam. ill. que maritali iun-
genda consortio tua se expetit
protectione muniri. Sit in ea
iugum dilectionis et pacis.
fidelis et casta nubat in christo.
imitatrixque sanctarum permaneat
feminarum. Sit amabilis ut
rachel viro. sapiens ut rebec-
ca. longeva et fidelis ut sar-
ra. Nichil in ea ex actibus suis
ille auctor prevaricationis usur-

per nexa fidei mandatis perma-
neat. In uno thoro iuncta contactus
illicitos fugiat. muniat infir-
mitatem suam robore discip-
line. Sit verecundia gravis
pudore venerabilis. doctrinis
celestibus erudita. Sit fecunda
in sobole. sit probata et innocens
et ad beatorum requiem atque
ad celestia regna perveniat. et
videat filios filiorum suorum
usque in tertiam et quartam
progeniem. et optatam perveni-
at senectutem. Per.

~~Pax domini sit semper.~~ Post

Proficiat nobis ad salutem
corporis et anime domine
deus huius sacramenti suscep-
tio et sempiterna sancte trini-
tatis eiusdemque individue
unitatis confessio. Per. Alia.

Quesumus omnipotens deus:
instituta providentie tue
pio amore comitare. ut quos
legitima societate connectis:
longeva pace custodias. Per.

Nos autem gloriari. Missa de cru-
ce.

Deus qui unigeniti
filii tui precioso sanguine
vivifice crucis vexillum sanc-
tificare voluisti. concede quesumus eos
qui eiusdem sancte crucis gau-
dent honore tua quoque ubique
protectione gaudere. Per. Ad phili-
penses

Fratres: Christus factus est
pro nobis obediens usque
ad mortem: mortem autem
crucis. Propter quod et deus
exaltavit illum et donavit il-
li nomen quod est super omne
nomen: ut in nomine Jhesu
omne genu flectatur celestium
terrestrium et infernorum.
Et omnis lingua confiteatur:
quia dominus Jhesus Christus in gloria
est dei patris. Secundum Matheum.

In illo tempore: Ascendens Jhesus Ierosolimam: assumpsit duodecim
discipulos suos secreto et ait
illis. Ecce ascendimus Ierosolimam: et filius hominis
tradetur principibus sacerdotum
et scribis. et condempnabunt
eum morte. Et tradent eum
gentibus ad illudendum. et
flagellandum et crucifigendum.
Et tertia die resurget. Secreta.

Hec oblatio domine nos ab
omnibus purget offensis. que
in ara crucis immolata. etiam
totius mundi tulit offensam.
Per dominum. Post com.

Adesto nobis domine deus
noster: et quos sancte crucis
letari facis honore. eius quoque
perpetuis defende subsidiis. Per.

Salve sancta parens. Missa de sancta Maria. Coll.

Concede nos famulos
tuos quesumus domine deus perpetua
mentis et corporis sanitate gau-
dere. et gloriosa beate marie sem-
per virginis intercessione. a pre-
senti liberari tristicia et eter-
na perfrui leticia. Per. Sapientie.

Ab initio et ante secula
creata sum: et usque ad fu-
turum seculum non desinam.
et in habitatione sancta coram
ipso ministravi. Et sic in
syon firmata sum: et in civita-

et sanctificata similiter requieui et in iherusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato: et in partes dei mei hereditas illius. Et in plenitudine sanctorum detentio mea. Secundum lucam.

In illo tempore: Loquente ihesu ad turbas: extollens uocem quedam mulier de turba dixit illi. Beatus uenter qui te portauit: et ubera que suxisti. At ille dixit. Quinimmo: beati qui audiunt uerbum dei: et custodiunt illud. Secundum iohannem.

In illo tempore: Stabant autem iuxta crucem ihesu mater eius: et soror matris eius maria cleophe: et maria magdalene. Cum uidisset ergo ihesus matrem et discipulum stantem quem diligebat: dicit matri sue. Mulier. Ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora: accepit eam discipulus in suam. Secreta.

Tua domine propiciatione et beate marie semper uirginis intercessione: ad perpetuam atque presentem: hec oblatio nobis proficiat prosperitatem. Per. Post.

Sumptis domine salutis nostre subsidiis da quesumus beate marie semper uirginis nos patrociniis ubique protegi: in cuius ueneratione hec tue obtulimus maiestati. Per. De angelis.

Benedicite dominum omnes angeli. Psalmus Benedic.

Perpetuum nobis Collecta. domine tue miserationis presta subsidium: quibus et angelica prestitisti suffragia non deesse. Per.

In diebus illis. Apocalypsis beati iohannis apostoli.

Dixit michi angelus: Scribe. beati qui ad cenam nuptiarum agni uocati sunt. Et dixit michi. Hec uerba uera dei sunt. Et cecidi ad pedes eius: ut adorarem eum. Et dixit michi. Vide ne feceris. Conseruus enim tuus sum: et fratrum tuorum habentium testimonium ihesu. Deum: adora. Secundum iohannem.

In illo tempore: Ascendit ihesus iherosolimam. Est autem iherosolimis probatica piscina que cognominatur hebraice bethsaida: quinque porticus habens. In his iacebat multitudo magna languentium. cecorum. claudorum. aridorum. expectantium aque motum. Angelus autem domini secundum tempus descendebat in piscinam: et mouebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aque: sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate. Secreta.

Hostias tibi domine laudis offerimus suppliciter deprecantes: ut easdem pro nobis interueniente suffragio angelico: et placatus accipias: et ad salutem nostram prouenire concedas. Per dominum. Post.

Repleti domine benedictione celesti suppliciter imploramus: ut quod fragili celebramus officio. sanctorum archangelorum tuorum nobis prosse

sentiamus auxilio. p. Oro de s. ma[ria].

Concede nos famulos tuos quesumus domine deus perpetua mentis et corporis sanitate gaudere et gloriosa beate marie semper virginis intercessione a presenti liberari tristicia et eterna perfrui leticia. p. dominum nostrum. Secr.

Tua domine propitiatione et beate marie semper virginis intercessione ad perpetuam atque presentem hec oblatio nobis proficiat prosperitatem. p. dominum nostrum. post com.

Sumptis domine salutis nostre subsidiis da quesumus beate marie semper virginis nos patrociniis ubique protegi in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. p. De omnibus sanctis.

Concede quesumus omnipotens et misericors deus ut intercessio nos sancte dei genitricis semperque virginis marie sanctarumque omnium celestium virtutum et beatorum patriarcharum prophetarum apostolorum martirum confessorum atque virginum et omnium electorum tuorum ubique letificet. ut dum eorum merita recolimus patrocinia sentiamus. p.

Oblatis domine Secr. placare muneribus et intercedente beata dei genitrice maria cum omnibus sanctis a cunctis nos defende periculis. p. post

Sumpsimus domine beate marie semper virginis et omnium sanctorum tuorum memoriam recolentes sacramenta celestia presta quesumus ut quod temporaliter gerimus eorum precibus adiuti eternis gaudiis consequamur. p. dominum. pro pace

Deus a quo sancta desideria recta consilia et iusta sunt opera da servis tuis illam quam mundus dare non potest pacem ut et corda nostra mandatis tuis dedita et hostium sublata formidine tempora sint tua protectione tranquilla. p. Secr.

Deus qui credentes in te populos nullis sinis concuti terroribus dignare preces et hostias dicate tibi plebis suscipere ut pax a tua pietate concessa christianorum fines ab omni hoste faciat esse securos. p. Post com.

Deus auctor pacis et amator caritatis quem nosse vivere cui servire regnare est protege ab omnibus impugnationibus supplices tuos ut qui in defensione tua confidimus nullius hostilitatis arma timeamus. p. Pro adversitate ecc[lesie].

Ecclesie tue domine quesumus preces placatus admitte ut destructis adversitatibus et erroribus universis secura tibi serviat libertate. p. Secreta.

Protege nos domine tuis mysteriis servientes ut divinis rebus et corpore famulemur et mente. p. Post co.

Quesumus domine deus noster ut quos divina tribuis participatione gaude[re]

humanis non sinas subiacere pe
riculis. Per. p̄ temptatione carnis
Ure igne sancti spiritus renes nostros
et cor nostrum ut tibi casto cor
pore seruiamus et mundo corde
placeamus. Per dominum. in unitate eiusdem. Sec.
Disrumpe domine uincula peccatorum
nostrorum. et ut sacrificare tibi hosti
am laudis. absoluta libertate
possimus: retribue que tribuisti. et
salua per indulgentiam tuam quos
dignatus es saluare per gratiam. Per. Postco.
Domine adiutor et protector noster.
in tribulationibus obsecramus in
mensam potentiam et pietatem tuam.
ut per auxilium gratie tue refloreat
caro nostra uigore pudicitie et sanctimo
nie nouitate. ut zona castitatis suc
cincta. lorica fidei circumdata.
in resurrectione iustorum: eterna ga
udia te largiente percipiat. Per. p̄ sacerdote colt.
Deus fons pietatis et totius bonita
tis origo qui peccantem non sta
tim iudicas. sed ad penitentiam
miseratus expectas. te queso ut
facinorum meorum squalores absterga[s]
et me ad peragendum iniunctum
officium dignum efficiat. ut qui
altaris tui ministerium suscepi ind
ignus: perago [...] ad peragendum reddar strenuus et inter
eos qui tibi placuerunt sacerdotes i
ueniar iustificatus. Per. Secr.
Sacrificii presentis oblatio queso
domine mea expurget facinora
per quod totius mundi uoluisti re
laxari delicta. illiusque frequentati
one efficiar dignus quod ut frequ
entarem suscepi indignus. Per. Postco.

Huius domine percepto sacramenti pec
catorum nostrorum maculas tergat et ad peragen
dum iniunctum officium me idoneum
reddat. Per. Generalis colla.
Pietate tua quesumus domine nostrorum
solue uincula delictorum. et intercedente
beata et gloriosa semperque uirgine dei ge
nitrice maria cum omnibus sanctis nos
famulos tuos cunctumque populum christianum
in omni sanctitate custodi. omnesque con
sanguinitate. ac familiaritate uel con
fessione et oratione nobis iunctos. a
uitiis omnibus purga. uirtutibus inlu
stra. pacem et salutem nobis tribue.
hostes uisibiles et inuisibiles remoue.
pestem et carnalia desideria repelle.
aerem salubrem indulge. incredulos
et errantes conuerte. amicis et inimicis
caritatem perfectam largire. uinctis ab
solutionem. peregrinantibus ad patriam
reditum. infirmantibus opem salutis
adhibe. nauigantibus portum salutis
indulge. et uiam famulorum tuorum in
salutis tue prosperitate dispone. et om
nibus fidelibus uiuis et defunctis inter
ra uiuentium. uitam et requiem eter
nam concede. Per. Secr.
Deus qui singularis corporis tui ho
stia totius mundi soluisti delicta.
hac oblatione placatus maculas sce
lerum nostrorum absterge et intercedentibus
omnibus sanctis tuis. omnium tamen fidelium
uiuorum atque mortuorum peccata dimitte.
eisque premia eterna concede. Per. Postco.
Sumpta quesumus domine sacra
menta omnia crimina nostra deter
gant. omnemque prauitatem et infir
mitatem. seu etiam hostilem rabiem.
subitaneam mortem. meritis et inter-

cessione omnium scorum a nobis pericul
repellant. et omnibus fidelibus uiuis
et defunctis prosint ad ueniam pro q
quarum tibi sunt oblata salute.
Omnipotens sempiterne G. Per. Pro infirmo coll.
Omnipotens deus. salus eterna credenti
um. exaudi nos pro famulo tuo pro
quo misericordie tue imploramus auxilium
ut reddita sibi sanitate gratiarum tibi
in ecclesia tua referat actionem. Per. Secr.
Deus cuius nutibus momenta ui
te nostre decurrunt. suscipe preces
et hostias famuli tui pro quo misericordiam tuam
egrotante imploramus. ut de cuius
periculo metuimus de eius salute le
temur. Per. Post com.
Deus infirmitatis humane singula
re presidium. auxilii tui super in
firmum nostrum ostende uirtutem ut o
pe misericordie tue adiutus ecclesie tue sancte in
columis representari mereatur. Per. Oro.
Inclina domine aurem tuam ad preces
nostras quibus misericordiam tuam supplices
deprecamur. ut animam famuli tui quam
de hoc seculo migrare iussisti. in pacis ac
lucis regione constituas. et sanctorum tuorum
iubeas esse consortem. Per. Secr.
Absolue domine per has oblationes
quas tibi supplices offerimus ani
mam famuli tui ab omni uinculo
delictorum. ut in resurrectionis gloria inter
sanctos tuos resuscitatus respiret. Per.
Pco. Annue nobis domine ut anima fam
uli tui remissionem quam semper
optauit mereatur percipere peccatorum. Per.
Omnipotens sempiterne deus cui numquam sine spe misericordie supplicatur propitiare
anime famuli tui ut qui de hac
uita in tui nominis confessione decessit
sanctorum tuorum numero facias aggregari. Per. In die depositionis defuncto
Secr.
Propitiare quesumus domine ani
me famuli tui pro qua tibi hostias
placationis offerimus. et quia in
hac luce in fide mansit catholica. in
futura uita ei retributio pia condo
netur. Per. Post com.
Presta quesumus omnipotens deus ut anima famuli tui ab angelis lu
cis suscepta in preparata habita
cula deducatur beatorum. Per. Pro fe
Quesumus domine mina[illegible] defuncta coll.
pro tua pietate miserere anime
famule tue et a contagiis mortali
tatis exutam in eterne saluationis
partem restitue. Per. Secr.
His sacrificiis quesumus omnipotens deus anima
famule tue a peccatis omnibus exu
atur. sine quibus a culpa nemo li
ber extitit. ut per hec pie placationis
officia perpetuam misericordiam consequatur.
Per. Q. Per. Post com.
Inueniat quesumus domine anima famule tue lucis eter
ne consortium cuius perpetue misericordie
consecuta est sacramentum. Per. De sacerdote coll.
Deus qui inter apostolicos famulum
tuum pontificali fecisti digni
tate uigere presta quesumus ut eorum quoque
aggregetur consortio. Per. Secr.
Suscipe quesumus domine hostias pla
cationis pro anima famuli tui
episcopi. ut cui pontificale dedisti mu
nus dones et premium. Per. Post co.
Propitiare domine supplicationi
bus nostris et animam famuli tui
episcopi in uiuorum regione eternis gaudi
is iubeas sociari. Per. In anniversario coll.
Suscipe domine preces nostras pro a
nima famuli tui cuius anniuersa
rium depositionis diem commemo
ramus. ut siqua ei macule de terre

Sacerdotis

nis contagiis adheserunt remission-
is tue munera deleantur. P. Secr.

Propitiare domine supplicationibus
nostris pro anima famuli tui cuius hodi-
e annua dies agitur pro qua tibi offe-
rimus sacrificium laudis. ut eam sancto-
rum consortio sociare digneris. P.

Presta domine quesumus ut anima famuli
tui cuius anniversarium depositionis
diem celebramus. omnium peccatorum pur-
gata contagiis. indulgentiam pa-
riter et requiem capiat sempitern-
am. P. Pro patre et matre

Deus qui nos patrem et matrem
honorare precepisti miserere cle-
menter animabus patris et matris
mee. eorumque peccata dimitte. meque eun-
dem in eterne claritatis gaudio fac vi-
uere. P. Secr.

Suscipe sacrificium domine quod tibi pro ani-
mabus patris et matris mee offero.
eisque gaudium sempiternum et locum
pacis tribue meque cum illis felicitati
sanctorum coniunge. P. Post.

Celestis participatio sacramenti quesumus
domine animabus patris et matris me-
e. requiem et lucem optineat perpe-
tuam. meque cum illis gratia tua coronet
eterna. P. Pro generalis.

Fidelium deus omnium conditor et
redemptor animabus famulorum fa-
mularumque tuarum. remissionem cuncto-
rum tribue peccatorum. ut indulgentiam
quam semper optaverunt piis supp-
licationibus consequantur. P. Secr.

Hostias quesumus domine quas tibi pro anim-
abus famulorum famularumque offerimus
propitiatus intende. ut quibus fidei chris-
tiane contulisti meritum. dones et pre-
mium. P. Post.

Animabus quesumus domine famulorum famul-
arumque tuarum oratio proficiat supplica-
ntium. ut eas et a peccatis omnibus exu-
as et tue redemptionis facias esse par-
ticipes. P. Ad thessalonicenses

Fratres. Nolumus vos ignorare
de dormientibus. ut non contriste-
mini sicut et ceteri qui spem non habent.
Si enim credimus quod iesus mor-
tuus est et resurrexit. ita et deus eos qui
dormierunt per ihesum adducet cum
eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo
domini. quia nos qui vivimus. qui
residui sumus. in adventu domini non
preveniemus eos qui dormierunt. Quoniam
ipse dominus in iussu et in voce archangeli et
in tuba dei descendet de celo. et mortui
qui in christo sunt resurgent primi. Deinde
nos qui vivimus qui
relinquimur. rapiemur simul cum illis
in nubibus obviam christo in aera. et sic
semper cum domino erimus. Itaque con-
solamini invicem. in verbis istis. Apoc.

In diebus illis. Beati Johannis apostoli.
Audivi vocem de celo dicentem michi.
Scribe. Beati mortui qui in domino mo-
riuntur. Amodo iam dicit spiritus. ut requi-
escant a laboribus suis. Opera enim illorum
sequuntur illos. Secundum Johannem.

In illo tempore. Dixit marcha ad iesum.
Domine. Si fuisses hic frater meus non fuisset mor-
tuus. Sed et nunc scio. quia quecumque
poposceris a deo. dabit tibi deus. Dicit
illi iesus. Resurget frater tuus. Dicit ei
marcha. Scio quia resurget in resurrec-
tione in novissimo die. Dicit ei ihesus.
Ego sum resurrectio et vita. Qui credit
in me. etiam si mortuus fuerit vivet.

Et omnis qui vivit et credit in me non
morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi
utique domine. Ego credidi quia tu es Chri-
stus filius dei vivi qui in hunc mundum
venisti. *Secundum Johannem.* Dixit Jesus discipulis suis et
turbis Judeorum. In illo tempore. Dixit Jesus turbis Judeorum. Ego
sum panis vivus qui de celo descendi.
Siquis manducaverit ex hoc pane vivet
in eternum. Et panis quem ego dabo caro
mea est pro mundi vita. Litigabant ergo Ju-
dei ad invicem dicentes. Quomodo pote-
st hic carnem suam dare nobis ad mandu-
candum? Dixit ergo eis Jesus. Amen amen dico
vobis nisi manducaveritis carnem filii ho-
minis et biberitis eius sanguinem non ha-
bebitis vitam in vobis. ~~eternam.~~ Qui manducat
meam carnem et bibit meum sangui-
nem habet vitam eternam et ego resuscitabo
eum in novissimo die. *Pro congregatione collecta.*
Deus venie largitor et humane salu-
tis amator. quesumus immensam clementiam
tuam ut nostre congregationis fratres et sorores
parentes et amicos. et benefactores nostros qui
ex hoc seculo transierunt. beata maria sem-
per virgine intercedente cum omnibus sanctis.
ad perpetue beatitudinis consortium
pervenire concedas. Per. *Secreta.*
Deus cuius misericordie non est numerus. suscipe pro-
picius preces humilitatis nostre et animabus
famulorum famularumque tuarum. fratrum. sororum.
parentum. amicorum. benefactorum nostrorum quibus
tui nominis dedisti confessionem per hec sacramen-
ta salutis nostre cunctorum tribue remissio-
nem peccatorum. Per. *Post communionem.*
Presta quesumus omnipotens deus ut anime famulorum
pro quibus hoc sacrificium laudis tue
obtulimus maiestati per huius virtutem
sacramenti a peccatis omnibus expiate.
lucis perpetue te miserante recipiant
beatitudinem. Per. *Collecta generalis.*
Omnipotens sempiterne deus qui vivorum dominaris
simul et mortuorum. omniumque misere-
ris quos tuos fide et opere futuros esse
prenoscis. te supplices exoramus ut pro quibus
effundere preces decrevimus quosque vel presens
adhuc seculum in carne retinet vel futurum
iam exutos corpore suscepit. pietatis
tue clementia omnium delictorum suorum ve-
niam et gaudia consequi mereantur eter-
na. Per. *Alia.* Deus cui soli cognitus est numerus electorum in super-
na felicitate locandus. tribue quesumus ut
universorum quos in oratione commendatos suscep-
imus. vel omnium fidelium nomina beate pre-
destinationis liber ascripta retineat.
Secreta. Purificent nos. *Alia.* Per. *Post communionem.*
Quesumus omnipotens et misericors deus
sacramenta que sumpsimus. ut pra-
ut hec tui misterii sacramentum non sit
nobis reatus ad penam. sed intercess-
io salutaris ad veniam. sit ablutio sce-
lerum. sit fortitudo fragilium. sit contra
omnia mundi pericula firmamentum.
sit vivorum atque mortuorum remissio om-
nium delictorum. Per. *Pro requiescentibus in cimiterio.*
Deus in cuius miseratione anime
fidelium requiescunt. famulis et fa-
mulabus tuis omnibus hic et ubique in Christo
quiescentibus da propitius veniam peccatorum.
ut a cunctis reatibus absoluti tecum
sine fine letentur. Per. *Secreta.*
Pro animabus famulorum famularumque
tuarum. omnium catholicorum hic et ubi-
que in Christo quiescentium hostiam domi-
ne suscipe benignus oblatam. ut hoc
sacrificio singulari vinculis horrende

139

mortis sentire vitam mereantur eternam.

Deus fidelium   T. P.   Post co.

Deus fidelium animarum adesto supplicationibus nostris. et da famulis tuis et famulabus tuis quorum quarumque corpora hic et in cunctis cimiteriis sepulta sunt in Christo requiescunt refrigerii sedem quietis beatitudinem et luminis claritatem. Per.

In diebus illis. Vir fortissimus iudas collatione facta duodecim milia dragmas argenti misit ierosolimis offerri ibi pro peccatis mortuorum iuste et religiose de resurrectione cogitans. Nisi enim eos qui ceciderant resurrecturos speraret: superfluum videretur et vanum orare pro mortuis. Sed quia considerabat quod hii qui cum pietate dormitionem acceperant: optimam haberent repositam gratiam. Sancta ergo et salubris est cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur.

Secundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Ihesus discipulis suis. Omne quod dat michi pater ad me veniet: et eum qui venit ad me non eiciam foras. Quia descendi de celo non ut faciam voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me. Hec est autem voluntas eius qui misit me patris: ut omne quod dedit michi non perdam ex eo: sed resuscitem illud in novissimo die. Hec est enim voluntas eius qui misit me: ut omnis qui videt filium et credit in eum: habeat vitam eternam. Et ego resuscitabo eum in novissimo die.

Fratres. Ecce   Ad corinthios.

misterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento: in ictu oculi in novissima tuba. Canet enim tuba: et mortui resurgent incorrupti et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorta est mors in victoria. Ubi est mors victoria tua: ubi est mors stimulus tuus. Stimulus autem mortis peccatum est. virtus vero peccati lex. Deo autem gratias: qui dedit nobis victoriam: per dominum nostrum Iesum Christum.

Secundum Johannem.

In illo tempore. Dixit Ihesus discipulis suis et turbis iudeorum. Sicut pater suscitat mortuos et vivificat: sic et filius quos vult vivificat. Neque enim pater iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit filio ut omnes honorificent filium sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium: non honorificat patrem qui misit illum. Amen. Amen dico vobis: quia qui verbum meum audit et credit ei qui misit me: habet vitam eternam. Et in iudicium non veniet: sed transiet de morte ad vitam.

Domine Ihesu Christe qui tua ineffabili miseratione patris iussione. Spiritus sancti cooperatione de celo descendere. ovemque perditam diabolica seductione voluisti querere. atque propriis humeris ad celestis patrie gregem referre. Omnique precepisti natis matris ecclesie orando petere. cuncto querere. ac pulsando perseverare. quo citius invenire valeant salutaris premia.

tuere ... pe[illegible]

uite hic humilit implorantes. clementissime domine quatenus sanctificando benedicere atque benedicendo hanc peram et hunc baculum dignens sanctificare digneris ut quicumque eos pro tui amore instar humilis armature. lateri suo applicare. siceque peregrinando suffragia sanctorum humili comitante deuotione studuit. querere. tere tue protecti munimine peruenire mereatur ad gaudia salutis eterne. Per eundem.

Accipe peram peregrinationis tue signum ut per uiam mandatorum dei currens peruenire possis ad loca sanctorum desiderata. Angelus domini bonus comitetur tecum. et bene disponat iter tuum. In nomine patris et filii et spiritus sancti. amen.

Accipe baculum hunc et peram sustentationem itineris ac laboris peregrinationis tue. ut uincere ualeas omnes cateruas inimici et peruenire securus ad limina beatorum petri et pauli et aliorum sanctorum quo pergere cupis et peracto tuo obediente cursu ad nos reuertaris cum gaudio. Per xpistum dominum nostrum.

Adiutorium nostrum in nomine domini. Oratio. Sit nomen domini benedictum. Ex

Exorcismus salis

Exorcizo te creatura salis. per deum uiuum per deum uerum per deum sanctum. per deum qui te per helyseum prophetam in aquam mitti iussit ut sanaretur sterilitas aque ut efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium. ut sit omnibus te sumentibus sanitas anime et corporis et effugiat atque discedat ab eo loco quo aspersus fuerit omnis fantasia. et nequitia uel uersutia diabolice fraudis. omnisque spiritus inmundus adiuratus per eum qui uenturus est iudicare uiuos et mortuos et seculum per ignem.

Amen. Oratio.

Inmensam clementiam tuam omnipotens eterne deus humiliter imploramus ut hanc creaturam salis quam in usum humani generis tribuisti benedicere et sanctificare pro tua pietate digneris. ut sit omnibus te sumentibus salus mentis et corporis et quicquid eo tactum uel respersum fuerit careat omni inmunditia. omnique inpugnatione spiritualis nequitie. per uirtutem eiusdem domini nostri ihesu xpisti qui uenturus est iudicare. v. et m. et s. p.

Exorcismus aque.

Exorcizo te creatura aque in nomine dei patris omnipotentis et in nomine ihesu xpisti filii eius domini nostri et in uirtute spiritus sancti ut fias aqua exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici et ipsum inimicum eradicare et explantare ualeas cum angelis suis apostaticis per uirtutem eiusdem domini nostri ihesu xpisti qui uenturus est iudicare uiuos et mortuos et seculum per ignem.

Deus qui ad salutem humani generis maxima queque sacramenta in aque substantia condidisti. adesto propitius inuocationibus nostris et elemento huic multimodis purificationibus preparato uirtutem tue benedictionis infunde ut tue-

actua misterii tibi seruiens ad abicien
dos demones morbosque pellendos di
uine gratie tue sumat effectum et quicquid
in domibus uel in locis fidelium hec unda
resperserit: careat omni inmundicia
liberetur a noxa non illic resideat spiritus
pestilens non aura corrumpens discedant
omnes insidie latentis inimici
et si quid incolumitati habitantium
inuidet aut quieti aspersione huius aque
effugiat. ut salubritas per inuocatio
nem tui nominis expetita ab omnibus
sit inpugnationibus defensa. Per.

Commixtio salis et aque pariter fiat
in nomine patris et filii et spiritus sancti
Dominus uobiscum amen
Et cum spiritu.

Deus inuicte uirtutis auctor et
inseparabilis imperii rex ac semper
et magnificus triumphator. qui aduerse
dominationis uires reprimis
qui inimici rugientis seuiciam
superas qui hostiles nequicias potenter
expugnas. Te domine treme
tes et supplices deprecamur ac petimus
ut hanc creaturam salis et aque dig
nanter accipias benignus illustres.
pietatis tue more sanctifices ut ubi
cumque fuerit aspersa per inuocationem
sancti tui nominis omnis infestatio in
mundi spiritus abiciatur: terrorque ue
nenosi serpentis procul pellatur et presen
cia sancti spiritus nobis misericordi
am tuam poscentibus ubique adesse
dignetur. Per dominum nostrum ihesum christum
filium tuum qui tecum uiuit et
regnat in unitate. Antiphona Asperges.
Psalmus Miserere mei deus. Et secundum m. Gloria. Ostende.
Et sal. Dominus uobiscum. Et cum. Oratio.

Exaudi nos domine sancte pater omnipo
tens eterne deus et mittere dignare sanctum a
ngelum tuum de celis qui custodi
at foueat protegat uisitet et defend
at omnes habitantes in hoc habi
taculo. Per. Incipit ordo ad cathezi
zandos infantes. Ut ad ecclesiam ue
niunt statuantur masculi in dextera. fe
mine in sinistra. Et faciat signum

Signum saluatoris domini nostri ihesu
christi in frontem tuam pono.
Signum crucis domini nostri iesu christi in
pectus tuum pono. Hic dicat dominus nomen.

Omnipotens sempiterne deus pater domini Oratio.
nostri iesu christi respicere digneris super
hunc famulum tuum. quem ad ru
dimenta fidei uocare dignatus es om
nem cecitatem cordis in eo repelle.
disrumpe omnes laqueos sathane
quibus fuerat alligatus. aperi ei dom
ine ianuam pietatis tue ut sapien
tie tue imbutus omnium fetoribus
cupiditatum careat et ad suauem
odorem preceptorum tuorum. letus tibi in ec
clesia tua deseruiat et proficiat de die
in diem ut idoneus efficiatur accedere
ad gratiam baptismi tui percepta me
dicina. Per. Oratio

Preces nostras quesumus domine
clementer exaudi: et hunc electum
tuum. N. crucis dominice cuius inpres
sione eum signamus uirtute custo
di ut magnitudinis tue rudimenta
glorie seruans: per custodiam man
datorum tuorum. ad noue regene
rationis gloriam peruenire mereatur.

Deus humani generis Oratio. Per.
ita es conditor ut sis et reformator
respice propitiare populis adoptiuis et nouo

testamento sobolem noue prolis adscribe ut filii promissionis quod non potuerunt assequi per naturam gaudeant se recepisse per gratiam. Per.

Exorcizo te creatura salis in nomine dei patris omnipotentis et in caritate domini nostri iesu christi et in uirtute spiritus sancti. Exorcizo te per deum uiuum per deum uerum per deum qui te ad tutelam humani generis procreauit et populo uenienti ad credulitatem per seruos suos consecrari precepit. Proinde rogamus te domine deus noster ut hec creatura salis in nomine sancte trinitatis efficiatur salutare sacramentum ad effugandum inimicum quam tu domine sanctificando sanctifices. benedicendo benedicas ut fiat omnibus accipientibus perfecta medicina permanens in uisceribus eorum in nomine domini iesu christi

Accipe *hic interroget nomen infantis* N. sal *ponat sal in ore eius et dicat* sapientie sit tibi propitiatus in uitam eternam. *Super masculos et feminas*

Deus patrum nostrorum deus uniuerse conditor ueritatis te supplices exoramus ut hunc famulum tuum uel hanc famulam tuam N. respicere digneris propitius et hoc primum pabulum salis gustantem non diutius esurire permittas quo minus cibo expleatur celesti quatinus sit semper domine spiritu feruens spe gaudens tuo nomini seruiens. et perduc eum ad noue regenerationis lauacrum. tum fidelibus tuis promissionum tuarum eterna premia consequi mereatur. Per. *Super masculos et feminas.*

Deus abraham deus ysaac. deus iacob. deus qui moysi famulo tuo in monte synai apparuisti et filios israel de terra egypti eduxisti deputans angelum pietatis tue qui custodiret eos die ac nocte. te quesumus domine ut mittere digneris sanctum angelum tuum de celis qui similiter custodiat et hunc famulum tuum. N. perducat eum ad gratiam baptismi tui. Ergo maledicte diabole recognosce sententiam tuam. da honorem deo uiuo et uero. da honorem iesu christo filio eius. et spiritui sancto. et recede ab hoc famulo dei N. quia istum sibi deus et dominus noster iesus christus. ad suam sanctam gratiam et benedictionem fontemque baptismatis dono uocare dignatus est et hoc signum sancte crucis quod nos fronti eius damus tu maledicte diabole numquam audeas uiolare. Per. *Super masculos.*

Deus immortale presidium omnium postulantium liberatio supplicum. pax rogantium uita credentium. resurrectio mortuorum te inuoco domine super hunc famulum. N. qui baptismi tui donum petens eternam consequi gratiam et spiritali regeneratione desiderat accipe eum domine et qui dignatus es dicere petite et accipietis querite et inuenietis. pulsate et aperietur uobis petenti itaque premium porrigo et ianuam pande pulsanti. ut eternam celestis lauacri et benedictionem consequutus promissa tui regni percipiat. Per. *Alia super masc.*

Audi maledicte sathana.
Adiuratus per nomen eterni dei. et saluatoris nostri filii eius cum tua ui

ctus inuidia. tremens gemensq; dis
cede. nichil tibi sit commune cum ser
uo dei iam celestia cogitante. renun
ciaturo ac seculo tuo 7 beate inmortali
tati uicturo. da igitur honorem
aduenienti spiritui sancto. qui ex summa
arce celi descendens perturbatis frau
dibus tuis diuino fonte purgatum
pectus. i. sanctificatum deo templ
um 7 habitaculum perficiat ut ab o
mnibus penitus noxiis preteritorum cri
minum liberatus seruus dei. N. g
ratias perhenni deo referat 7 be
nedicat nomen eius sanctum. in
secula seculorum. Ergo maledi
cte sathana. Super masculos.

Exorcizo te inmunde spiritus in nomi
ne patris 7 filii 7 spiritus sancti. ut exeas
7 recedas ab hoc famulo dei. N. ipse
enim tibi imperat maledicte. da
mpnate atque dampnande. qui
pedibus super mare ambulauit 7
petro mergenti dexteram porrexit.
Ergo maledicte diabole. Ergo ma
ledicte. Super feminas.

Deus celi deus terre deus ange
lorum. deus prophetarum. deus
martirum deus uirginum deus
omnium bene uiuentium. deus cui
omnis lingua confitetur celestium
terrestrium 7 infernorum. te inuoco
domine super hanc famulam tuam.
ut perducere eam digneris ad gra
tiam baptismi tui. Super feminas.
Ergo maledicte.

Deus abraham. deus ysaac deus
iacob. Deus qui tribus israel
de egiptia seruitute liberasti. per
moysen famulum tuum de custo
dia mandatorum tuorum in des
erto monuisti 7 susannam de falso
crimine liberasti te supplex deprecor ut
libe[res] 7 hanc famulam tuam. N. 7
perducere eam digneris ad gratiam
baptismi tui. Super feminas.

Ergo maledicte.

Exorcizo te inmunde spiritus per patrem
7 filium 7 spiritum sanctum ut exeas 7 rece
das ab hac famula dei. N. ipse enim
tibi imperat maledicte dampnate.
qui ceco nato oculos aperuit. 7 quatri
duanum lazarum de monumen
to resuscitauit. Super masculos 7
Ergo maledicte. feminas.

Eternam ac iustissimam pieta
tem tuam. deprecor sancte pater om
nipotens eterne deus auctor luminis
7 pietatis 7 ueritatis. super hunc
famulum tuum. N. ut digneris eum
illuminare. lumine intelligentie tue
munda eum 7 sanctifica da ei sci
entiam tuam ueram ut dignus
efficiatur accedere ad gratiam bap
tismi tui. Teneat firmam spem. con
silium rectum doctrinam sanctam
ut aptus sit ad percipiendam gra
tiam baptismi tui. Qui cum pa
tre 7 spiritu sancto uiuis 7 regnas
deus per omnia secula seculorum.

Nec te Super masculos.

latet sathana inminere
tibi penas inminere tibi torme
nta. inminere tibi diem iudicii
diem supplicii eterni. diem qui
uenturus est uelud clibanus ar
dens in quo tibi atque uniuersis

angelis eius eternis. veniet inte-
ritus. Pro qui dampnate atque
dampnande. da honorem deo
vivo et vero. da honorem ihesu
christo filio eius et spiritui sancto in
cuius nomine atque virtute precip-
io tibi quicumque es spiritus immunde
ut exeas et recedas ab famulo dei
N. quem hodie dominus noster et de-
us noster iesus christus ad suam sanctam
graciam et benedictionem fontis
baptismatis dono dignatus est ut
fiat eius templum per aquam reg-
enerationis in remissionem omnium
peccatorum. in nomine domini nostri
iesu christi. qui venturus est. *Hic tan-*
Effeta quod est adaperire in odorem
suavitatis. *gat nares et aures de sputo. dicens.*
